SIMPLICII MAGNI DOCTORIS COGNOMENTO COMMENTATIONES ACCURATISSIMAE IN PRÆDICAMENTA ARIstotelis.

Quibus postrema etiam sex illa fusius Prędicamenta explicantur quæ strictim nobis Aristoteles velut per transennam præteriens ostendit, nuper diligentius in Latinam linguam translatæ.



Venetiis apud Hieronymum Scotum.

1 5 5 0

SIMPLICII ACCV: RATISSIMI PHILOSOPHI INTERPRETIS ADMODVM DOCTI COMMENTARIVM IN PRE

dicamenta Aristotelis, una cum suis sex prædicamentis quæ ipse ediderat preter illa Gilberti. Ab optimo interprete Editum.



VONIAM Liber Prędicamentorum Aristotelis, non modo est uniuersæ philosophiæ præfatio. quippe qui logices tractationis initium est, & logice ante uniuersam philosophiam merito comprehenditur, sed etiam mō quodam de primis principiis agit, ceu docebimus quū libri intētionē ꝓsequemur, complures in eodem lucubrationes, multi uariiq́ue interpretes ediderunt. Verum hi circa huius libri interpretationem, non eundem explicandi, tractandiq́; processum fecerunt. Alii nanque ceu Themistius Euphrades & quiuis huiusmodi alius, ipsa uerba duntaxat apertius, exploratiusq́; transferre cōtenderunt: Alii uero ipsas sententias nudas duntaxat, quæ ab Aristo. proponuntur, breuiter explicare summopere studuerūe, ueluti Porphyrius fecit in eo libro quem conscripsit de interrogatione, & responsione. Alii uero preter interpretationem attigere mediocres quæstiones, ceu Alexāder Aphrodisieus, Herminus & cæteri huiusmodi, quorum unum etiam Maximum ipse pono, qui Iamblici uiri clarissimi discipulus extitit, & in commentario prædicamentorum, in omnibus fere Aleaandrum secutus est Porro quidā (ceu Boethus uir admiratione dignus) altioribus in huius libri explicatione sententiis, usi sunt. Aliis uero solum dubitationes aduersum ea que dicuntur, scribere placuit, quod sane Lucius fecit & post ipsum Nicostratus qui Lucii dicta in medium profert, hi contra omnia pœne quę in hoc libro aguntur. instantias, obiectaq́; afferre desiderio flagrarūt, quod quidē non ingenue, sed potius Aristo. lacessendi studio, atq́; insulse temereq́; fecerunt. Veruntū & his gratias agamus tum quia cum cæteris negocia facesserent, complures dubitationes in medium prius adduxerunt, tum etiam quod dubitationes soluendi, & pleraq́; alia & pulchra theoremata contemplandi occasionem, posteris reliquerunt. Plotinus præterea magnus de his rerum generibus, in omnibus tribus libris, qui de generibus entis inscribuntur, nonnullas inquisitiones tractatu utilissimas, huic prædicamentorum libro adiecit, post hos autem Porphyrius qui omnium bonorū nobis author extitit, exactam, absolutamque libri interpretationem, & cūctorum obiectorum solutiones septem libris absoluit, quos ita ingenti cura, diligentiaq́; opera, ac labore ædidit, ut usui, ac institutioni Gedali discipuli accommodarentur, pleraq́; item instituta, & dogmata Stoicorum, ibi iuxta eam concordiam, & conuenientiam qua in eandem sententiam ueniebāt, accuratissime enarrauit. Post hunc uero Diuus Iamblicus, multiplicem longioribusque uerbis tractationem in hunc librum inuexit, qui multa loca Porphyrii, ac eadem uerba ad ungem sequutus est, licet illorū aliqua accuratius discusserit, ac determinauerit. Adde illum: ut in scholis fit, longas disputationes contra instantias in breuitatem contraxisse, qui ubique fere intellectualem contemplationem, unicuique capiti ingessit, & quicqd aliud præter hæc q operi utile esset, adiecit. Nam cum etiam Archita Pythagoricus, ante Arist. in eo libro, quē de omni re, uel de uniuerso inscripsit, diuisionē ī decē prima gn̄a fecisset, & explicationes eorum generum per exempla euidenter, & aperte declarasset, ac ostendisset quem ordinē inter se habeant, & quę sint uniuscuiusque differentiæ specificæ, & quæ eisdem communiter, & proprie insint, iste Diuus scilicet Iamblicus conuenientibus suisq́; in locis adducēs, Architæ dicta, hæc ipsa ꝑceptione cōspersa collegit & conuenientiam concordiamq́; dictorum eius cum dictis Aristo ostendit. Quod si alicubi aliquod, discrepās dissentieasq́; a sententia Aristo. ille dixerit, hoc sane, uel hæc pauca ob oculos eorum posuit, qui hæc noscere cupiunt. Item nec causam dissensionis, inexplorabilem reliquit, & merito, quoniam ubique uidetur Aristo. sequi Architā. Ceterū & Dexippus Iāblici discipulus, hunc librū Ari. exposuit, uerū primariū eius institutū, & propositum est dissoluere dubitationes Plotini, q̄ dialogi more ab eo dem ꝓpositę sunt, uerū neq; is q̄ppiā fere dictis Porphyrii, & Iamblici adiecit. Quum itaq; hi qui clarissimi, atq́; præstantissimi in ph̄ia uiri fuerunt, talē diligentiā, operāque libro p̄dicamentorū nauauerint, principio illico ridiculus uidebor, q̄ppe qui et aliqd scribere ausim, nisi ōnde to audaciæ meæ cōsentaneā fuisse cām. Nā & ipse incidi in q̄busdā libris eorū Ph̄orū, quos pauloante cōmemoraui, quo fit ut ꝑ uirili mea dicta Iāblici sequutus, diligentius conscripserim, ac eisdem uerbis huius Ph̄i plerisq́; in locis usus sim. Erat autem commentationis meæ intentio, ubi primum ipse potuissem, ex illius scribendi genere accuratiorem dictorum sententiam, atque intelligentiam assumere, simulque profundam, & multis inaccessibile uiri mentem, ad dilucidiorem perceptionem, atq; ad nrām ingenii mediocritatē, magis reducere, tertio quoq́; ingentē multitudinē diuersorū librorū exēplariūq́;, in qualecūq́; minorē copiam redigere. Verum nō adeo ad minimam summam colligere, ut sapientissimus Sirianus fecit sed ita in pauca cōferre, ut nihil necessarii ꝑ omnibus p̄termisisse uiderer. Qđ si et ipse aliqd adiecisse ualui pro hoc gr̄as Iprimis Deo. Opt. deīde his hoībus ago, à q̄bus manuductus ipse, uel dubitationē nō aspernādam, uel aliquā dictorū determinationē, dearticulationē uel ꝑmonē dignā adieci, tū cōsilio meo, hi q̄ meę cōmētatiōi se se adiūgūt, nūq́; Porphyrii & Iāblici ꝑ his meis breuib⁹ cōmētariis libros asp̄nent, ac negligāt, sed meis potius ueluti ītroductiōe quadā, ac exercitio utant̄ ad accuratiorē ꝑceptionē eorū, q̄ isti uiri dixere. Quū librū p̄dicamētorū īueniamus eē primū librorū Aristo. atq; Arist. illi⁹ sectę Ph̄orū eē q̄ ꝑipatetica appellat̄, īprimis dicēdū est quot q̄busq́; modis Ph̄orū sectę nomēclaturas habuere. Scđo apienda est diuisio librorū Arist. ut pateat quo ī loco hūc librū locare, ordinareq́; dēamus. Tertio uñ, & à quo librorū illius sumēdū sit initiū. Quarto, q̄s Ph̄iæ Arist. finis sit. Quinto q̄ sint illa q̄ nos ad finē ducūt. Sexto qđ genus, q̄us formula sit librorū Arist. Septio cur Ph̄s de īdustria obscuritate ī dc̄o usus sit. Octauo qualē oporteat eē īterp̄tē talīū librorū, dicēdū ē. Nono, q̄lē auditorē assumere deceat. Decio, quot capita, qualiaq́; ac q̄ de cā ī unoquoq́; Ari. ope cōplectēda, & assumēda sint. Sectę igit̄ ph̄orū septē noīant̄, uel ab eo q̄ īstruit sectā, ceu Pythagorici, Platonici: uel a pria duce sectarū, ut Cyrenaici q̄ Duce Aristippo ph̄au sunt: & Megarēses q̄ ab Euclide originē & nomen traxere, & Eleatici à Xenophane, & Parmenide, uel à loco ī quo morabant̄ cū ph̄arent̄, ceu academici, & Stoici, uel ab aliq̄ actiōe accidēte, ut Peripatetici, uel à ph̄andi electione & iudicio, ut Ephetici, qui principe Pyrrone philosophati sunt, uel à fine quem suæ ph̄iæ pro-

ponunt ceu Epicuri uoluptatibus dediti, uel à genere uiuēdi, & forma, ut Cinici. Nam alius est finis, quem animo & conjectura intenduor, & alia est Institutionis suæ forma, & modus. Nam Epicuri per uoluptatem non uenabantur uoluptatem, sed summis laboribus, & continentia eam adipisci contenderunt.

Quo autem ad diuisionem librorum Aristo. aliqui sunt (ut ita dixerim partiales, ueluti epistolæ quæ ad unum aliquem, & de aliquo priuato & partiali negocio, scriptę fuerunt, aliqui autem uniuersales, aliqui etiam sunt qui inter hos medium obtinēt, ceu historiæ de animalibus, & plantis, quippe qui non sint prorsus æditi de partialibus particularibusq; rebus. Nam in eis agitur de speciebus, & animalibus. At modo libri partiales, & hi qui mediū locū tenent, maneant indiuisi, & eos quos nuncupauimus uniuersales partiamur, quorum alij sunt qui nos ad memoriam rerum reuocant memoriales, ut ita dixerim nuncupati, & hi sunt quoscunque ad suam & peculiarem rerum memoriam, atque ad exactam rerum indagationem Philosophus construxit quorum alii sunt, de rebus eiusdem generis, quoniam de uno quodam mentionem & memoriam faciunt, alii autem uarij, diuersique habentur, quoniam de pluribus rebus æditi sunt. Videntur tamen hi libri quos memoriales nuncupauimus non esse digni, ut eis operam demus, iccirco interpretes non credunt ea quæ in illis docentur, fuisse dogmata, instituta, sententiasue Philosophi. Porro Alexand. tradit hos libros stilo, & dicendi, tractandique processu confusos, inuolutosq; esse, minimeq; ad unam intentionem unumque scopum referri, ideo asserit quosdam alios appellari coordinatos ad distinctionem istorum. Sed eorum librorum, quos rite recteq; coordinatos dicimus, alij sunt ęditi more dialogi ubi duo ad minus loquuntur, alii autem suæ personæ, ubi tantum scilicet persona authoris loquitur, quos autoprosos uocant, quorum alii spectatiui, & contemplatiui, alii autem actiui, alii denique instrumentales. Item eorum librorum in quibus agitur de rebus quæ in solam contemplationem ueniunt alii sunt theologici. Idest de rebus diuinis, ceu liber metaphysices, alii uero naturales, ceu liber qui de naturali auditu Inscribitur, ac ea opera & tractationes quæ hunc librum sequuntur, alii etiam mathematici, quales sunt geometrici quos ipse scripsit, atque mechanici libri Similiter & librorum actiuorum in quibus de moribus, ac gerendis rebus agitur, alii sunt morales, ceu illi quos conscripsit ad Nichomacum, & Eudemū, & illi q Inscribuntur magna moralia, aut œconomici & ciuiles, ceu illi qui ita inscripti sunt Postremo librorum quos instrumentales uocant, alii quidem sunt de ipsa disciplina demonstrandi, alii autem de his quæ illam præcedunt, ceu liber de priori resolutione, & liber de interpretatione, ac liber prædicamentorum, alii quoque sunt qui de rebus illis sunt, quæ subeunt sępe demonstrationem, aut illi subsequunt, ceu liber topicorum, scilicet de sede argumentorum, & locis, atque sophistici elenchi, Idest apparentia argumenta, & artes rhetorices. Hæc igitur est summa, ac uniuersalis librorum Aristotel. sectio, & diuisio. De tertio autem prosequi restat, unde & a quo librorum Aristote. sumendum sit initium. Nam post diuisionem librorum, sermo de his sequitur. Nam quidam aiunt à libris instrumentalibus initium accipiendum esse quippe qui nos in rebus gerendis, ac publicis, priuatisque actionibus discernere bona, & mala faciant, atque in rebus percipiendis, & spectandis uerum & falsum, quare eos libros qui de rebus, uel gerendis, uel spectandis sunt ea præcedere oportet, quæ uim discernendi, antedicta præstant. Item si alias artes librorum instrumentalium notitia præcedere uidetur, ceu artem fabrilem, ærariam eam scilicet quæ de indendo, disponendoque ære agit, & medicinam, multo magis philosophiam pręcedere debet quę omnia cum demonstratione tradere pollicetur, & ipsa sola ad rectam uiuendi rationem, & ueram rerum cognitionem, nos hortatur, & instruit. Sed quomodo sine demōstratione, cum inciderimus in sermones de rebus agendis, uel spectandis, idem nos persuadebimus his qui circūfinitima, & adiacentia loca, sine mercuriali herba remedioue adeunt, & trahuntur, atque alliciuntur ab his, qui unicuique aliquid persuadere dicendo nituntur. Quidam uero iubent à moralibus principium facere. Nam aiunt instrumenta inter ea numerari, quæ locum medium habent, quibus Instrumentis quod bene, ac male uti possimus, plerique rhetores & sophistæ declarant, oportet eos igitur qui utuntur instrumentis ad capescendas scientias, prius uite modestiam, ac moderationem assequi.

Nam similis non est ædificatorum & gubernatorum notitia, cum illa Philosophiæ, se philosophiæ comprehensio uniuersa pœne in uiuēdi ratione consistit, itaque operępretium est nobis comprehendentibus, libros de moribus iuxta id genus conceptionum, quæ nobis de rebus natura insite sunt, primam institutionem à moralibus, non demonstratione, sed recta opinione fretis aggredi. Sed ipse dicerem quòd si moralia Aristo. sunt duntaxat quædam institutiones, & præceptiones adhortatoriæ, nulla demonstrationis arte explicatæ, ceu multis à Pithagoreis traditæ fuere, recte ab eisdem incipientes libris moralium, prius per eos moribus institui & educari. At si illa Aristote. tradidit cum quadam diuisionum, & demonstrationum arte, quæ maxime ad scientiam attinent, non uideo quomodo sine regulis, ac methodis demonstrandi, ultro procedentes poterimus aliquid proficere, itaque fortasan prorsus opus est prius morali institutione, sed nō ea que ab Aristote. per libros moralium traditur, sed per eam consuetudinem, cuius magistra natura esse sæpe solet, & non per aliquod monumentum scriptis relictum, similiter etiam per eas adhortationes, & persuasiones sine aliqua arte traditas quę mores nostros sine scriptis, monumentis & scriptis corrigunt, quibus imbuti deinde ad methodum logices, & demonstrationis nosipsos conferre debemus, & hāc assecuti poterimus sermones de moribus scientificos, atque eos qui circa rerum contemplationem uersantur, recte, riteque prosequi.

Quartum autem problema quęsitum ue erat, finē philosophiæ. Aristote. inuenire. Nam eo declarato, philosophię grauitatem, & ornamentum spectare poterimus. finis igitur, & huius uiri philosophiæ de moribus est ipsa per uirtutes perfectio, & finis philosophiæ contemplatiuę, est consensus ad unum omnium rerum principium. Etenim Aristote. uera scientia ipsum nouit, explicauit, ac clarissima uoce inuulgauit, non esse bonum & multorum principatum. Verum utrique patri Philosophiæ communis finis, quem homo assequi debet, ipsa extrema & perfectissima fœlicitas est, de qua nihil excellens, ac præstāa alicui Philosophorum etiam eorum qui ad extremum philosophati sunt, Aristote. reliquit, quo illam attingere possent, immo nec hominem appellandum esse, sed deum censuit, qui ad illam peruenisset. Nam talia ipse in extremis uoluminibus de moribus, ad Nichomacum accuratissime testatur. Porro ad consequendum hunc finem, omnia opera Philosophi nos ducunt. Equidem nōnulla opera nobis suggerunt artem demonstrandi. nonnulla uero mores docent, quibus honestari ualeamus & nonnulla denique deducunt nos ad cognitionem rerum naturalium, & deinceps ad ea quæ supra naturam collocantur.

Genus autem uel modus commentationis, & loquutionis Aristote. est ut uerba sensui, & sensus uerbis cohereāt, qui sane modus est intellectualis, & celer. Vel enim solutionem statim dubitationi affert, uel plures connectens dubitationes, una & eadem solutione, omnes breuiter dissoluit. Item nusquam uoluit ab euidentia deflectere, cum duplex sit ad faciendum fidem euidentia,

tia,

tia aliam quidem mens ipsa facit, aliā uero sensus, quā eā pręsertim adducit, & uehementer celebrat, atque laudat quum disputat cum illis qui in uita nisi sensui cædunt, & credunt, quo circa in suis demonstrationibus, necessitas adeo inest, ut ubi quispiam persuaderi quibusdam non temerarijs assumptionibus non poterit, saltem necessitate uictus assentiat. Item nusquam uoluit à natura discedere, ac degenerare, quinimmo ea quæ naturam excedunt, per habitum, & cognitionem naturalem contemplatur, ceu & Diuinus Plato econuerso more Pithagoreo naturalia considerat, quatenus diuinis participant rebus, & his quæ supra naturam sunt. Veruntamen neque fabulis neque, enigmatibus, coniecturis metaphorisque implicitis, quemadmodum nonnulli ante ipsum usus est, sed pro omni alio uelamine & inuoluto dicendi modo obscuritatem maxime laudauit, & probauit: cuius causam quærebat sermo, in se primo quæsito, quod à principio capitis digessimus. Vnde Aristote. de industria, sponteque in eam incidit. Nam antiquiores maioresque natu, cum putassent non oportere coriarijs, plebisque hominibus, suam sapientiam proponere, quæ si proposita fuisse, ne facillime eam capescerent, ob clarissimam explanationem & commentationem rerum, alij fabulis alij coniecturis, metaphoris, similitudinibus eam occultarunt, ceu arcana rerum sacrarum, sub uelaminibus abdere, occultareque consueuerunt. Aristote. autem obscuritatem magnifecit, qui ea de causa forsitan fabularum obscuritatem, & suspitionem, coniecturamque comparationum, & similitudinum accusat, & euitat, quia facillime quisque talia pro arbitrio aliter atque aliter interpretari potest. Item forsitan talem dicendi obscuritatē censet magis nos exercere, excitareque ad solertiam, & accuratam diligentiam, eorum quæ narrantur, qui assecutus est, q̄ uolebat, minime existimans insēdere fabulosam delectationem torpentibus, sed ita eos excitare, ac prouocare, ut eum testētur esse omnibus obscuriorem. Nā quod minime dicēdi imbecillitas in causa fit, cur obscuritas suis uoluminibus aduenerit, sciunt quidem hi etiam, qui mediocrem dicendi artem assecuti sunt, quod Aristote. locutio non exiguam uim dicendi ostendat, qui paucis sępenumero tradit ea, quæ alius multis ambagibus, & periodis, magno scilicet uerborum circuitu, docuit. Constat etiam id in his libris in quibus quum uoluisset manifestissima docuit, ceu in libris meteorum, topicorum, & ciuilium, qui ciuiles libri sui proprij & ab eo editi sunt, in quibus sane propter communem contemplationem theorematum, apertius loqui uoluit, quod item potuerit plane aperteque dicere, indicat præsertim suarum epistolarum character, & stilus, ac dialogus qui in manibus habēdus est, qui etiā epistolarum stilo uicinus est, optime & ornatissime conscriptus. Et certe nemo est præclarissimorum hominum qui stilo in conscribendis epistolis Aristotelis similis sit. Cęterum dignum interpretem librorum Aristote. oportet non prorsus à profunda, ingētique illius sententia, & intelligentia deficere, neque illam omittere. Operępretium inquam est, interpretem undique eorum quæ scripsit philosophus, peritum esse, atque non ignarum esse Aristotelicæ consuetudinis. Item non oportet habere iudicium adeo prauum, ut ea quæ recte dicuntur, praue distortoque sensu, recipiat, & interpretetur, ac demonstret alijs reprobanda, reijciendaque esse. Pręterea neque oportet eum (si opus fuerit instantia) prorsus contendere id ostendere non esse reijciendum, perinde ac seipsum ingerat, scribatque in sectam Philosophi, cui uel bene, uel male dicēti, penitus uelit assentire. Oportet autem (ut opinor) & eorum quæ dicuntur ab Aristotele contra Platonem, non solum ad uerba respicere, decernentem, ac statuentem hos philosophos dissentire, sed quum aspexerit ad sententiam, & mentem eorum plerisque in locis eorum conciliationem, & concordiam conuincere. Et quod nono proponebatur inquirendum esse, oportet auditorem bonum esse, & satis studiosum, atque omnino indagare sententias, conceptionesque Aristote. cum sæpe solus, tum etiam cum alijs, qui similiter scire cupidi sunt, præceteris autem cauere oportet, contentiosas nugas in quibus complures Aristotelis ætate, inciderunt. Nam cum philosophi studium sit omnia per indemonstrabiles, atq; irreprehensibiles terminos scientię demonstrare, frustra incassumque sapientes contendunt, euidentibus contradicere, oculis animæ suis, caligātes & eos occęcantes, contra quos fat est Aristoteli dicere, eis opus esse uel sensu, uel supplicio, & percussione. Nam si nō aiad uertentes scientesue contendunt, certe sensu carent. si uero scientes iam uerbis suis supplicio, & pena plecti, uidentur cupidi. Reliquum ac postremo decimum quæsitum erat, inter ea quæ proposuimus, quot capita quæue Aristote. tractationes distinguenda determinandaque sint, & totidem sunt libri intentio, utilitas, causa inscriptionis, ordo lectionis, si proprius sit philosophi liber, diuisio in capita, forsitan neque incommodum erit quærere, sub qua philosophie Aristotelis parte, hic Liber redigatur.

Intentio enim recte perspecta, determinat, & dirigit intellectum nostrum, ut non uagemur, & in diuersa trahamur temere, atque frustra, sed ad ipsam omnia referamus, utilitas autem perspicuo nos magis concordes, & promptiores efficit. Causa inscriptionis quum manifesta fuerit, neque molesta est, si denuo uoce explicetur, & confirmat intentionem. Item si liber proprius sit, atque germanus, quod sane (ut mihi uidetur) ante omnia alia examinare oportet, necessario prius accipitur. Nam affici solemus opinione personarum, & non absurde, quia non sumus ita instituti, ac pręparati, ut ualeamus uerum discernere, sed potius ut amemus quosdam meliores sequi. Nam complures non legitimi libri, eo tempore presertim conscripti fuerunt atque plures scripturę habitę sunt, quum plerique reges, magno auri pondere, ac sua impensa bibliothecas conducere, & libros alienos emere diligenter & accurate studuerunt. Succedit quoque diuisio librorum in capita, ceu per articulos diuidens, imitatur eam speculationē, quæ à medicis appellatur de incisione scientis. Nam ut illa inuenit usum necessitatemue diuidendi incidendique totum in singulas partes per incisionem, atque cognitionem accuratiorem, exquisitoremque compositi præbet, cum simul exercet, ac tractat simplicia, ita & hęc diuidens totū ob oculos magis ipsum agit & ponit, atque præstat usum, & opportunitatem uniuscuiusque ad uniuersam intentionem. Postremo ostendere sub qua parte comprehendatur liber præstat, ac affert coordinationem, & constructionem partis ad totum.

Sciendum autem est, quòd non semper hæc omnia egent determinatione, & declaratione. Nam sæpe utilitas simul cum intentione apparet. & manifesta est: atque inscriptio interdum cuique est manifesta, ceu inscriptio libri de anima. Item neque si germanus sit liber, in cunctis libris ostendendum est, sed in quibus est aliqua occasio dissentiendi, & contradicendi. Videamus igitur in hoc libro singula capita quæ prius in medium protulimus, & primo quæ sit huius libri intentio determinabimus, & uidebimus, quoniam apud correctissimos uiros uidetur in dubium uocari, de quibus ipsa sit. Nam quod de decem quibusdam simplicibus sermonem faciat, quæ genera quam uniuersalissima appellant, perspicuum est, hæc uero quidam aiunt esse uoces, qui etiam asserunt intentionem esse de uocibus simplicibus, & hunc librum esse primam logices partem ut igitur sequens liber de propositionibus, est de uocibus compositis & non de rebus, ita & is liber cum sit de partibus propositionis, de uocibus erit. Item Aristoteles initio sermonis inquit.

Eorum quæ dicuntur, alia quidem secundum complexionem, alia uero sine complexione dicuntur. & rursus eorum quæ secundum nullam complexionem dicuntur, unumquodque uel substantiam significat, perinde ac de uocibus significantibus sit propositum. Item postquam numerauit decem genera, inquit. Vnumquodque eorum

quæ dicuntur, ipsum per seipsum de nullo affirmatur complexione autem horum inter se mutuo affirmatio fit Nam complexio uocum, & minime rerum fit affirmatio. Alij aũt refutant hanc esse intentionem. Nam Philosophi non interest speculari de uocibus, sed potius grammatici qui considerat affectiones, formationes ipsarum proprietates, & formulas: unde asserunt intentionem esse de rebus, quæ à uocibus significantur, & hæc esse illa quæ Aristo. appellat dicta qui etiam testem Aristo. afferunt dicentem. Eorũ quæ sunt alia de quodam subiecto dicuntur, perinde ac diuisio fit de rebus. Item rursus dicit. Substantia autem est, quæ principalissime, primo & maxime dicitur, quare de substantia & alijs entibus sermo est. Sed his opponitur, quia is liber est logices tractatiõis pars, at de entibus qua entia sunt metaphysicis, ac prorsus primæ philosophiæ interest tractare, ac disserere. Porro alij nec de uocibus significantibus, nec de rebus significatis intentionem esse dicũt, sed de simplicibus conceptionibus, quippe hoc in loco de decem generibus sit sermo, & quum hæc posteriora, & conceptiones animi sint, iure de conceptionibus, uel conceptibus sermo erit. Quod autem scopus sit de his quæ diximus plane Aristote. dixit. quæ autem dicuntur, & dici possunt conceptiones sunt, ut etiam Stoicis uidebatur. Sed his opus est considerare, atq; intelligere, quòd de conceptionibus qua conceptiones, & fabra animi sunt, dicere non attinet ad logicam, sed ad tractationẽ de anima. Atqui unusquisque horum imperfectè intentionem attigit, ideo & cuncti testem Aristotelem adducunt, perinde ac, partim uerum, & non penitus dicant, & unus alterum accusat meritò, & hi iure corriguntur. Proinde uideamus qui rectius, ac perfectius acceperint, quorum in primis mea sententia Alexander Aphrodiseus est, qui hunc librum dicit esse principium logices tractatiõis, quoniam inquit sermo oratioque eo fit, quod partes eius primæ significant & quædam sunt quæ à primis simplicibusque partibus orationis significantur, & quia uult conceptiones indicare, & declarare, diuidit ens non in singularia, quippè quæ nec comprehendi, nec cognosci ob multitudinem, & omnino uariam mutationem queant, sed in hæc decem suprema genera, quæ quidem prædicamenta appellauit tanquam generalissima, & nulli subiecta, sed de alijs prædicata, quare inquit, intentio est de simplicibus, & generalissimis partibus orationis, quæ significant res simplices, & simplices conceptus de simplicibus rebus. Eiusdem quoque opinionis extitit Alexander ægeus Porphyrius uero intentionem libri in commentatio ad Gedalium discipulum, atque in libro de interrogatione, & responsione inquit esse, de his quæ prædicantur, quæ sunt simplices uoces rerum significatiuæ, quatenus significatiuæ sunt, sed non quatenus sunt simplices dictiones. Nam quatenus sunt simplices dictiones, ad aliã facultatem attinent, quas in libro de elementis orationis Theophrastus tractauit, & alij qui eodem tempore scripserunt, ceu hæc prius, scilicet nomen & uerbum quæ sunt elementa orationis, uel etiam articulos, coniunctiones, & alia huiusmodi quæ sunt dictionis partes, & orationis partes sunt nomen, & uerbum Item tractauit quæ sit propria, & metaphorica dictio, ac quæ sint affectiones eiusdem, ceu quid apocope, quidque syncope. quid ne ablatio, quæ simplices, quæ cõpositæ quæ subcompositæ & cætera huiusmodi. Item tractauit ea quæcunque dicuntur de formulis speciebusue, ac quid sit planum in dictionibus, quid splendidum, quid delectabile, & persuasibile. Atqui quatenus dictio est significatiua determinatur, & definitur per genera, rerum, Equidem dictio prædicamentum dicitur, quoniam de re prædicatur, & promulgatur res, aut dicitur id de quo fit prædicatio. Cum ergo prædicamentum, uel de re fit una cum dictione significante, rem uel significatiua, prædicatio sane quatenus significatiua, utraque continet, & dictiones & res, & quum infinita essent, atque incomprehensibilia singularia. Aristote. redegit infinita, in decem genera colligens omnes substantias, in unam supremam subam rediua, est etiam dictio significatiua, cũ suba ipsa. s. hæc dictio sit signum substantiæ, siue subsistẽtiæ quæ est in rebus, siue subsistẽtiæ illius quæ penes intellectum est. Nam hæc quo ad prædicationem, non differunt quippe res non quatenus subsistunt à prædicatione prædicamentoue significantur, sed quatenus concipiuntur, siue existant, siue ut existentes accipiantur. Eodem etiam modo singulæ quantitates, cum reductæ fuerint ad unam generalissimam quantitatem, aliud fit prædicamentum ipsa supræma dictio quantitatis, quæ de supræma re, quæ est quantitas, prædicatur, hoc etiam modo, se habet qualitas. Item alterum genus quoddam est illud, quod ad aliquid appellamus, sub quo reducuntur quæ aliquo modo se habent ad aliquid, & aliud fit prædicamentum huius dictionis ad aliquid, sub qua duplum, dimidium, seruus, dominus, pater, filius, & id genus continentur. Item sedere, stare, recumbere faciunt aliud genus, quod situm uocant. Pręterea indui, armari, redigitur ad prædicamentum quòd habere nuncupant. Item in lyceo esse, & in academia, comprehenduntur sub uno genere quod ubi ferunt. Item quando genus quoddam aliud est quòd cõtinet species, & partes tẽporis. Rursus incidere, & urere in prędicamẽto quod agere uocant, rediguntur, quemadmodum secari præcidi, & comburi. in genere patiendi locant, quibus habitis. Porphyrius adiecit dictis Boethi, quæ sunt multa solertia referra, & in idem tendunt, cum his quæ dixit. Nam etiam ille dixit quod secundum nomen & uerbum fit diuisio orationis, in elementa, sed secundum prædicamenta diuisio fit quatenus dictiones habent aliquẽ habitum, & relationem ad res: quarum sunt significatiue, ideo inquit. coniunctiones quæ dictiones esse, uel in dictionibus inueniuntur, subire modum prædicandi nequeunt, immo excidunt ab illo. Nam nihil eorum quæ sunt, ac rerum significant, nec substantiam, nec quale, nec aliud quippiam huiusmodi. Constat igitur ex dictis, hos uiros intentionem non esse de nudis uocibus, nec de rebus qua res sunt, nec de conceptionibus solis determinasse, sed de uocibus simplicibus, quoniam hic liber est logices tractationis proœmium, quatenus significatiuæ sunt rerum primarum, & simplicium, & non quatenus transformantur, uel figuras subeunt, aut tales affectiones recipiunt, aut tales formationes habent. quæ quidem de dictionibus (ut dictionibus) diligens, ac curataque consideratio tractat. patet autem quòd quum de dictionibus, quatenus significant hic agatur, necesse etiam sit res significatas, & conceptiones quæ per significationes fiunt connectere, & simul considerare, Idcirco quid significat unaquęque dictio edocet, & res secundum unumquodq; p̃dicamentũ determinat. Vnde eadem diuisione utitur hic, ubi de dictionibus significatiuis est principalis intentio, & in libris metaphysices, ubi de rebus qua res sunt, docet. Similiter & in logica ceu in Libro topicorum, atq; in libris de moribus ad Nichomacum, & in alijs facultatibus, & operibus eadem diuisione in decẽ prima genera utitur, perinde atque eadem ubique sit diuisio, sed hic secundum dictiones significatiuas accipitur, ut est proprium logice tractationi, alibi autem secundum subsistẽtiam rerum, ut est proprium contemplationi de rebus. uerum hic non agitur de significatiuis dictionibus, quæ sint prorsus à natura rerum separatæ, neque de rebus quæ sint segregatæ, ac alienæ ab his nominibus, quæ sunt apta significare illas, immo nec de conceptionibus, quæ sint extra utranque rerum naturam. Nam cum unũ sint hæc tria, posterius distinxit, quippe mens ipsas res (quatum etiam est intelligentia & cognitio) idem cum conceptionibus earum esse teneat, propter indiuisam unionem, ubi nulla est uocis opportunitas. porrò animal de mentem conuersa, eadem secundo tenet, quando etiam habet in seipsa rationes non solum eas quibus cognoscere potest, sed etiam eas quibus generare, producereque ualet, quæ cum hinc abest, & discedit, & rationes rerum in seipsa separat, & ob id

simulachra

ſimulachra ipſa pro primis formis efficit, tum intelligentiam à rebus ſeiungit, & tanto magis, quanto etiam magis abfuerit à ſimilitudine, cum mente uel diſſimilis ei ſit, quæ anima ſcilicet deinceps conuenientes conceptiones ipſis rebus ingerere, ac accommodare ſtudet, hæc pręterea cum lapſa fuerit in generationem, & obliuionem repleta, eget aſpectu, auditu, ut ad memoriam reuocet ea, que prius nouit. Nam indiget iam uoce dicentis, qua ualeat ueritatem ſpectare, quandoquidem uox à conceptione, & cogitatione animi proferatur, & moueat intellectum, qui iam informatus erat his conceptionibus, quas uocis ope nunc ad memoriam reuocat & ita uocis opportunitas, atque uſus habetur, quæ contendit aſsimilari proxime & immediatę conceptionibus, & per conceptiones rebus adaptatur, & cum ipſis quandam ferè naturalem coniunctionem habet ne temere uoces proferãtur, ceu blityri, & nomina fictitia ſed ut potius moueant, & excitent in audiente intelligentiam, per conceptiones motiuas, quæ in eo ſunt. Nam conceptiones, & intentiones à conceptibus, & intentionibus proficiſcuntur, & ipſæ mouent proxime, & coniungunt intentiones diſcipuli, cum illis præceptoris, quæ etiam, ſcilicet mouentes medium tenent locum inter utraſque diſcipuli & præceptoris intentiones, unde conceptus & intentiones, recte motæ & digeſtæ applicantur, & aptantur rebus, & ita fit rerum cognitio, & inſitus innatuſque animi amor contentatur, & impletur. Porro uox eſt terminus actionis animę, & munus eſt terminorum res ad ſua principia conuertere, iccirco & uox animas remotas, alienaſque à mente & à rebus, & ſeiunctas inter ſe deducit ad conuenientiam, & conſenſum, & mentem, ac eius notiones rebus conuenire, & congruere efficit, & ad mentem omnia reuocat, & redigit, ac oſtendit eas animas, non ſolum eſſe uocis expertes utile, ſed eaſdem etiam nolle alias rerum conceptiones habere, ab his quas uoces excitant. Hoc igitur modo ea quæ in ipſa mente unita ſunt, anima diuiſit, & partita eſt ſimul, tamen eorum mutuam habitudinem in diuiſione ſeruans. Perſpicuũ igitur eſt ex his dictis ꝙ intẽtio propria eſt logice tractationi, ac facultati, de ſimplicibus primiſq;, ac generabilibus uocibus agere quatenus ſunt ſignificatiuæ rerum, ſimul etiam docet res, & conceptiones, quatenus ſignificantur à uocibus. Et hæc Alexandro Hermino, Boetho, Porphyrio uidentur, & Diuus Iamblicus decernit, ac ſtatuit, & Sirianus explicat atque indicat quibus præceptores noſtri aſſentiunt. Sed poſtquam demonſtratum eſt intentionem eſſe de uocibus, & uocum, aliæ ſint ſimplices, aliæ uero compoſitæ, Intentio ſane eſt de ſimplicibus uocibus, & primis ſignificantibus primas, & generaliſſimas res, per medias ſimplices, & primas cõceptiones, ſimplices autem in decem genera Pithagorei reduxerunt, ceu Archita, cui etiam Plato aſſentit, ceu docuit in libro de uniuerſalibus ſermonibus, quem etiam Ariſtote. ſequutus eſt ad unguem, etiam quo ad uocabula, qui eo duntaxat euariauit, ut quibuſdam uidetur, quod ipſe Ariſtote. non tractat prius, connumeratque illud unum quòd Plato decem genera contineri dixit, nec illud iuxta naturã nõium admittit. Utilis eſt herũ doctrina ad introductionẽ uniuerſę partis ac uniuerſæ logices. Nã cõſtat ſimplicia eſſe neceſſaria, idoneaq; ad conſtitutionẽ rerũ cõpoſitarum, iccirco & geometra à ſimplicioribus exorditur, qui deinceps de triangulis primis, & quadratis docet, & poſtea de pentagonis, & de figuris multorum angulorum. Item qui de numero diligenter differuerunt, noſſe imprimis ſtuduerunt, quid ſit numerus par, & quid impar, & ita deinceps quid ſit numerus pariter impar, & impariter par, cæterum quod ad logicam facultatem initium ſimplicium dictionum utile ſit, hic conſtat. Speculatio, actioque contrario inceſſu, itinereque procedunt. Nam ſpeculatio cum à fine initiũ capiat iterum hoc procedit ad principium, actio autem econtra à principio iter facit, in finem ceu in condenda domo liquet. Nam ſpeculatio mox intelligit eius uſum, per quem domus extruitur, quoniam ipſa ædificatur ut nos à uentis imbribuſque, ac ſummis caloribus protegat, quæ cum incipiat à fine, & quonam pacto hoc fieri queat, contempletur, certe inuenit domum protegere nos non poſſe, niſi ſupra parietibus integumentum, & tectum collocentur parietes, pręterea collocari non poſſe, niſi iactis fundamentis, quę neque iaci poſſunt, niſi prius terra fodiatur, & hic deſinit, unde actio ipſa exordium facit quippe quæ primo terram fodiat, deinde fundamenta iacit, ſupra quæ ædificat parietes, & ultimo tectum ſuperponit. Hic ergo ſimile obſeruat, nam ut nobis opus eſt æde, quę interitum qui fieri ſępe ſolet à uentibus, ab imbribus, ab ingentibus caloribus, prohibet, ita nobis opus eſt demonſtratione quæ prohibeat corruptionem à falſo in ſpeculatione, & à malo in actione proficiſcentem, quæ propriè appellatur corruptio. Etenim ut in ſpeculatione falſum, opponitur uero, ita etiam in actiua practicaue philoſophia malum opponitur bono, quo circa indigemus aliquo inſtrumento, quo hęc diſcernere ualeamus, ne ipſi in falſa pro ueris, & mala pro bonis incidamus, hoc autem inſtrumentum eſt ipſa demonſtratio, quę unumquodque diſcernit non permittens ob inuolutum tenueque forſitan ueri, aut boni ueſtigium, nos decipi, ſed omnia aperit, denudatque ac examinat, recteque timatur. quemadmodum igitur conſiderantes domum quonam pacto extruenda eſſet deſinimus ad eam cõceptionem qua intelligimus terram fodiendam eſſe, eodem etiam modo demonſtrationis originem conſiderantes, procedimus. Nam demonſtratio dicit aliquid alicui ineſſe, uel non ineſſe, licet non ſimpliciter, ſed addita cauſa, propter quid illud inſit, uel non inſit. Conſtat etiam ꝙ oratio ſimplex non eſt, ſed eſt collectio plurimũ. ſ. illius ꝙ ineſt, & illius cui ineſt. atq; patet cãm adminus in duabus propoſitionibus contineri, cõplectique. Nam qui oſtendit animum immortalem eſſe, & ita inducit, infertque concluſionem, quòd animus immortalis ſit, per hoc medium ſeipſum mouere, ſic dicit. animus ſeipſum ciet, quod ſeipſum ciet eſt immortale, ſic ergo deducitur concluſio, ergo animus immortalis. demonſtratio ergo eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus. At quomodo diſceremus ſyllogiſmum demonſtratiuum, niſi prius didicerimus ſyllogiſmum ſimpliciter? neque enim ſcribere hunc, uel illũ typũ poterimus, niſi prius didicerimus ex quibus conſtitutus eſt, hæc autem ſunt propoſitiones, que etiam ex nominibus, & uerbis conſtant, quorum alia ſunt ſubiecta, alia uerò predicata, horum ergo cognitione opus eſt, ſed neq; ad hęc uſq; finem facit reſolutio. Nam hęc præcedit etiã ſimplicium uocum ſpeculatio, ſecundam quam omnia nomina ſunt, quoniam prima poſitio uocum, tanquam nominum eſt. Nam hominibus cum opus eſſet mutuo ſibiipſis ſignificare res, quia aberant à communi intelligentia & ſępe diuerſa ſentiunt, impoſuerunt huic rei hoc nomen corpus, & huic dextrum. & aliĩ facere, & alteri agere, & cum nondum diſcrimẽ eſſet quo alia ſubiecta ſunt, & alia pręedicata, atque alia conſignificant tempus, & alia minime: iure ergo pręcedit ſimplicium uocum ſpeculatio, & ab eadem ei incipiendum eſt qui demonſtrationem condere uult merito itaq; a pręedicamentis initiũ ſumimus, quoniam per ipſa ad orationem ſignificatiuam. & in res ſignificatas introducimur, ueluti a ſimplicioribus ad compoſitiora. Nam poſt ſimplices uoces, quid nomen, & quid uerbum ſit addidiſcimus, deinde quid affirmatio, quid negatio, & quæ ſint differentiæ harum, quæ quidem in libro de interpretatione docemur, quibus ibi declaratis, deinde quid ſit terminus, quid propoſitio, quid ſyllogiſmus, quę ſpecies ſyllogiſmorum, & quot ſint ſecundum unamquanq; figuram, atq; quot ſint modi in unaquaq; figura, quę in libro de priori reſolutione docemur, & ita deuenimus in demonſtrandi facultatem, & tractationem de demõſtratione, quam Ariſto. inſcripſit de poſteriori reſolutione: merito igitur a libro prædicamẽtorum incipimus, qui cum uniuerſæ logices facultatis, cum etiam uniuerſæ philoſophiæ initium eſt, unde etiam ex his dictis habemus ordinẽ etiam

lectionis huius libri traditum. Sed ultro inquirenda est inscriptionis causa, primo iuxta quod modos inscriptus sit is liber & quæ sit inscriptionum magis approbanda. dicendum est. Etenim hunc librum quidam inscripsere ante topica aliĩ uero de generibus entis, alii de decem generibus. alii decem prædicamenta, alii prędicamenta quemadmodum & in præsentia fertur.

At qui illi qui librum inscripsere ante topica & eundē ordinem libro tradiderunt, absurde fecerunt Non enim solum præcedit librum topicorum sed etiā in logices libris præcedit uniuersam, ac omnem contemplationem quæ de syllogismis, uel de resolutione est. ac eam de propositionibus, quam de interpretatione inscribunt, similiter in speculatione quæ de rebus est traditio simplicium præcedit omnem philosophiam, cum ea traditio doceat ea quæ maxime elementa sunt. sed quum non quiuis tenere uir est ille, qui continuo illicoque post prædicamenta ordinauit librum topicorum sed fuit Adrastus Aphrodisieus uir præcipuus, atque famosissimus inter Peripateticos. qui eo in loco ubi de ordine philosophiæ Aristot. agit, post librum prædicamentorum uult librum topicorum ordinari, cuius uiri cordati iudicium, atque sententia, quandam forsitan haberet causam probabilem, ac uerisimilem quoniam omnino oportet simplicium uocum cognitionem præcedere ob prædicamentorum librum sed ante demonstrandi methodum uel uiam docendi de demonstratione, atque ante disciplinam præcedentium syllogismorum, & propositionum necessario oportet tradere illam methodum quę rōcinator de opinabilibus ac probabilibus id in libro topicorū, quia ipse etiā de syllō agit, prius docet quid est communis syllogismus eodem modo quo fecit in libro de priori resolutione. Nam si ab opinabilibus ad ea quæ demonstrationis ope sciuntur, & à probabilibus ad ea quæ penitus uera sunt. procedere oportet merito diceret Adrastus quòd opus tractatioque topicorum, de locis uidelicet argumentorum præcedit librum de demonstratione, atque ea q̃ necessario accipienda sunt ante demōstratiōe.

Atqui hæc cum uideantur esse probabilia uerisimiliaq; sint etiam dicta ad persuadendum & probabiliter tantum. Equidem absurda est huius libri hæc inscriptio ante topica. Nam simplices uoces immediate & proxime præcedunt propositiones, quæ ab ipsis proficiscuntur, atque dlos syllogismos qui ex ipsis propositionibus constant.

Sed hi qui de generibus entis, uel de decem generibus inscribuntur, ceu etiam Plotino uidetur in eo uolumine ubi contra hæc prædicamenta quasdam contradictiones disputādo adducit. solum ad res aspiciūt & minime ad scopum & intentionem logicæ facultatis. Nam genera entis sunt res ipse. quod uero de entibus non sit intentio, sed de uocibus significantibus res, quatenus significatiuæ sunt, dictum est prius, quod quidem ipse Aristote. etiam indicat cum dicit unumquodque eorum quæ dicuntur solum quidem, & per se de nullo affirmatur, sed complexione horum inter se affirmatio fit. Nam si affirmatio in uoce, & oratione uersatur, profecto non erit intentio de rebus, quippe rerum complexio, atque coniunctio non sit affirmatio, sed coniunctio uocum significatiuarum. Quod si dixerit unūquodque horum quæ hic traduntur, uel substantiam significare uel quantum uel quale & cætera alia, certe ea quæ significant nō sunt res sed uoces. Nam res significant. Perspicuum igitur est hoc opus, hancque facultatem non de rebus, sed de uocibus significantibus res agere. Sed quum a plerisque liber inscriptus sit prædicamenta causa huius inscriptionis inquirenda est, quippe hoc uocabulum categoriæ significet accusationes quibus in ius uocari solent aduersarii quas accusationes quonam pacto eas facere oporteat. per hunc librum non docemur. Nam rhetorum, & non philosophorum talis cura, opera, & studium est unde tali significato uocabuli opponitur hoc se contumacia uel accusatione purgare; dicendo quod est dicti, uel facti rationem reddere respondēdo, uerum Porphyrius, Crassus, Hebetiusque exponens inquit, res publice proferre tractareque secundum aliquod significatum, est eas prędicare. & prorsus aliquam dictionem de re dicere: quare inquit. omnis simplex dictio significatiua quando de aliqua re quam significat tractaretur. & pronūciaret ac diceretur prædicatio, & prædicamentum dici potest, qui hoc modo propriis uerbis. inquit Atqui hac ratione Socrates & quęuis dictio simplex, significans unumquodque particulare singulareue prædicamentum diceretur, & ita non de generalissimis, sed de simplicibus dictionibus sermo est. Sed alii melius aiunt inscribi librum prædicamēta quia est de generalissimis, quæ semper apta sunt prædicare. Nam orationis enuntiatiuæ, in qua cōsistit uerum, & falsum, aliud est subiectum, de quo est sermo, & oratio, & aliud est quod de illo dicitur, quod quidē prædicatum uelut de subiecto dictum appellatur, ceu Socra. est homo, subiectum inquam est Socra. prædicatum autem est homo & debet quidē subiectum esse, id quod est magis particulare & prædicatum id quod est magis uniuersale, unde in prædicatis proprie non potest fieri conuersio, quippe dici nequeat. homo est Socrates, neq; quod animal sit homo. Porro sunt aliqua quæ duntaxat sunt prædicata, ceu sunt illa quæ etiam in introductione Porphyrii dicuntur genera generalissima, & aliqua sunt duntaxat subiecta ut Indiuidua. Etenim alia participant illis generalissimis ideirco dicuntur de illis à quibus participantur, sed ipsa generalissima aliis non participant. ideo nulli subiiciuntur quod de ipsis prædicetur, indiuidua autem participant his quæ supra se collocata sunt, & ob id eisdem subiecta sunt, quæ à nullo tanquam à magis commune participantur. & ob id de nullo prędicantur. Si ergo intentio libri est de supręmis generibus, merito inscriptus est prędicamenta. Etenim Archita etiam eandem habens intentionem, librum inscripsit de uniuersalibus sermonibus, idest de prędicatis uniuersalibus quę semper prędicantur de his quę sub ipsis ponuntur & nunquam subiiciuntur, quod si nomen extraneum & incongruum ac pręter consuetudinem positum esse uidetur, nihil mirum sit. Nam cum nomina ad rerum cōparationem in minori numero sint Philosophi qui non modo cupiunt res cognoscere quæ alii non perceperunt sed etiam ostendere ac declarare his qui uolunt discere, aliquando nomina fingere coguntur, ceu ipse Aristote. nomen entelechias idest actus finxerat, licet autem interdum uocabulis eis ad nostra uti nobis ꝓprie transferentibus. quę ad alia proprie significandum imposita sunt, ceu in presentia hoc nomine categorias utimur. Cęterum inscriptus est liber prędicamenta, & non de prędicamentis, quoniam consuetudo est sępe in principio libri scribere nomen illius in recto casu, de quo est sermo, eodē modo etiā sermo de Themistocle, inscriptus est Themistocles, & sermo de administratione uel disciplina ciuili inscriptus est ciuilis. Quod is liber sit germanus, peculiarisq; Philosopho scilicet ab eo editus, atq; cōscriptus uel maxime inditio est sententiarum eius obscuritas, & difficultas atque inuoluta eius locutio, quę procedit secundum uim ingenii Aristotelis. Accedit etiam quia ipse alias mentionem de hoc libro fecit, qui eundem appellauit decem prędicamenta & ne suspicaremur de Architę Libro mentionem facere, qui aliam habet inscriptionem. Vel ergo dicendum est illa opera & conscripta in quibus de hoc libro mentionem facit non esse legitima Arist. sed adulterina ab alio, quam ab Aristote. uel ab aliis conscripta, uel hunc fuisse Aristo non negare, neq; respuere oportet. Adde studiosissimos socios eius, admisisse hunc librum germanū & peculiarē eius fuisse. Pręterea, si is liber nō fuisset prius ab Aristote. conscriptus, certe esset sine principio, & sine capite, immo omnis philosophia Aristote. & pręsertim logices facultas. Verum Adrastus narrat eo in loco, ubi de ordine librorum Aristote. disserit, quod circunfertur etiam alius liber prędicamentorum, qui tanquam Aristote. fuisse uidetur, quippe qui elocutione, & dicendi modo breuis,

nis succinctusque est, ac exiguis quibusdã diuisionibus ab hoc differt. Habet autem hoc principiũ, eorum quę sunt aliud quidem est, unde multitudo uersuum, utriusque, libri idem perscribunt, atque pertractant, quare dixit illum esse breue quo ad uerba, tanquam succincte, & breuiter unumquodque argumentum exposuerit ac explicauerit. Vltimo restat persequi diuisionem libri in capita, quæ quum aliqui non animaduerterent, nec scirent quomodo per membra & ne ita dixerim, articulos diuidantur, nec quomodo opportunitatem, usumq; ad uniuersam intentionem recte compleant, nec quomodo continuationem inter se seruent, coaceruatim, simulque indigesta, & confusa capita ponẽda esse, eo mõ putant, quo ad memoriam nostram reuocent, ea quæ hoc in libro dicuntur. Et sane nonnulli mihi cõtradicunt, diuisionem reiicientes ac spernentes. Verum alii negligendam esse aiunt, ueluti superfluam, alii autem tanquam plura omittentem, idest mancam, ceu Cornutus, & Athenodorus, qui cum putent intentionem esse de dictionibus qua dictiones sunt, multas in medium proferunt, quarum aliæ sunt principales, & propriæ, aliæ uero modales, de quibus cum hic nulla fiat mentio, putãt refellendam esse diuisionẽ, quia nõ oẽa dictiões cõprehẽdit. Alĳ aũt putãt etiã diuisionẽ nomium hic faciẽdã esse in æquoca, uniuoca, et denoĩatiua, q etiã arbitrantur librum esse quendam aceruum, & cumulum diuersorum theorematum, eorum scilicet quæ ad logicem naturalem, moralem, & theologalem spectant. Nam considerationes de ęquiuocis, uniuocis, denominatiuis, atque de oppositis, ad logicem attinere aiunt, illa uero de motu ad naturalem disciplinam, ea quoque de uirtute, & malitia, ad moralem, illa denique de decem generibus quę à Philosophis summo studio tractãtur, ad theologiam spectare contendunt. Sed hæc a uero lõge absunt. Nam neq; omnium diuisionem hic facit, alioqui ea que sunt multorum nominum, uel multiuoca, uel diuersorum, idest diuersi uoca, non prętermisisset. Atqui si librum in maiores partes diuidamus, tres eius sunt in prima quidem declarat aliqua, quæ ad prędicamenta utilia fore Aristote. putat, ceu quid sit æquiuocum, quid uniuocum quid denominatiuum. Etenim si debuit dicere quod quędam prędicantur de subiecto ęquiuoce, & quędam uniuoce, & quod denominatiue à qualitate dicuntur qualia, & a quantitate quãta, ut igitur non interciperatur, atque intercidatur cõtinuatio doctrinę, cum de his quę diximus ipse doceat, uel ne, hęc ipsa quid ęquiuocum, scilicet quidue cætera si non prius explicata fuerint, uniuersum sermonem ac librũ obscurum efficiant, meritò eorundem declarationem prius fecit. Secundum autem caput est, quo de ipsis decem generibus tractat. Tertium autem est, quo de quibus fecit mentionem in sermonibus de prædicamentis, ubi horum accuratiorem intelligentiam affert, ceu quid sint ea quæ simul sunt, postquam dixit ea quę simul subsistunt, ad aliquid esse. Item dicit quot modis dicitur prius, ne cum ipse modo dicat hanc substantiam priorem esse, si alias secus dixerit, suspicemur ipsum sibimet contradicere, sed ut sciamus quo significato prioris illa dicatur esse prima & quo hæc eadem sit prima. Item de motu agit, quia de ipso mentionem fecit in prædicamentis quæ agere, & pati appellat. Præterea diuidit opposita cum de ipsis mentionem fecerit, in sermonibus ad aliquid, & in prædicamẽto qualitatis, ubi de quibusdam qualitatibus agitur.

Sed cur hæc non posuit à principio sermonis de prædicamentis, uel cur etiam illa quæ principio ordinauit, post ipsa prædicamenta non subiunxit.

Atqui Porphyrius cum sit huius dubitationis author eã pulchre ac recte soluit dicens, quòd illa quæ libri principio posita sunt prorsus multitudini, & consuetudini incognita erant, sed de his quæ postremo tradita sunt loco nonnullas habemus notitias, & cognitiones, non tamen exactam, & absolutam perceptionem. Cum igitur noluerit Aristote. de eisdem prædicamentis longius sermonem protogare, ac differre, hæc tractãda postremo loco distulit, neq; ipsa prius docere coactus fuit, ob qualemcunque notitiam eorum, quæ prius habenda erant, neq; admisit, ut illorum cognitio ignaua, iners, ac artis ingenĳq; expers ipsi auditori relinqueretur. Nam etsi aliquando quibusdam nominibus ex consuetudine utimur, tamen non cognoscimus ipsorum naturas diligenter, ad quas respicientes nominum authores, & inuentores nomina posuerunt. Hæc igitur dicta sint de diuisione libri in propria capita. Postremo si aliquis cupit noscere sub qua philosophiæ Aristote. parte hic liber locetur, profecto patet eum collocari sub ea parte quæ organum, & instrumentum aliarum partium dicitur. Nam demonstratiuæ logices tractationis, ac facultatis, primam partem continere atq; esse illam doctrinam, quæ de simplicibus uocibus agit, uniuersa autem logica est pars organica instrumentalisue philosophiæ, ceu regulæ, & perpendicula fabrorum, & edificatorum.

De æquiuocis.



Quiuoca dicuntur, quorum nomen commune solum est, ratio autem substantiæ secundum nomen est altera.

Nicostrati sectatores, ambigunt cur cum de prædicamentis dicere proposuerit, illico non de ipsis. sed de alĳs docet, uidelicet de ęquiuocis, uniuocis, & denominatiuis. quibus pulchræ Porphyrius occurrit, dicens quod in unaquaq; fere tractatione, ac facultate spectatiua, contẽplatiuaue q̃dam prius scribi solent, q̃ tendunt ad declarationẽ eor̃, q̃ deinceps aguntur, ceu in geometria termini, dignitates & postulata. Hic ergo q̃m ꝓponit dicere de primis dictionibus, quæ sunt primarũ, & simplicium rerũ significatiuæ, sub quibus oportet omnia alia colligi porro si uniuscuiusq; rei unũ esset nomen peculiare, certe sub uno prædicamento unaquęq; res redigeretur. At si idem nomen est plurium rerum, quæ substantia differunt, profecto discretione, ac distinctione opus est. Vnde aliquando constat aliqua reduci sub uno prædicamento, aliquando minime, ceu animal appellatur homo & equus, & rursus animal uocatur Socrates, & Socratis simulachrum, quod coloribus figuratur, & pingitur. Nam horum homo, & equus cum eadem substantia animalis participent, quæ uniuoce de illis prædicatur, sub uno certe prædicamento rediguntur. At Socrates uerus, & ille pictus, quando quidem ambo non sint eiusdem substantiæ animalis particeps, sed alter est substantiæ particeps, alter uero coloris uel figure superficialis, sub eodem prædicamento non redigunẽ, sed Socrates sub substantia, ille autem pictus sub qualitate. Oportet igitur prius docere de æquoco, & uniuoco. Quod uero opportunum sit prius assumere ęquiuoca, Andronicus indicauit, cum præposuit ea, dicens eorum quæ dicuntur, alia sine complexione, alia uero cum complexione, & eorum quæ sine complexione sunt aliqua æquiuoca dicuntur, quorum nomen commune est, quare opportunum est prius assumere æquiuoca, cum ob ea quæ diximus, tum etiam quia pleraque esse solent perplexa atque ambigua, siue genus fuerit siue non, quæ nobis perspecta, atque clara erunt, ex cognitione æquiuocorum, & uniuocorum. Verum uidetur mihi inquit Diuus Iamblicus, ante omnia pulcherrimum illi esse, qui tractat de p̃dicamẽtis ab æquiuocis initiũ sumere. Nam ipsa certe p̃dicamenta hũt nomen æquiuocũ, p̃dicamẽti, Nã ipsa prædicamenta rebus, & uniuersis generibus discrepant quæ nihil aliud habent, quam solum commune nomen, & ipsum prædicare æquiuoce dicitur: si ergo non est unũ uniuocum, neque idipsum idioma, scilicet proprietatem prædicandi conuenire, neque quomodo de pluribus insit, & quam ad omnes res habitudinem habeant, inuenire

aliquis poterit nisi prius nouerit, ac definiuerit, æquiuoca, meritò libri principio de æquiuocis sermonem facit. Itẽ ad sophisticas importunitates, & cõfusiones nihil potius est. ac magis confert quàm nomina distinguere, hoc etiã Plato in Euthydemo dicit & omnes alii simul confitentur quod Euthydemus afferens duplicem modum distinguendi nomina magnam occasionem in dialecticem, scilicet artem disserendi tradidit. Sed uideamus quomodo naturam æquiuocorum Aristote declarauit: cuius uerba hoc modo explananates dicimus, quod rerum unaquęque per nomen, & per orationem describentem, uel diffinientem significatur, & indicatur, ceu homo qui per nomen hoc, homo, & per eam diffinitionem quæ dicit animal rationale mortale, mentis & scientiæ capax, exprimitur Verum per nomen indicatur secundum q ipse est una species confuse, sed per diffinitionem indicatur quo ad multas eius partes, sed cum nomen sit signũ, quod potest etiã alicui alteri differenti secundum substantiam competere, ceu homo potest esse signum hominis picti, diffinitio tamen quæ indicatiua est substantiæ, non potest competere alteri q differat secundam substantiam. Sciendum igitur est, quæcunque nomine conueniunt, & ratione differunt, ęquiuoca appellari quæcunque autem ecõuerso, scilicet quęcunque ratione consentiunt, & nomine discrepant hęc ipsa appellari multiuoca, ceu hominis definitio una est cuius tamen nomina sunt plura ceu homo & mortalis & cætera huiusmodi. Ea autẽ quę ambobus nomine uidelicet & ratione uocantur synonyma uniuoca ꝑ; uelut homo, & equus qui communicant nomine animalis, & definitione eiusdem Nam utriq; sunt animalia, & substantia animata sensitiua, quo circa animal de ambobus uniuocę pręedicatur Sed ea quę. nec nomine, nec ratione consentiunt diuersiuoca appellari à nobis præsertim solent Sunt inquam diuersa, tum maxime quando nõ habent commune subiectum ceu ascensus & descẽsus habent eandem scalam, eosdemque gradus. Nam talia quę non habent commune subiectum dicerentur magis diuersiuoca esse. Sunt prætetea quædam, quæ partim ambobus communicant, & partim differunt, ceu sunt ea quæ denominatiua dicuntur, ceu quando ab albedine album diceretur, & ab arte literaria literatus, uel a grammatica grammaticus. Cum ergo ex diuisione hæc quinque manifesta sint, uidelicet æquiuoca uniuoca, multiuoca, diuersiuoca, & denominatiua. Aristo. impræsentia tria sola cõplexus est, æquiuoca scilicet uniuoca, & denominatiua. Causę autem quibus cum quinque nomina, ex diuisione explicata sint, scilicet æquiuoca, uniuoca, multiuoca, diuersiuoca, & denominatiua, tria sola impresentia Aristo. accepit, & multiuoca ac diuersiuoca omisit, hæ forsitan sunt, quod his solis tribus in sermone de prædicamentis usus est forsitan etiam, quia duobus perspectis, facillima cognitio oppositorum suorum habetur. Nã qui nouit æquiuoca ea scilicet quæ nomine conueniunt, & ratione differunt, profecto sciet etiam multiuoca, quę habent eandem rationem, & nomina differentia. Itẽ qui nouit uniuoca, ea uidelicet quæ utrisque consentiunt, certo sciet, & diuersiuoca quę utroq differsũt, & ita recte quispiam diceret addictus breuitati Aristotelicæ, & eam animo concipiens. Sed rectius ut uidetur Syriano philosopho. Aristo. prætermisit duo, uidelicet multiuoca, & diuersiuoca, quia hęc potius ad ornatum differendi, atq; dicendi spectare, quàm ad ipsam rerum consideratiõẽ uidit, quo circa in artibus rhetoricis, uel aliis facultatibus, magis proprie de his differit, In quibus idem numero dicere per multiuoca, & diuersa natura per diuersa nomina proferre, ut clara & distincta uideatur oratio docet. Hic uero de æquiuocis, & uniuocis disputat, quæ realem differentiam habent, & primo de ęquiuocis, quia egent simplicior cognitione. ac quia uno nomine conueniunt. Deinde agit de uniuocis, quæ ambobus, nomine scilicet & ratione communicant. Deinceps uerò, ac ultimo de denominatiuis quę nullo istorum, dico scilicet nec nomine nec ratione consentiunt, quę etiã media sunt inter ęquiuoca, & uniuoca. Porro diuus Iamblicus inquit eo sermonem de æquiuocis tanquam de simplicioribus præcedere, quod pręedicamenta, ęquiuoce sunt pręedicamenta, quamuis habeant pręedicari uniuoce de his quę sunt sub eis & quo sunt pręedicamenta, & generalissima, non modo quo ad nomen conueniunt: sed etiam ipsa natura pręedicanti, idest quo sunt generalissima communis eis est. Sed quidam dubitant cur de dictionibus cum proposuerit dicere, & non de ipsis rebus, de ęquiuocatione tamen nihil dicit, sed de æquiuocis differit, præsertim cum præcedat cognitio de æquiuocatione, siquidem ab illa equiuoca proficiscantur. Soluunt etiam pulchre dubitationem dicentes quòd à rebus ęquiuoca manifesta fiunt, quando eodem nomine prolato, ego quidem aliam notionem, & intelligentiam, & tu aliam assumeremus, quemadmodum si nomen canis proferreretur, ego quidẽ terrenum, tu uero marinum intelligeres Icirco in ratiocinis quæ syllogismi denominantur, dialectici quiescere iubent, quousque is qui interrogat, nomen ad aliud significatum deduxerit, ceu si quis perconctaretur, an uestis utilis. sit: si forte fortuna fuerit utilis, concedemus, qui si ultro institerit interrogando, ne utile sit animatum, & ipsum profecto admittemus, quippe uerum sit, qui si concluserit demum, q uestis sit animata certe hic ęquiuocationem utilis opus est distinguere, & accipere utilitatem uidelicet animatam, quoniam utilitas aliter dicitur de ueste, & aliter de illo q utilitatem habet, quare ipse res proprie, & non nomina efficiunt ęquiuocationem. Etenim ipse de æquiuocis quæ mox consequuntur intentionem, ac de æquiuocatione eiusdem intentionis, doctrinam facit Plato etiã inquit ex rebus manifestum fieri, an idem nomen æquoce de pluribus dicatur, an uniuoce. Nã dicit in sophista. Nũc. n. ego. & tu. de noie una cõuenimus, sed de re, op̃eq;, de quo utriq differimus, forsitã quisq; nostrũ ꝓpriã habet sententiam, quare quando cognosceretur, quod communis nominis propriam intelligentiam, ac distinctam quisque haberet, tunc manifestum fit q nomen est æquiuocum. Non enim æquiuoca, & uniuoca per se ipsa talia sunt. sed fiunt talia, quoties intelligentie eorum qui disputant, & nominant res, uariatur. permutaturq; uel natura equiuocorum & uniuocorum consona, & conueniens est. Pulchre autem dixit Aristo. dñr. qm̃ non de rebus ipsis sermo est, sed de significatiuis dictionibus. Ambigunt prætetea interpretes, quonam pacto dixit illa solũ æquiuoca esse quorum nomen solum commune quando quidem æquiuocatio etiam sit in ipsis uerbis ceu in hoc uerbo, in seruitutem redigi, & in participiis, uelut in hoc in seruitutem redactus, & in coniunctionibus. Etenim inter has, uel, & siue, plures differentias tradunt hi qui proprietatem linguarum docent. Sed respondent ad hoc, quòd nomen trifariam dicitur. Nam aliud est proprium, aliud appellatiuum, aliud deniq; quod ad omnem orationis partem extenditur, & accommodatur, sicut dicimus Platonem pulchris, honestisque nominibus & Xenophontem communibus usum fuisse: nullum ergo absurdum nunc illud nomẽ dicere quod communiter ad omnes partes orationis extenditur. Boethus autem dupliciter nomen dici tradit, aliud est cui præponitur articulus quod etiam proprie nomen dicitur, & aliud quod ad omnia orationis elementa extenditur. Cum ergo incidimus in qualemcunq; dictionem, si illa fuerit æquiuoca præponimus ei articulum, similiter etiam dicimus in propriis nominibus, & aliis dictionibus, ceu q canis est ęquiuocum & in seruitutem redigi, similiter est æquiuocum. Nam in seruitutem redigi significat captiuum capi, & capere aliũ, idest uel quempiam redigi in seruitutem uel quempiam redigere alium, merito autem dicit nomen equiuocorum esse

fit cōa quoniā proprium nominis est, ut omnia obtineant preponi sibiipsis articulū. Nā hęc que ita proferuntur, similia sunt his nominibus, quę dicuntur esse uniua casua, ceu hoc in seruitutem redige huius in seruitutem redigi, huic in seruitutem redigi, & cætera simul. Sed quum dixit nomē, indicauit quomodo opus si proferre ęquiuocorum distinctionem, quoniam præponentes articulum, & dicentes hoc in seruitutem redigi, significat quidem hoc, atque hoc. Nā quoties articulus pponitur, ipse certe uerbis locum nominum impartitur. Item inquit esse æquiuocis solum nomen commune. Solum namq; significat interdum unum ceu quando dicimus solum esse mundum, aliquādo autem significat distinctionem contra alterum ceu quando dicimus solum pallium habere, distinguētes ipsum, contra uestem. Hoc igitur significato imprætentia assumpta est hæc dictio, solū tanquam distinguat contra rōnem substantiæ, quod quidē etiā manifestā efficit ęquiuocorum inuentionem, atque oportere illud solum nomē commune esse, unum aliquod definitum, & unum ad aliquid definitum diuidi, contra diffinitionem. Rursus & illa particula, commune, multipliciter dicitur, uel enim cōmune est quod in partes est diuisibile, ceu terra quæ per sortē distribuit unicuiq;, uel cōe qđ indiuisibiliter i cōem usum proponit, sed non simul, ceu seruua, uel equua cōis est uel commune quod assumitur tanq; proprium, sed illico remittitur in communem usum, ut Theatrum, uel deniq; q simul indiuisibiliter in usum multorum uenit, ceu uox. Eodem etiam modo nomē commune æquiuocis omnibus est, quod etiam aliis potest indiuisibiliter simul inesse. Iccirco & Andronicus librum prædicamentorum mutatis uocabulis, & paraphrastico more interp̄tatus, inquit æquiuoca esse, quorum nomen idem est. Etenim nomen, & ratio per incorpoream naturam impartibiliter plurimus adest. Dubitat autē Nichostratus, contra id quod dicitur nomen cōe esse æquiuocis. Nam qui dicit canem quod neq; bouē, neq; equum neq; aliud quid talium dicat, manifestauit sed qđ uult significare nondū expressit. Quem nam canem, aie? nunquid stellarem, an terrenum, an marinum, an illam passionem, quæ cū spamo accidit gutturi, nōdū patet, si ergo nihil significat, neq; nomē erit quare neque æquiuocum. Atqui ęquiuoca dicebantur habere commune nomen. Quod si aliqua adiectione opus est, ad significandum aliquid eorum plurium quæ significat, profecto illud est perinde, ac diceretur. uerbi gratia canis stellaris. uel aliquia alius canis, quo quidem fit, ut nō sit amplius commune nomen, nam adiectione secundum quam maxime significat, id quod uult peculiare nomen fiet. quare si non significat aliquid, non est nomen quod dicatur de æquiuocis assignatis, quod si adiectione quæ efficit proprium esse uniuscuiusqoe nomen, significat, certe quatenus cōmuni nomine participat, amplius non est æquiuocum, immo aliquando cum adiectiōe nō est amplius solum nomen, sed oratio, quare si non significat aliquid, non est nomen, nam nomen significatiuum esse uult, & si significaret rursus cum adiectione, tunc certe nomen non est, sed oratio propter adiectionem differētiæ, immo nec commune est propter differentiam. Item neque erit secundum aliquod significatum cōia nomen quod dicitur de æquiuocis cōe. Nam cōa non erit qua diuisibile, quoniam illud quod participat nomiae alterius syllabe non amplius erit æquiuocum. neq; erit illud commune q secundum totum in alium, atqua alium usum uenit. Nam nomen inest simul unicuiq; ęquiuocorum, quę supra diximus. Item nec erit cōmune quod assumitur simul, ut peculiare. Nam cur unumquodq; debuit alio atq; alio nomine participare, ceu in Theatro alius atq; alius, alium atq; alium capit, & non amplius æquiuocum rursus esset? Atqui neq; ut uox est commune. Nam uox eandem affectionem cunctis auditoribus ingerit, sed æquiuocum aliam atq; aliam, huic & illi præbet intelligentiam, siquidem aliquid significat, si autem non aliam huic, & aliam illi intelligentiam præstat, certe manet sine significatione, & amplius non erit nomen. Quidam autem soluētes dubitationem, dicunt non omne nomen significatiuum esse. Nam cum tripliciter nomen dicatur, aliud quidem secundum characterem, & impressionem. & si non fuerit institutum ad significandum aliquid ceu blytiri, chimeraúe, & aliud institutum ad significandum aliquid, tamen nominia characterē, & designationē non habet, ceu hæc coniunctio, sed quæ ut nomen imposita est seruo, ac familiari à Diodoro qui deinde grammatices, traditiones, determinatiōesque tradidit, ac eoa qui aiunt nomina esse natura. Aliud quoq; nomen est, quod habet characterem & designationem nominis, atq; impositum est ad significandum aliquid ut Socratea & Plato & alia nomina. Quid ergo prohibet æquiuocum esse nomen non ordinatum, & institutum, ad significandum, & tamen habere characterem & designationem nominis? Nam potest accipi commune sine impositione ad significandum aliquid Sed dicerent talem nomen non posse accipi in diffinitione equiuocorum. Nam nomen quod dictum est separat, determinatúe quosdam ad quos significandum Institutum est nomen autem quod secundum solam designationem nominis est nomen non impositū est ad significandum aliquid. si ergo non esset institutum ad significandum aliquid, non locaretur in definitione. uel si institutum fuerit ad significandum, non erit commune. Nam neq; communis esse potest, impositio institutioue. Item & hoc ubi dicit secundum nomen ratio altera, uelot de eo quod impositum est ad significandum olno dicitur. Nam id quod solum nominia characterem habet, aliquam rationem non habet. Nam quæ esset ratio blytri chimereúe, quæ nihil significat. quod si institutū est ad significandum, certe non est solum. ceu nec diffinitiones sunt, quæ fm diuersam instōnē sunt diuerse. Nisi ergo nomen ęquocū ut nomē, & non rea queat pluribus & differentibus cōpetere. & ob id cum dicaš de aliquibua incertū est. de quo dicatur quousq; determinatū fuerit, qđ cū determinatū fuerit non amplius est cōe nomen, sed etiā assumit dēiam ut unum significet, cōe autem & indefinitum est institutum ad significandum in omnibus æquiuocis communiter, & indiuisibiliter, quod quidem si cum determinatione acceptum fuerit, atq; peculiare, & diuisum euaserit, adhuc commune superest, ita q; recte non inquiunt dicentes, si significat non est commune. Nam est etiam communis, ut communis significatio, & institutio ad significandum. Scite dignum est q uniuersam ęquiuocorum descriptionem per æquiuoca tradidit. Etenim nomen commune, & solum multipliciter dicitur, immo numerantur hæc inter ea, quæ fm æquiuocationem insunt.

Ratio autem substantiæ secundum nomen est altera, ceu animal, homo, & quod pingitur. Horum enim commune nomen solum est, sed ratio substantiæ secundum nomen est altera. Nam si quispiam assignauerit quid est ipsorum utriusq; quo quisque eorum animal est: propriam rationem tradet.

Diffinitionem oportet esse omnino æqualis ambitus, æqualiterque complexionta cum nomine definiti, ut nō excedat nomen, neque manca sit, ac minua cōtineat, quā nomen complectatur. Etenim eiusdem rei est nomen, & definitio complet, explicatque rem quam complectitur secundum multas partes quæ in ipsa collocantur, nomen autem contrahit, complicat, & secundum ipsam speciē solam confuse rem indicat, oportet igitur omnem definitionem esse nomini in continentia, & complexione implicita parē esse, quæ definitum non excedat, neq; deficiat, & manca sit. Etquidem tum contingit superfluam, ac mācam esse definitionem, quando secundum nomen non assignaretur definitio, tum persertim excedit quando fieret

secundum aliquid eorum, quæ superiora sunt, ceu si quis uoluerit definire animal non secundum nomen animalis definitionem traderet, sed secundum aliquid eorum quæ uniuersaliter magis insunt animali, ceu animatum. Nam tunc assignabis quod animal sit substantia, quæ motu interiore cietur, uel nutritur, uel augetur, & q similia generat, uel utcunq; aliter quispiam definiret. Nam tunc uera erit animalis descriptio, attamen non erit eius definitio, quippe q̃ nō adequet definito. Nam si aliquod animal est, certe illud nutritur, augetur, & similia procreat, sed non econuerso. Nam plantæ fructicesque nō sunt animalia quæ tamen eas exercent operationes. Item mancam esse definitionem contingit, quando secundum aliquid magis particulare, quam sit definitum acciperetur, ceu quando definientes animal, diceremus esse substantiā rationalem mortalem, quæ quidē definitio est homo. Etenim quod est tale, certe animal est, sed quicquid animal non est omne tale. Omnis ergo definitio, adeo fit iuxta nomē & definitū ut queat eum nomine conuerti. Atqui equiuoca. secundum aliud, atque aliud significatum possunt habere eandem diffinitionem, ceu Aiaces quatenus sunt homines, animalia rationalia mortalia sunt, sed quatenus Aiaces, alius quidem est Troianus, alius autem Thelamonius, Aiax nāq; est æquiuocum, uelut subiectum. Speusippus autem (ut aiunt) aiebat sat esse dicere, sed ratio altera. Atq (pace eius) si quis sic diceret, profecto uniuoca erunt ęquiuoca, & contra, æquiuoca erunt uniuoca. Nam nobis, & equis idē cōe nomē est aial, sed definitiones diuersę, quatenus homo & quatenus equus, erit igit̄ uniuocū, æquiuocū. Item canis marinus, q terrenus sm animal eandē diffinitionem habent, & ita erunt ęquiuoca uniuoca, quoniam non quatenus canis erat æquiuocum eorum diffinitio tradita fuit, sed quatenus erat animal: igitur necesse est addere illud, scilicet secundum nomen. Cæterum ratio significat quidem in calculis, & supputandis rebus, computationem, & ratiocinium. Item significat quandam interiorem affectionem, secundum intelligentiam quam solemus dicere discursum Item significat quoddam tritum productiuum, & seminarium. Item significat id quod est uniuscuiusque indicatiuum, & definitiuum. Verum dixit ipsam rationem, & non definitionem, ut etiam comprehenderet descriptionem, quæ etiam supremis generibus, & indiuiduis competit, quę nequeunt per uerā diffinitionē explicari, quia supremorū generū genus nō est accipere, neq; indiuiduorum differentias essentiales, sed descriptio cum tradat proprietatem substantiæ attingit hæc, & explicat. Item ideo neque dixit simpliciter ratio secundum nomen sed rō substantiæ quia rō descriptiua, proprietatem substantiæ describit. At ratio definitiua, cuiusque naturam, & quid sit secundum substantiam explicat, igitur ratio substantiæ, complexa est rationem diffinitiuam, & descriptionem, quare temere frustraque obiiciunt sectatores Nichostrati, qui aiunt Aristo. uideri in solam substantiam æquiuocationem asserere, siquidem dixit in ęquiuocis rationem substantię alteram esse, quāquam sit etiā æquiuocatio in qualitate, siquidem album colorem, & albam claramq; uocē dicere consueuimus similiter æquiuocatio est in prædicamento positionis, atq; in aliis. Sed ad hanc omnium dubitationē, Porphyrius primo inquit, in cunctis exemplaribus non esse illam particulam, scilicet substantiæ. Nam ut inquit, neque Boethus intelligit Aristo. illam indicasse cum diceret, quæ sint æquiuoca, quem Boethus testatur dicentem Æquiuoca dicuntur, quorum nomen solum commune est, ratio autem secundum illud nomen altera. Vnde Boethus exponēs singula uerba, pretermisit illam particulam, substantiæ, tanquam ipsa non sit scripta. Item Andronicus qui librum Aristo. mutatis quibusdam uocabulis, more paraphrastico explicat, inquit, eorum quæ dicūtur sine complexione, ęquiuoca dicunt, quorum nomen solum idem, ratio autem altera secundum nomen. At Porphyrius inquit, nos autem quoniam Herminus, & plerique alii fere hoc nomen, substantiæ, in definitione, uelut positum, & collocatum inuenerunt dicimus esse illius additionem necessariam. Nam cum ratio significet inductionem syllogismum, & omnē affirmationem, & negationem, nisi addicitur ea particula, substantiæ, quonam pacto alia significata rationis à definitione, descriptione diuersa esse discernerentur? itaq; loco huius, definitio altera uel descriptio, expositionem definitionis, & descriptionis complexus est dicendo, ratio autem substantiæ altera. Etenim diffinitio est ratio substantiæ tanquam substantiam indicans. Descriptio autē significat, & indicat proprietatem substantiæ & inexistētiam communem quæ proprie substantiæ, & aliis subsistentiæ inest. Sed Nichostratus denuo ambigit de æquiuocis, & Atticus adhuc explicatius clariusq; dubitationem exposuit dicens. Nam si uniuoca sunt quorum nomē cōe, & definitio cōia est, & ipsa æquiuoca hn̄t etiā cōe nomē cum æquiuoca appellētur, atq; definitionē æquiuoci quippe de unoquoq; æquiuoco uerum sic dicere quod est solum nomen commune, ratio autem secundum nomen altera, igitur æquiuoca sunt uniuoca, sed sunt etiam uniuoca æquiuoca igitur omnia, quæ habent idem nomē uniuoca sunt. Soluit etiam hanc dubitationem Porphyrius, dicens quod nihil prohibet easdem res secundum diuersas appellationes æquiuoca esse, & uniuoca, ceu Aiaces, qui quatenus homines sunt uniuoci sunt quatenus uero Aiaces ęquoci, sic ergo Aiaces æquoci, quatenus hoīes uniuoci sunt, quatenus uero Aiaces æquoci. sed quispiā facillime occurret, & dicet quatenus quidā ęquoca, ęquiuoca non erunt ęquoca. sed uniuoca & quatenus non æquiuoca, sed Aiaces quo ad hoc sunt æquiuoca. Et forsitan nullum absurdum est, ut secundum eandem æquiuoci naturam, quæ communis est, ea quæ eadem natura participant, sint uniuoca, & ambo esse æquiuoca, quatenus solo cōi nomine, & non quatenus communi natura participant, ceu Aiaces, quatenus participāt communi nomine Aiacis, æquiuoca sunt. ut igit̄ bissyllabū, quatenus bissyllabū, nō est bissyllabū, sed ut ita dixerim, quia trissyllabū sed bissyllabū est, quatenus Bion, uel Crates. atq; alia q̃ sunt pp bissyllabi naturam, & participāt eadem, quo ad hoc bissyllabū, est bissyllabū, sic etiam nullū inconueniēs est, hoc mō æquiuoca se habere. Nam quatenus cōi natura æquiuoca participant, non sunt equiuoca, sed uniuoca sed quatenus non natura, sed solo nominis communi participant. secundū hoc ęquiuoca sunt. At si aliquis diceret, quod natura æquiuoci participare, nihil aliud est quam solo noīe cōi participare, nā hæc est æquoci na siqdē hec sit definitio eius, & sic rursus quatenus ipsum æquocū est uniuocū esse demonstrabit. Ad hunc dicēdū est qd noīa de rebus principaliter, predicant̄, siue sint ꝓpria, siue cōia, sed uniuoce uel æquiuoce prædicari nō inest principaliter, sed pp talē uel talē noīum cōuenientiā, q̄re qn̄ Aiaces noīe Aiacis participarent, ut solū nomen cōe inesset, his q̃ participant, certe talis participatio est æquiuoca, qn̄ aūt rursus æquiuocatio ita participaretur, ut non solum nomen cōe inesset. his quę participant, quatenus æquiuoca appellantur, sed etiam participarent eadem natura ęquiuocationis, tunc species, & modus participationis uniuocus est. Hę igitur sunt dubitationes, & solutiones ad dicta cōtra ęquoca. Postremo cōsueuerunt hic interp̄tes iuniores, modos æquiuocorum numerare, & inquiunt duos esse supremos modos. Nam ęquiuocorum alia sunt à fortuna, ut Alexander qui alius est Paridis, alter uero Macedo, alia autem à sn̄ia cogitationeúe, ceu qn̄ aliquis excogitaret causas alicuius grati a ipsa nomina imponeret, sed ea quę sunt à fortuna cum sint ut fors tulit, atq; indefinita, uel ut indiuisibilia manēt. At ea quę à sententia uel cogitatione sunt, quadrifariam diuiduntur. Equidem diuidū tur in ea quę sunt æquiuoca, secundum similitudinē, ceu

Aristo.

Aristo. In exemplo equiuocorum utebatur, dicendo animal homo, & quod pingitur, quæ hoc nomen commune habent, sed rationem alteram, quoniam homo est animal, quod est substantia animata sensitiua, sed simulachrum hominis, uel statua, sic animal est, ut habens similitudinem substantiæ animatæ. Secundus autem modus equiuocorum a sententia, uel cogitatione est, secundum analogiam, uel proportionem, ceu quando principium dicerent equiuocè de unitate, & puncto, quorum aliud est principium numerorum, aliud uerò lineę. Item fluuiorum fons, & animalium cor, dicuntur principia. Nam ut se habet unitas ad numerum, ita & alia se habent, quod quidem est proportionis proprium. Tertius autem modus æquiuocorum à cogitatione est, ceu quando fieret aliqua prędicatio communis pluribus, & differentibus rebus, ceu à medicatione liber medicinalis. quoniam conscriptus est de his medicinalibus, quæ discenda sunt. Item medicinalis est scalpellus, quia instrumentum est eorum qui secant, & incidunt secundum artem medicinalem. Item dicitur remedium medicinale, quoniam ad sanationem est utile, quare nomen commune est, & ratio uniuscuiusq; altera. Quartus autem modus est, quando diuersa ad unum finem referentur, & ab illo appellationem assecuntur, uelut cibus sanus, & remedium sanum, atq; exercitium, & cætera id genus, quęcunq; à sanitate, ceu à fine denominantur. Verum hos duos modos quidam coniungentes, uelue unum ab uno, & ad unum idest analogum numerarũt, quidam autem neq; in æquiuocis ipsum posuerunt, neq; in uniuocis, sed medium inter utraq;, quoniam aliqua ratione participat. Equidem à medicina medicinalia pficiscunt, & à sanitate sana. Nam non solum nomē cōmune, est, & ob id simile est uniuocis, sed quatenus non participant æqualiter ea quæ participare debent, quippè non similiter medicinalis liber sit, qui continet setentiam de curanda ęgritudine, & curata conseruanda, & scalpellum, nec similiter sanum est remedium, & ipsa deambulatio, idcirco itaque non sunt uniuoca. Quidam autem quorum unus est Atticus, modum qui fit per metaphoram, & trãslationem redigentes in eundem modum qui dicebatur esse secundum proportionem, aiunt utrũq; simul esse unum modum æquiuocorum. Sed sermo dignus est consideratione. Nam dicit Porphyrius, quod quando res habuerit proprium nomen, & quispiam aliter de eodem abuteretur alio nomine, transferendo illud, & eodem uteretur, perinde, atq; de eodem esset, quod hic non esset aliqua ęquiuocatio. Non enim ea quæ modaliter dicta sunt eis, quæ propriè dicuntur, essent ęquiuoca, sed quando non haberent aliud nomen, tunc fieret ęquiuocatio, ceu mõtium pars infima appellatur pes montis, atq; imum, ceu illud.

Sed aliĳ celeriter imę partis montis, frequentis fontib' Idę.

Vbi poetæ imas montis partes, uocant pedes; sicut etiam in alio carmine patet.

Iam cunctę quatiebantur pedes, frequentis fontibus Idę.

Item appellanẽ pedes ea quę lecticam & mensam sustinẽe, atq; clauus nauigĳ. Nam poeta inquit.

Nam semper nauis pedem.

In his igitur inquit. Porphyrius pedem nauis, & montis aliquis non diceret æquiuocè dici, quoniã habent propria nomina sub montanum, & clauus. Verum in mensa, & lectica non est translatio, sed æquiuocatio, quoniam aliud nomen non habent, sed appellantur pedes, iuxta similitudinem ad animal, quare his solum est nomen commune, rationes autem diuersæ, sed in monte, & naue alia nomina sunt, transfertur autem pedum appellatio, secundum metaphorã, si ergo non fuerit aliqua similitudo, hac ratione inquam erunt æquiuoca. Verumtamen Porphyrius in libris de responsione, & interrogatione, inquit etiã pedem nauis dici secundum metaphoram, quem propriè appellari eius clauum dicit. Item in libro ad Gedalium, pedem montis tradit secundum metaphoram dici, sed illum nauis æquiuocè. Nam inquit aliud nomen de hoc non dici, quãquam ibi dixerit clauum appellari. Et forsitan utraq; uere dicebantur. Equidem si ibi pes clauus dicebatur, hic autem pars mali dicitur, quæ aliud nomen non habet. Sed uidetur etiam hic clauum dicere. Nam trãspositum est sub hoc.

Vniuoca dicuntur quorum nomen commune, & ratio substantiæ secundum nomen eadem est, ceu animal, homo, & bos. Nam horum utrũq; communi nomine animal appellatur, & ratio substantiæ eadem. Si enim aßignauerit quispiam utriusque rationẽ, quid est utrũq; ipsorum, animal esse, eandem rationem aßignabit.

* Cum dixerit prius de ęquiuocis, quoniam ens ęquiuoce decem prædicamentis inesse uidetur, deinceps infert sermonem de uniuocis. Nam opus est cognitione de uniuocis, propter prædicationem generum, quæ prædicantur uniuoce de his quæ sub ipsis collocantur, atque ea de causa, quia ea quæ sunt mutuo, & inter se uniuoca, sub uno redigunter prædicamento uniuocum ergo conuenit cũ ęquiuoco, quatenus in utroque requiritur, nomen commune, & ita in uniuocis, quemadmodum in æquiuocis. Differt autem, quia non solum nomen commune in uniuocis requiritur, sed etiam ratio secundum nomen, idest definitio, & descriptio, communis est uniuocis. Nam etsi hoc in loco non adĳcitur secundum nomen (nam Porphyrius in libro ad Gedalium sic scripsit.) Vniuoca dicuntur, quorum nomen solum commune, & ratio eadem, subaudiendum, eius. Nam oportet definitionem, & descriptionem, parem esse, æqualemq;, & congruam, nomini. Item in uniuocis unum nomen, unius rei est indicatiuum, sed in æquiuocis unum nomen plures res significat, & alicubi unum nomen prædicatur, & alicubi plura. Item æquiuocum recipit contradictionem. Nam animal pictum, est animal, & non animal, et coruus auis, est corax, & corax quippe non sit instrumentũ quod ianuę apponitur, uniuocũ autẽ non suscipit contradictionem. Nam dici non potest hominem esse animal, & non esse animal. Cæterum Porphyrius intelligendam esse illam particulam, ratio substantiæ, in libro de interrogatione, & responsione dicit. Nam ipsa est definitio, sed in libro ad Gedalium non amplius dicit intelligendam esse, illam scilicet substantiæ, quoniam non quatenus unumquodque in uniuocis est, eorum est ratio eadem, sed quatenus omnia quodam communi participant. Et uidetur nunc illa particula, substantiæ, non competere, nec copulanda esse huic, ratio, ut ratio substantiæ significet diffinitionem, sed hic intelligenda est secundum formam, & speciem, qua est unumquodque. Nam homo, & equus, sunt uniuoca in animali, & ratio eorum eadem est secundum hoc, non tamen secundum illa, quibus maxime homo est hæc peculiaris substantia, & equus alia. Nam istiusmodi alia est utriusque horum ratio. Et ipse Porphyrius ultro persequens explicationem inquit, & si aliquis subintelligeret illam particulam, substantiæ, sane patet quod nos intelligemus uelut substantiam, non eam quæ proprie appellatur substantia, sed substantiam quæ significat uniuscuiusque inexistentiam, quasi magis communem. Verumenimuero sciendum est, quod in plerisque exemplaribus, sic scriptura fertur. Vniuoca autem dicuntur, quorum nomen commune, & ratio substantiæ secundum nomen est eadem. Et Porphyrius in libro de interrogatione, & responsione, sic scripsit. Iamblicus autem sine hac particula, substantiæ, sic scripsit. Vniuoca dicuntur. quorum nomen commune, & ratio sm nomẽ est eadẽ. Verũ annotauit, q in qbusdã exẽplaribus nõ fertur illa pars cõtext', & ratio sm nomen, &

quod quãuis non afferatur, tamen ſubintelligenda eſt, cuius ſcripturam, & contextum ſecutꝰ eſt etiã Syrianus. Sed Alexander circa ſcripturam ab his diſſentit, cum ſic ſcripſerit. Vniuoca autem dicuntur, quorum nomen commune, & ratio ſubſtantiæ eadem, ſed ſub intelligendam eſſe etiã ipſe inquit, illam particulam, ſecundum nomen. Quo uerò ad exemplum accœpit idem animalis nomen, in uniuocis, quod quidẽ accœpit etiam in ęquiuocis, quãuis aliud exemplum ſibi non deeſſet, ſed eodem demonſtraſſe uoluit, quòd idem nomen aliarum rerum ęquiuoce eſt ſignificatiuum, uelut animal hominis, & ſtatuæ, & aliarum uniuocè, ceu hominis & bouis. Nam uterque una & eadem ratiõe eſt animal, quippè uterq; ſit ſubſtãtia animata ſenſitiua. quod quidem mirum non eſt, ſed hoc mirum magis eſſet, ſi idem & ad idem eſſet uniuocũ, & ęquiuocum. Nam ſcire dignum eſt, quod quadrupliciter ęquiuocum, & uniuocum dicitur. Nam aliquando una & eadem res ſecũdũ aliud & aliud ſuſpſius nomẽ, & ad aliam, atq; aliam rem ęquiuocum eſt, & uniuocum, ceu corax auis ideſt coruus. Equidem corax, & coruus, quatenus appellatur ad inſtrumentum hoſtij, ianuæq; ęquiuocè dicitur, quatenus autem auis eſt cum alijs auibus uniuocè dicitur. Item aliquando eadẽ res ad eandem differẽtibus ſuſpſius nominibus ęquiuocum, & uniuocum eſſe inuenitur, ceu Socrates Philoſophus, eſt equiuocus ad Socratem Thæteti ludi, & diſputationis ſocium, quatenus Socrates, ſed quatenus homo eſt, uniuocus. Cætera uerò alia, ſunt illa, quæ ſecundum unum idem nomen ęquiuoca, & uniuoca ſunt, ad aliam, & aliam rem, tamen comparata, ceu corax auis. i. coruus qui cum inſtrumento ianuę, equiuocus eſt, ſed cum alijs coruis eſt uniuocus. Item aliquando eadem res eſt æquiuoca, & uniuoca, ceu apud Homerum ruſticus niger, & niger. Nam quatenus niger eſt, proprium nomen æquiuocum ſanè erit, cum ipſo nigro colore, qui ab eodem nomine ſignificatur, quod ſi forte fortuna quiſpiam appellauerit ſecundum ipſum colorem, ipſum nigrum, certè is color, cum ſimilibus erit uniuocus. Eodem quoq; modo, ruſticus ſylueſtriſq;, idem nomẽ obtinens, ſi fortè fortuna erit mos ruſticus, erit profecto ad ruſticum morem equiuocus, & uniuocus. Sũt pręterea alia huiuſcemodi nomina, quæ à uirtutibus uelut propria dicuntur, ceu liberalis, temperatus, modeſtus, & id genus, & à gentilibus, ceu Italus, Creticus, Eleuſinus: & huiuſmodi alia, quando itaque alius habuerit proprium nomen, & alius gentile, ſi autem ambo etiam propria, & eãdem affectionem habuerint, uel ambo nigri dicerentur proprio nomine, & nigri coloris eſſent, equidem hi ſecundum propria ſunt æquiuoci, nam proprium indicaret qualitatem, propriẽ, eius quod nominatur, ſed ſecundum communẽ nigri diſpoſitionẽ affectiõemq;, eſſent uniuoci Nam eadem eſt utriuſque ratio, ſecundum colorem, uel animæ affectionem, uel patriam diſpoſitionem. Sed in talibꝰ, etiã quiſpiam ad ſeipſum equiuocus erit. Nam ſi appellaretur proprio nomine niger, & eſſet etiam colore niger, ſanè ęquiuocè ineſſet nigrum ei, qui proprio nomine appellatur niger, & eidem qui eſt niger colore. Verum hoc exemplum traditum, ceu animal, non ſit aſsignatum propter res uniuocas, ſed propter nomen uniuoci. Nam homo inquit, & bos, communi nomine animal appellantur. Cõuenientiꝰ, ac congruentius Ariſto. uocauit ſynonyma, uniuocaq;, ea quæ cum nomine, eandem etiam habent diffinitionem, q̃ fecerint Stoici, qui talia appellarunt habentia ſimul plura nomina, ceu Paris, & Alexander idem appellatur, quæ ſimpliciter multinomina, uel multiuoca dicuntur. Nam his hæc præpoſitio, cum (ut connectit, & coniungit eiuſdẽ conuenientiam, & connexum) cum quo connectit certè ſignificat, ceu ſimul unaq; deambulare, ſimulq; expeditionem facere, exercitumuè ducere. Sed forſitan reſpexerũt ad id, quo ſunt eiuſdem nomina. Nam & Ariſto. in libro de arte poetica, dixit uniuoca eſſe, quorum ſunt plura nomina, ratio autem eadem, qualia ſunt multinomina, uel multiuoca, ceu tunica, pallium, & indumentum. Sed neq; abſurdum eſt, inquit Porphyrius, cum uſus duplex ſit. Ariſto. utroq; uſum fuiſſe, quoniam & utrũq; habet quãdam rationem. Etenim plura nomina ad unum relata, ceu colona, & ſtylus græce i. colona cum eandem habeãt rationem, uniuoca appellarentur. Et tamen ubi eadem eſſet ratio, & nomen unà ſimulq; reſponderet, adhuc magis proprie & congruẽ ſynonyma, uniuocaq; uocarentur, quare uniuocum, aliud eſt cum plura nomina unam aliquam rem ſimul nominant, aliud autem cum ſimul rationem, & nomen nominant, & ob id ubi de generibus, ſiue de uocibus ſignificantibus genera agitur, opus eſt ſecundo ſignificato, propterea quod genera ſecundum hoc ſignificatũ uniuocè de ſpeciebus prædicantur, ſed ubi circa ſimplices uoces, & multiformem uniuſcuiuſq; denominationẽ, ſtudio adhibito uerſatur, quẽadmodum in libro artis metricæ & poeticę, atq; ĩ tertio libro rhetorices, opus eſt altero ſignificato uniuoci, quod quidem Speuſippus multiuocũ appellat. Vnde Boethus, nõ rectè inquit Ariſt. prętermiſiſſe ea quæ à iunioribus ſynonyma, uniuocaq; appellantur, & ea huiuſmodi multiuoca, quæ appellantur uniuoca & ſynonyma, quę quidem Speuſippus multinomina, multiuocaque appellat. Non enim prætermiſit, ſed in alijs tractationibus, facultatibuſq;. in quibus erat proprius ſermo habẽdus, ea complexus eſt.

Denominatiua dicuntur, quęcunq; cum ab alio differũt caſu, habent appellationem ſecundum nomen, ut grammaticus à grammatica. & à uirilitate uirilis.

Denominatiua, aliquo modo media ſunt inter ęquiuoca, & uniuoca, & utriſque participant, & deficiunt ab utriſq;. Nam grammaticus, & grammatica habent nomina, & rationem, nec omnino eadem, nec omnino diuerſa. Etenim ratio grammatices, eſt ſcientia ſcribendi, & legendi. Sed aiunt interpretes tribus opus eſſe, ei quod ab aliquo denominatur, re, à qua denominatur nomine, & diſsimilitudine terminationis, & definitionis nominum, quam quidem Ariſtote. caſum uocat. Nam ueteres appellabant caſus nominum, non ſolum hos quinque qui impræſentia dicuntur, ſed etiam modos & inflexiones quæ adijciuntur, etiam ſi habeant qualeſcũq; formationes. Vnde etiam ea quæ nunc appellãtur medietates, caſus appellabant, ceu caſum à uirilitate uiriliter, & ab honeſto honeſtè, ſic etiam apud eos erat quidam maſculinus caſus à fœminino, ut à grammatica grammaticus, & econtra, fœmininus à maſculino, ut ab Alexandro Alexandria. Verum hos caſus appellabant, quia idem ſecundum transformationem terminationis, cum propriè caſibus patiebantur. Sed ubi aliquod trium, quæ pauloante diximus, defecerit non fit denominatiuum. Nam mulier muſica arte participans, & ars quæ muſica dicitur, & ſi re, & nomine participaret, quia tamen eandem terminationem habet, non dicitur denominatiuum à muſica, ſed æquiuoca cum illa. Item ſi quis uirtute participans, ab eadem ſtudioſus appellaretur, re quidem participat, ſed caſu differt. Item cum nominis non ſit particeps, non uocaretur denominatiuus à uirtute, ſed neque ſtudioſus à ſtudio denominabitur. Nam ſtudioſus eſt, qui habet uirtutem, ſed circa aliqua etiam ſtudium adhibemus, in quibus fortuna incidimus. Veruntamen Ariſtotelis uidetur hæc duo ſola aſsignaſſe denominatiuis ſcilicet differentiam caſus, & appellationem ſecundum nomen, tamen ex ipſis exemplis participationem ſecundum rem in denominatiuis manifeſtam fecit. Nam grammaticus, nõ ſolum nomine grãmatices participat, ſed etiam poſsidet ipſam artem, ſimiliter etiã uirilis à uirtute. Cæterũ opus eſt ĩ denominatiuis quęrere quid ſit primũ, et qd ſit illud quod ab illo eſt denominatũ, ceu quod priꝰ eſt Alexãder, et ab illo ẽ Alexãdria denominata, et ab ipſa Alexãdria Alexãdreꝰ. Nõ.n. ecõtra ualet,

quòd

quod quidē manifestum fiet,in his quæ sunt natura priora quemadmodum conditor est prior ciuitate cōdita, & ciuitas est prior eue. Porphyrius dicit, quod semper inter denominatiua collocabuntur patronomica,comparatiua, superlatiua, & diminutiua. Sed num illa uidelicet palude, exinde, & uirtuosum, quę quidem deriuatiua uocāt, sint denominatiua? Equidem denominatiua sunt, quoniā denominatiua oportet significare, non idem inuariabiliter, sed hæc nil quod euariarum sit à seipsis significant ui delicet exinde nihil differens ab inde, nec uirtuosum à uirtute, nec palude à palo, igitur talia sunt denominatiua. Sed utilis est horum doctrina, ut cognoscamus quòd denominatiua plerumq; cadunt sub eodem prædicamento, cum suis antecedentibus, a quibus scilicet denominantur, ceu quale sub qualitate, & stare, & accumbere sub statione, & accubitu, quæ quidem sunt sub ipso prędicamento positionis. Cum dixisset igitur Aristore.de æquiuocis, uniuocis, & denominatiuis,omisit diuersiuoca, & multiuoca,omisit in quam multiuoca,quia ad res ipsas nihil cōferunt, sed solum dictiones multiplicant, similiter obticuit diuersiuoca, propterea quod imperitentia ea non diuiduntur, quæ sunt numero infinita, sed dictiones quæ secundum genus significant aliquid. Atqui ambo hæc etiā prætermisit, quoniam de his agere, magis munus, atq; diligentia, est rhetorices, & poetices artis, sed non naturalis contemplationis (ut diximus.) Nisi rectè se habeat, ut illa etiam cum prædictis,ac præaccepris, sub una diuisione comprehendantur, porrò Boethus narrat, Speusippum eandem diuisionem comprehendere, omnia nomina asseruisse. Nam inquit, nominum alia quidem eiusdem nomina, uel eidem uoca, alia diuersiuoca. Item eidē uocorum, alia æquiuoca sunt, alia uniuoca. Rursus diuersiuocorum alia propriè diuersiuoca, alia uerò multiuoca, alia denominatiua. Sed cum de aliis tradutum, dis putatumq; sit, iure ergo multiuoca sunt plura, & differentia nomina, aquæ de una re dicuntur, præsertim quando eorum fuerit una & eadem ratio,ceu ensis, gladius,cultellus,spatha, diuersiuoca autem sunt, quæ nominibus, rebus & rationibus sunt diuersa, ceu grammatica, homo, lignum,differunt igitur inter se.

Nominum alia quidem sunt.



Multiuoca quidem (qua multiuoca) communicant eadem uoce, & re,diuersiuoca uerò secundum ambo distāt. sed ad priora reuertamur, multiuoca e regione contraria, cum æquiuocis uertuntur, quatenus in æquiuocis nomen commune erat,sed ratio propria unicuiq; in multiuocis autem econtra, eadem res, & diffinitio communis,sed nomina differentia,similiter diuersiuoca, opponūt uniuocis. Nā uniuoca utroq; nomine scilicet & ratione consentiunt,diuersiuoca autem nullo horum conueniunt. Verum oportet in multiuocis obseruare,ne erremus aliquando,existimantes non multiuoca esse multiuoca Non enim si de uno plu ra nomina prædicantur, iam protsus hęc sunt multiuoca, sed si dicuntur secundum unum & idem, uelut impartile, & minimum,duo nomina sunt, & de una re dicuntur, ceu elementum de e,uel à,litera, & cauum, & gibbosum, cō uexumuè de circulo, & tamen non est multiuocum id de quo dicitur. Nam uitūq; non inest eidem secundum idē. Nam alia est utriusque definitio. Scire dignum est, quod in multiuocis propriè, ceu in homine, quando ipse homo, uit mortalisq; diceretur, unumquodq; nomen secundum aliam,atq; aliam hominis naturam, traditur. Aliud nanq; competit ei secundum supræmam eius ratiocinandi patrem,aliud uerò secūdum diuersum modum loquendi apud gētes,aliud deniq; quatenus suæ cōstitutionis mortale est, quorū uniuscuiusq; alia ratio est. Quid ergo nō sunt penitus multiuoca,uel illa sola multiuoca sunt, in quibus nō secundū differētes nateuas diuersa noīa ponunē, sed alius ſm eādē alterius,aliter fortē fortuna nominat⁹, uel ſm idē differentibus noībus traditis, nec ethylomogicè,sed iuxta licentiam, arbitriumq; quoduis illius,qui imponit nomina. Huius rei quoq; indicio sunt ea,quę aliis rebus imposita sunt, quæ sæpenumero in aliorū noīa transferūtur, ceu hæc cō iunctio,sed,quæ de familiari dicitur. Nam licet nobis quæ cunq; uoluerim⁹, & qualiacūq; iponere nō sequētes ethymologiā f.,ppríetatē uocabuli respōdētē ,ppríetati rei. Oportet aūt, & hoc multiuocis adesse.f.multipliciter nominari,apud eādē gētē,alioq hoc.dies, & dies multiuocū nominabitē.Et hoc pulchrè aiaduertimus,q in æquiuocis,eq uocatio & nomē ęquocū eādē significāt habitudinē,sed i multiuocis multiuocatio rē solū significat, & non nomen. Itē æquocū ad aliud dr,iuxta,illud Cūctorū fœlicū o clare noibus Dardanides,sed multiuocū nō habet esse in aliq

habitudine. Quocirca Archita omisit eandem nominum doctrinam, in sermõe de uniuersalibus, quia Pythagorei nomina natura, & non positione aiunt esse, & ęquiuoca, & multiuoca recusant, perinde ac unũ nomen, unam rem secundum naturam dicat. Sed eos discernere par erat, quę essent equiuoca, quadam progenitorum relatione, & habitudine, quæ cognominatio spe bonorum, ac rerum parentum fit, multiuoca autem accipiunt esse, non ea quę de uno dicuntur, sed quæ traduntur secũdum differẽtes ethymologias, quando reuera nomina sint. Verum denominatiuorum formationem, Pythagorei propriè cõiugationibus secundum res explicabunt.

Eorum quæ dicuntur, alia quidem secundum complexionem dicuntur, alia uerò sine complexione. Quæ igitur dicuntur secundum complexionem, ceu homo currit, homo uincit. Quæ autem sine cõplexione, uelut homo, bos, currit, uincit.

Post doctrinam æquiuocorum, uniuocorum, & denominatiuorum, accedit, aggrediturq; prędicamenta p propriam huius tractationis diuisionem. Nam quum intẽtio esset de simplicibus dictionibus (quatenus significatiuæ sunt) modo diuisionem facit, eorum quæ dicuntur in ea quæ secundum complexionem dicuntur, de quibus nunc dicere non est propositum, sed in sermone de propositionibus, & in ea quæ dicuntur sine complexione, quę deinceps diuidit in prædicamenta. Et quod diuisio hanc intentionẽ habeat, ipse Aristo. paulopost operis processu indicauit, in quibus dicit eorum quæ secundum nullam complexionem dicuntur, unumquodq; uel substãtiam significat, uel quantum, uel quale, uel ad aliquid, ubi hæc diuisio completa, & manca non est, cum complectatur, & assumat ea quæ dicuntur, & ea quæ sunt. Quo uerò ad cõtextum, prius nominauit ea quæ dicuntur secundum complexionem, quoniam prius offendimus sensibilia, quæ quidem sunt composita, posterius uerò principia horum inuenimus, quæ sunt simpliciora, uel quia per negationem eorum quæ dicuntur secundum complexionem, debuit simplicia significare, equidem rectè non cognosceretur negatio, nisi prius illud cognoscatur, cuius quidem est negatio. Et istud est uerum dicere, quoniam quando diuidentes aliquid, primam sectionis partem relinquimus, & alteram ulterius diuidimus, & prius ordinamus id quod seponim⁹, posterius uerò id q[illegible]d diuisum est, ne nobis op⁹ sit eadem repetere, quæ sepe[illegible]mus, rursus hęc seposita prius, ut diuisio instar cathenę [illegible]ectè colligata procedat, diuidimus. Item cum etiam ue[illegible] ea quæ propriè dicuntur, significata esse per oratione[illegible]cebant, abusiue autem etiã ea quæ per simplicem dictionem significantur, & oratio cum secundum complexionem dictionum proferatur, meritò diuidens ea quæ dicuntur, mentionem fecit prius de his, quę propriè dicuntur. Sciendum est autem, quod ea quæ dicũtur, sunt res ipsę de quibus est oratio, & conceptiones de ipsis rebus, ideo quando putamus eum qui loquitur nihil intellexisse eorum quæ profert, dicimus nihil dicis, quanquam proferat aliquam orationem, uel dictionem, sed secundum tertium significatum etiam ipsa dictio significatiua, & oratio est de numero eorum quæ dicuntur. Nã aliqs dicit orationem, & dictionem. Item quarto significato, etiam dictio non significatiua, seu chimera. Equidem quatenus profertur, est de numero eorum quæ dicuntur, Verũ enimuero, Boethus de incõplexis, putat hoc uocabulũ, dici, quadrifariam intelligi posse, sed in his quæ secundum complexionem dicuntur, solum tripliciter. Nam res complexæ, esse non possunt, uelut est hoc dictum (dies est) non quia oratio nihil significet, sed quia nõ est rei nomẽ, uelut est illud nomen, dies, sed non est reuera rei. Verum cum id quod dicitur, & ipsum dici, de re quadrifariam dicaẽ, quæ tere dignum est, quod sit illud significatorum, quod in diuisionẽ assumit. Nam Diuus Iamblicus inquit Alexandrũ ipsa quę dicuntur, res significatás esse statuisse, quæ simplicissimæ & generalissimę sunt. Ego autem inuenio Alexãdrum proprijs uerbis dicere, quod impræsentia Aristo. uocat ea quæ dicuntur, non ipsa significata, sed ea quę significant, & proferuntur. Nam quo nunc dixit de rebus, quando processu operis inquiat, eorum quæ dicuntur secundũ complexionem, unũquodq; uel substantiã significat, uel quantum. Non enim res significãt substantiam, & quantum, sed sunt substantia, et quãtitas. Dictiones autem sunt significatiuæ rerum. Porrò Boethus ea quæ solum dicuntur, & significantur, cõceptiones esse inquit, apud ueteres. Nam nec uerum, nec falsum, esse põt in rebus, sed in conceptibus, & discursibus intellectus, ceu etiam ipse Aristo. in libro de anima docet. Atqui etiam intellectus per orationem significatur. Conuenientius igitur est, ut per ea quæ dicuntur Aristo. dicat dictiones significatiuas, quatenus significatiuę sunt, quoniam prędicamenta, neq; res sunt, neque conceptiones, ut demonstrauit, neq; dictiones simpliciter, quatenus uoces, sed sunt dictiões significatiuę rerũ, per medios cõceptus, quę in unoquoque genere seminatę, prędicamenta nobis afferũt, atque tradunt. Vnde nũc etiã per ea quę dicũtur, dictiones significatiuas intelligere debemus, quarum aliæ quidem sm cõplexionẽ dicuntur, alię autem sine cõplexiõe. Complexio igitur multipliciter dicitur. Nam inquit coniungi, & complexa esse, illa quæ uel per continuatiuam coniunctionem coniunguntur, uel ea quæ per cognationem, & affinitatem rerum. Et ea quæ per continuatiuam coniunctionem cõplexa fiunt, uel hoc fit simpliciter, quando dicimus, si dies est, lux est, uel per copulatiuam coniunctionem, ceu quando diceremus, & dies est, & lux est. Complexio autem secundum cognationem fit, quando accidentia de substantijs dicerentur, quoniam natura eorum est, ut insint, siue ut qualia acciderint, siue quoquo modo se habuerint, ceu dextrum, & indutum esse. Etenim substantia est: quæ per se tota existit, accidens autem quod in alio est igitur complexio accidentis ad substantiam, locum subiecti termini in propositione, definit, et significat, quomodo accidẽs se habet ad ipsum subiectum. Nam aliquando est accipiendum accidẽs per se scilicet solum, aliquando autem componendum est etiam cum ipso subiecto, quo fit ut utroq; modo prædicationes fiant. Nã quando dixero album esse, per se album complector, quãdo autem dico hoc album est, nihil aliud dico, quam quod hoc habet albedinẽ, igitur hæc ũba esse, & habere coniunctionum uires, & potestatem coniungendi habent. Item quando genera de subiectis prædicarentur, tunc generibus utimur, uelut accidentibus, quare componẽtia per hæc uerba esse, & habere, tanquam per cõiunctiones horum complicantur, & coniũguntur. Tertia autem cõplexio est communiter omnis compositio elementorum, orationis qualitercũq; ipsa fuerit. etsi nomina duntaxat composuerim⁹, ceu animal rationale mortale, uel uerba, ut ambulat & disputat, uel etiam si deficeret, ac mãca esset locutio, ceu Socrate procedente, uel etiam si fuerit perfecta, ut quo usq;, & unde, uel si primam, uerbi ad nomen coniunctionem fecerimus, ut Socrates ambulat. Nam quod in generibus entis Plato dixit, quod quædam uolunt inter se communicare quædam uerò nullo pacto cõmisceri, hoc etiam uerum est dicere de partibus orationis significantibus, quod scilicet aliqua significatiua rerum simul coherentium complicantur, & quod aliqua significatiua rerum separatarum, non complicantur. Cum ergo conuenientiæ, & communionis rerum, alia sit connaturalis, alia uerò aduentitia, etiam complexionis duæ erunt supræme species, alia accidentium uelut inexistentium, & uelut eorum quæ per cõiunctiones dicuntur, tanquam ea quæ extrinsecus uniunt. Illud ergo quod uelut accidens construendum est, & coniungendum, uel est uerbum, ut currit, uel prædicatum cum uerbo, ut homo est. Etenim ipsum currit, resoluitur in currens est. Vbique igitur uerbo existente, & tempus consignificatur, tamen non significat quòd ambo sint in uno tempore, neque quod alterum sit prius, sed solam habitudinem

tudinem

tudinem accidentis ad subiectũ, & tempus præbet, & hoc euenit, quoniam accidentia propriè secundum tempus adueniunt subiecto, & ab eodem deficiunt, remouenturque quod si essent inseparabilia, & perpetuò inexistentia substantie, tempus non consignificaretur. Nam & si dixerimus quod mens intelligit, temporale, nos adijcimus. Cæterũ aliqua secundum cõplexionem dici, & aliqua sine complexiõe inueniemus sequentes naturã rerum, & differentiã cõceptuum Nam quando una fuerit res, & conceptus unus, tunc id ꝙ dicitur simplex, & sine cõplexione erit, & si plures dictiones esse uideantur, ceu in hoc, Neapolis, uel agathodemon scilicet bonus fœlix. Nam unũ significatum est, quãdo autem plures res, & conceptus fecerit, quãquã esset una dictio, tunc certè dicemus ipsa esse cum cõplexione, ceu uiuo. Nã subintelligitur ego, et pluit, quippè significatur ꝙ Iuppiter pluit. Verũtamen Archita initium libri prędicamẽtorũ, siue uniuersaliũ sermonũ faciens, primò disserit de oratiõe, & hanc in intellectu, & in uoce, locutione cõplexus est, & dixit eam quæ est in uoce esse significantem, & eam quæ est in intellectum esse significatam. Item simplicia, cõposita, perfecta, & mãca, determinauit, atq; docuit, in quibus oportet cõprobare ea quæ sunt secundum cõplexionem, & sine cõplexione.

Eorum quæ sunt, alia de subiecto quodam dicuntur, sed in subiecto nullo sunt, ut homo, qui de subiecto quidem aliquo homine dicitur, sed in subiecto nullo est. alia uerò in subiecto sunt, sed de subiecto nullo dicuntur.

Quibusdam uidetur hic contextus, nõ sequi antedicta, idcirco uidetur etiam hunc cõtextũ conscriptum fuisse, ut hæc dicta in nostrã memoriam reuocet. Sed nõ ita se habet hoc, sed qm̃ erat intentio de simplicibus generibus, & dictionibus illis, pręsertim, quę significant simplices, & generales res, antequã diuisionem ipsarum in plures scilicet in decem faceret, quib⁹ plures inueniri nõ possunt, noluit, ac statuit, prius accipere diuisionẽ earũdẽ dictionũ in minimas, quibus inueniri minores, aut in pauciores cõtrahi nequeunt. Etenim hoc sciendũ erat. Equidẽ denarius numerus, in quaternario continetur, quippè nos unum, duo, tria, quatuor, cõponẽtes, denarium numerũ faciamus. Rursus quaternitatem in dualitatẽ contraxit. Sunt hæc quatuor substantia, accidens, uniuersale, & particulare. Nam cum entia dupliciter diuidantur, in ea uidelicet, quæ per se esse possunt, & nullo alio egent ad subsistentiam, quæ etiã substãtię appellant, eò quod sufficientes sibiipsis sunt, ut sint, & in ea quæ in alijs subsistunt, quæ etiã appellamus accidentia, quoniã alijs accidunt, habemus etiam diuisionem prædicamentorum in duo. Nam nouẽ sub accidente colliguntur, & substãtia prima aliorum numeratur. Et horum utrũq;, uel in plura quæ sub ipso sunt, seipsum impartitur, uel in unum solum, & ob id alia oritur coniugatio, & eadem est logica scilicet uniuersalis, & particularis coniugatio, quibus inter se complexis. & coniunctis, sex fiunt cunctæ complexiones coniugationesue, duæ namq; sunt quæ in seipsis comprehendunt ea quæ non simul stant, & contradictoria colligunt uidelicet illa coniugatio in subiecto, & non in subiecto, & illa de subiecto, & non de subiecto, & reliquas quatuor Aristo. exponit. Vel enim uniuersalis substantia est, uel accidens particulare, uel uniuersale accidens, uel particularis substantia. Sed quoniam Aristo. per nomina magis inconsueta, significauit prædicta, oportet hæc transferre ad ea quæ in usu Philosophi uenire solent. accidens igitur appellauit id quod est in subiecto, quia nõ potest suopte imperio subsistere, sed alio eget, ut sit, substãtiam autem secundum negationem accidẽtis scilicet quod ipsa non sit in subiecto, dixit. Nam est uerum dicere, quod eorum quę sunt, uel suapte ui sunt, uel in alijs subiectis quę suapte potestate subsistunt, habent esse, quod quidem dictu est, uel substantia est, uel accidentia. Equidem quæcũque nõ sunt accidẽtia, sunt substãtiæ prorsus, & quæcũq; sunt aliena ab his, quæ sunt in subiecto, ipsa profectò in subiecto non sunt. Rursus cum aliqua sint uniuersalia, quędam uerò particularia, etiam nihil eorum quæ sunt, diuisionem hanc fugit. Vniuersalia autem sunt ea, quæ prædicantur de pluribus uniuocè, quæ quidem de subiecto appellat. Nam hoc modo, prædicatum de subiecto substantialiter prædicatur. Particulare autem cum non sit tale, meritò illud indicauit, explicauitq; per negationem illius, ꝙ dicitur esse in subiecto, quãquam in alijs, hoc scilicet de subiecto utatur, pro accidente. Sed quoniam diximus, cũ quatuor sint complicationes, complexionesue, sex fieri, communis methodus afferenda est, qua possimus inuenire quibuscunq; terminis datis, quot fiant complexiones, cum eisdem duabus. Vnde oportet per numerum terminorum quos exposuimus, per unitates numerando, per pauciora multiplicare, & cum dimidium eius quod dicimus comprehenderimus, tot esse complexiones, & coniugationes dicemus. Et causa huius regulæ, & methodi, manifesta est. Nam quum unũquodq; ad omnia reliqua habeat habitudinem, & sunt habitudines numerando per unitates pauciores terminis, quæ sunt inter terminos, propter hoc terminorum numero, quos exposuimus numerando, per unitates pauciores multiplicamus. Vt uerò non bis accipiamus easdem habitudines, eam fortè fortuna quæ est substantiæ ad accidens, & accidentis ad substãtiam, quæ dimidium est earũ quæ fiunt, accipimus. Sed cur non usus est secundum consuetudinem significatis, cum dicat uniuersalem substantiam, & particulare accidens, & reliqua? nisi quia uniuscuiusque descriptionem per nomina magis indicatiua, tradidit. Nam in subiecto esse præstat, & afferre nobis essentiam accidentis, ceu illa particula de subiecto uniuersalis indicat naturam. Et meritò ipsa per descriptionem indicauit. Nam genera generalissimorum, afferre non possumus, quare neq; definitiones. Vnde propriè accidenti tribuit, assignauitq; in subiecto esse, & substantiæ in subiecto non esse. Vniuersali autem subiecto, nõ amplius esse in subiecto, sed dici de subiecto ascripsit. Nam uniuersalis substantia dicitur de subiecto, siue subsistat, siue nõ. Et quamuis aliàs disseruerit de uniuersalibus, perinde ac non essent, tamen hoc in loco, uelut entia diuidit, nã inquit, eorum quę sunt. Postremò nõ est propriè diuisio in quatuor, sed numeratio magis, ut si quis demonstrans plures homines, dixerit hoium, alij sunt Lacædemonij, alij aũt Argij.

In subiecto autem dico, quod in aliquo est, nõ uelut pars, existens, & impossibile est seorsum esse, ab eo in quo est, uelut grãmatica, in subiecto quidem in anima est, sed de subiecto nullo dicitur. Et quoddam album, in subiecto quidem est in corpore: (nam omnis color in corpore est) sed de subiecto nullo dicitur. Quædam uerò de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt, ceu sciẽtia in subiecto quidem in anima est, & de subiecto quidem dicitur de grãmatica. Quædam uerò neq; in subiecto sunt, neq; de subiecto aliquo dicũtur, ceu aliquis homo, aut aliquis equus. Nã taliũm nihil est in subiecto, neq; de aliquo subiecto dicitur.

Cum ipse posuerit nomen hoc, in subiecto, meritò adiecit, dico & genus hoc, quod in aliquo, cõplexus est, cum hoc esse in subiecto. Et deinceps reliquas differentias ei⁹, quod est in aliquo, secernit. Nam multipliciter dicitur id quod est in aliquo, & minima summa, undecim complectuntur modi. Nam aliquid est in aliquo ueluti in loco, ut in liceo, uel ut in dolio, uaseq;, ceu uinum in amphora: uel ut in tempore, ceu res, ac expeditiones quæ in Peloponeso per græcos, & hostes gerebantur, in hac olimpiade, uel ut pars in toto, ceu manus in toto corpore, uel ut totum in partibus, uel ut in genere species, ceu in animali homo, nam homo continetur in ipso, uel ut in specie genus, nam species participat genere, ceu homo animalis est particeps, uel ut in fine, ceu in domo omnia in bono consistunt, uel ut in materia forma, ut in ære forma statuæ, uel ut in mouente, uel ut in principe ea quæ ad principa-

tū m attinent: quale igitur significatum huius quod est in aliquo: cōpetit subiecto. Vt igitur Diuus Iamblicus uidetur dicere, illud est proprium huic, esse in subiecto, quod est uelut in materia, dicit autem hoc, quū sibi uideatur Aristo. sequi nam ipse in quarto libro de generali auscultatione, indicans significata eius: ꝙ est in aliquo, illud ꝙ est uelut in materia una, simulq́; cum illo quod est in subiecto coniunxit, dicens. Item uelut sanitas in calidis, & frigidis, & prorsus uelut forma in materia, secundum unam cōmunē (ut uidetur) uim informandi id ꝙ subijcitur, qui Iamblic⁹ accipit eandē uelut unum. Sed est undecimū significatū eius, ꝙ est in aliquo. Nam ingēs discrimē est inter id quod est in subiecto, & id quod uelut in materia est. Nam quod est in subiecto, in substantia est, & uelut in substātia, quę quidem composita est ex materia, & forma: & naturali substantia. At forma in materia est: uelut in ipsa informi, & parte substantiæ. Item illud quod est in subiecto, accipit essentiam, existentiamq́; à subiecto, forma autem dat materiæ esse, siue essentiam. Item id quod est in subiecto, non compleret substantiam compositi, ceu significat definitio eius, sed illud ꝙ est in materia, compleret. Item dico ꝙ illud quod est in subiecto, est accidēs, & sub uno quodam nouem prædicamentorum est. At formam speciemq́; intelligemus esse cōpositum, et subiectum Item cū Aristo. hic accipiat illud esse in subiecto, quod est sensibile, et hoc aliquid, certè non diceret illud quod est in subiecto, esse id quod est in materia. Nam hoc aliquid, & hoc, nec prorsus materie conuenire putat. Nam etsi dixerit in libro naturalis auscultationis, materiā esse substantiam, tamen illam non dicit esse propriè substantiam. At in hoc libro, uocat primam substantiam compositum, & subiectum. Sed quid multis moror? ipse etiam Iamblicus processu operis, annotauit aliud esse significatum illius, ꝙ est uelut in materia, & aliud illius quod est, ut in subiecto. Sciēdum autem est, ꝙ in quarto naturalis auditus, hoc ꝙ est in aliquo, in octo modos Aristo. diuisit, & de illo ꝙ est uelut ī tempore, nec prorsus mētionem fecit, quod forsitan fecit, quia nōdum aliquid de tempore dixit. Item copulās id ꝙ est in subiecto, cum eò ꝙ est in materia, etiam id quod est in uase, & id ꝙ est in loco coniunxit, quia nondum differentiam dixit. Cū ergo illius quod est in aliquo, alia sint, quæ uelut partes illius sunt in quo sunt, ut ꝓpriè pars totius. & species generis Nam genus, uel est pars, uel ut pars, seiunxit Aristo. id quòd est uelut pars in toto, ab eò quod est in subiecto, sed neq; solum partem, sed etiam genus constructiuum speciei. Nam genus compleret illius substantiam, sed non alicuius compositi, ceu forma cū materia fit pars compositi, sed nonnulla quæ sunt in aliquo (cum non sint partes) separantur ab his in quibus sunt, ceu ea quę sunt in loco, & in uase, & in tempore, licet ea quæ sunt in fine, aliter se habeant. Nam cum ab eo bono in quo sunt, exciderent, certè non habent in quo subsisterent. Sunt tamē quędam uelut mouens, & motū. Etenim subsisterent ea quę ad principatum attinent, sine principe Et ob id separauit id quod est in subiecto, ab ijs prioribus modis, quibus sunt in aliquo per hæc, non uelut pars existēs, & à posterioribus, per hoc impossibile est esse sine eò in quo sunt. Sed aliqs forsitan diceret, ꝙ totum in partibus existēs, nō est uelut pars in toto, neq; separatur à partibus suis, & ita erit ut in subiecto. Sed soluitur, quia cum dicit in subiecto, in aliquo dicens, & non in aliquibus, quo ad hoc separauit, hoc scilicet esse in subiecto, à toto. Nam totum est in partibus, & non in aliquo, sed in aliquibus. Dubitant autem Lucij sectatores, contra ea ubi dicitur, quòd in subiecto dicitur, non uelut pars est. Nam si ea quę complent substantiam, inquiunt, substantię partes esse dicimus, & complent simpliciter corpus sensibile, color, figura, magnitudo, & simpliciter, qualitas, & quantitas. Nam coloris, & figure expers corpus non erit. Equidem huius corporis, ceu niuis, albedo, & frigiditas, sunt. Nam necesse est de duobus alterum, uel dicere hæc non esse in subiecto, uel non rectè negari ea quę sunt in subiecto non esse, uelut ptes. Equidem ea quæ sunt aliquo modo in subiecto possunt dici prorsus completiua. Non enim Socratis forma in subiecto est Socrate, sed si quidem aliqua sunt in subiectis ipsis, ea profecto sunt, quę iam perfectis substantijs extrinsecus adueniunt. Sed hanc dubitationē Porphyrius soluēs, inquit, duplex esse subiectum, non solū apud Stoicorum sectatores, sed apud etiam seniores. Nam ipsa materia qualitatis expers, quam potentiam ens Aristo. uocat, est primum significatum subiecti, & secūdum est id quòd cōmuniter est quale, uel quod ꝓpriè substat. Nam es, & Socrates sunt subiecta, ijs quę aduentūt eis, & prędicantur de ipsis. Plura igitur, inquit, eorum quę adueniunt, quo ad primum subiectum sunt in subiecto, uelut oīs color, oīs figura, & oīs qualitas, sunt in subiecto, in ipsa materia prima, sed non ut partes eiusdem, & ea quę nequeunt sine ipsa esse. In secundo autem subiecto, non omnis color, neque omnis qualitas est in subiecto, sed quando nō complent substantiam. Porrò album in lana est, uelut in subiecto, sed in niue non uelut in subiecto, sed uelut id ꝙ complet substantiam, ut pars, & subiectū magis est, cum substantia. Similiter & ipsa caliditas que ignis pars est, sed in subiecto est in ipso ferro, quia aduenit, & recedit à ferro, sine ferri interitu. Aristote. igitur hoc in loco, accipiens subiectum secundo modo dictum scilicet ut est compositum, & indiuidua substantia, quod neque in subiecto esse inquit, neque de subiecto aliquo dici; meritò omne id qđ non dicitur de ipso substantialiter, sed more accidētis in subiecto esse asseruit, ceu caliditatem in ferro, quod si ea quę complent substantiam alicuius, ueluti ignis caliditatem ignis partem esse diceret, tamen hæc sunt quoq; in subiecto, quod est expers qualitatis, & materia prima est. Sed ipse puto contra hanc solutionem consentaneum esse dicere, quod si in subiecto id solum est, ꝙ aduenit, & recedit à subiecto, itaque in his duobus modis non est complexus omnia prædicamenta. Nam si nō esse in subiecto substantiam significat, & in subiecto non omnem qualitatē, sed solam illam quæ extrinsecus uenit, igitur non omnia genera erunt comprahensa. Vel oportet dicere, quod nō ipsę qualitates quæ extrinsecus adueniunt, sed illæ quæ cū sint ptes substātię, sunt substātię, & sub substātia comprehēdunt. Nam secundum. Aristo. ptes substantiæ. sunt substantię, & forsitan ob id substantiam non dixit esse subiectum, sed non in subiecto, ut etiam tales qualitates cō prehenderet. Sed quidam dubitant etiam de bono odore pomi, atque de thure, & his quæ cum cremantur, exhalant, atq; odorem emittunt. Nam suauis, bonusq́; odor, cum sit accidens, egreditur tamen ex pomo: & thure & cæterisq́; incensis, & emittentibus odorem in aerem & in uestes, & mellis dulcedo in totum melle cōmixtum, atq; allei, & raphani, cum iam hæc in uentre alterata sunt, prauus odor fętoruè fit, his qui colloquium habent. Sed scire oportet, quòd Aristo. non dixit impossibile esse, ut ipse odor, uel fætor non possit separari ab eo in quo erat, sed ab eo in quo est. Nam etsi ab aliquo subiecto deflecteret, cum uniuersum ipsum sit continuum, uel secundum tactum, uel secundum unionem, potest in alijs subiectis sese recipere, cum nullum interstiti idest uacuum adiit. Et quomodo qualitas extra substantiam migrabit? Nam hoc modo erit separabilis natura, & emigrans in uicissitudine subiectorum fit. Forsitan igitur melius est dicere, quod omnis bonus odor, & omne tale accidens, cū propria substantia est, & nunquam ab eadem distrahitur, & seiungitur, & quod interdum substātia cum rara fit, in amplum sese porrigit, & in alijs substantijs disseminatur, & interspargitur, aliquando autem ea quę sibi continua sunt, in seipsam transmutat, præsertim ea quæ apta sunt pati, quod quidem manifestè in igne uidetur. Non enim scintilla ex principio omnem materiam absorbet, sed ex illa passim, paulatimq́; ignis multiplicatur, ac maior fit. Ex prædictis ergo nunquam patet, quod bonus odor pomi,


& thuris

& thuris incensorumq; corporũm, emittẽtium suauẽ odorem, cum sit id quod cõplet speciẽ, non diceretur esse in subiecto, quod complettur. Quod uerò aliqua substantia simul cum talibus odoribus bonis deferatẽ, inditio sunt pomum, cum redigitur in marcedinẽ, & rugositatem, & incẽsa corpora, quæ cum emittunt odorem absumuntur. Sed quomodo inquit, non etiam indiuiduæ substantiæ, ceu Socrates Plato, non subibunt rationem eorum quę sunt in subiecto. & erunt accidentia? siquidem Socra. in aliquo sit, nam in loco, & in tempore est, & non ut pars, & impossibile est ut si sine loco, & tempore. Nam etsi locũ mutaret, prorsus in alio erit, ceu de bono odore dicebatur. Sed hãc dubitationem de loco Boethus soluere uidebatur, dicens ea quæ mouenẽ, non esse prorsus in loco, ea uidelicet, quæ quatenus mouentur, fiunt in indiuiduis suis, quod uero nõ sit non est in loco, ceu neq; uniuersum, est contentũ, in ipso uniuerso continẽte, siquidẽ secũdum partes in loco particulari sit, nam extra uniuersum, nihil est. Nã hoc demõstratũ est, in libris de motu. Simili, atq; eadem ratione non erit quippiam in tempore particulari. Nam cum continuo tempus fluat, semper aliud, atque aliud est, quare si quippiã in tempore est, profectò in tempore uniuersali est. Sed hoc etiam Boethus soluẽs, inquit, primo quod apud Aristo. tẽpus uniuersale nõ est, q͛d si esset, certę nihil erit. At Aristo. id quod est in aliquo, asseruit esse, quare id quod est in aliquo, non potest esse in aliquo uniuersale. Sed facillimè tales dubitationes soluerentur, si huic præpositioni, in, contunxerimus inexistens. Nam accidens inhæret inestq; subiecto, sed quæ sunt in loco, uel in tempore, non dicerentur inesse.

Accidens, in subiecto, in aliquo. In tempore, & in loco Soc. & Plato.

c b g b a

Si autem aliquis sub id quod est ĩ aliquo, per eandem rationem existimaret cõprehendendum esse etiam id quod est uelut forma in materia, quia illud quod est in materia, non est ut pars eius, & est inseparabilis ab ipsa. Sed dictum est prius, quod impræsentia Aristo. accipit illud q̄ est in aliquo, uelut in cõposita substantia, de qua uerum est dicere substantia, & hoc aliquid. Sed inquisitione dignũ est, cur post uniuersalem substantiã: ordinauit particulare accidens, & nõ aliquod uniuersale, neque substantiam. Nam si descripseris in quadrangula figura, certè uniuersalia supra ordinabis, & pticularia deorsum unde nec in longitudine, nec in latitudine, inuenies ipsa coordinata esse, sed angularia e regiõe esse. Huius uerò causa est, qa omnis diuisio si debet habere cõtradictionem, cuius partes simul accipi nequeant, fieri debet sm cõtradictionẽ. Hic aũt est cõuenientior acceptio, q̄m si affirmatiuum opponitur negatiuo, scilicet de subiecto, ei q̄ nõ est de subiecto, & negatiuum affirmatiuo, oppositum facies, scilicet nõ de subiecto, ei q̄ est in subiecto.



Quòd uerò illud de subiecto dicitur, & in subiecto est, sic accidẽs uniuersale nominet, ex dictis constat. Postremò sciendum est, quod in his omnibus posuit Aristo. uniuersalia, perinde atque subsisterent, ut uniuersalem scientiam, quam constat esse uniuersaliter in anima. Et paulo ante diuisit ea quæ sunt ĩ uniuersalia, & particularia. Et forsitan Pythagoreos secutus est, à quibus doctrinam decem quęstionum accepit.

Simplr autẽ indiuidua, et unũ numero, de nullo qdẽ subiecto dicitur, sed quedã in subiecto esse nihil probibet. Nã aliqua grãmatica, est eorũ q̄ in subiecto sunt sed de subiecto nullo dicitur.

Cum ipse prius nominasset in subiecto, & de subiecto, opus fuit explicare quid sibi nomina uelint, & quum pri⁹ indicasset quid est in subiecto, nunc quid significet de subiecto affert. Sed potius quid non significat pri⁹ tradidit, deinde sic quam uim habeat. Dicit igitur: quod indiuidua, quæ differentĳs non diuiduntur, & ob id non sunt unum genere, neq; specie, sed duntaxat unum numero, perinde ac unum habeant esse cum numerantur, de nullo subiecto dici, quippè quę non habeant aliquid ipsismet magis particulare, de quo prædicentẽ, tanquã de suo subiecto. Quod si nomen Socratis de ipso Socrate prædicatur, tãquam de suo subiecto, tamen nunc de tali pręedicatione sermo non est, sed de illa in qua alterum de altero uniuocè pręedicatur,

quod quidē indiuiduis non inest. Cæterũ, cũ dicat quoddam cōmune omni indiuiduo scilicet nō dici de subiecto, etiā discrimen addit. Nam etsi nō de subiecto aliquo dicũtur indiuidua, tamen queunt in subiecto esse idest possunt esse accidēa. Equidem hoc non esse in subiecto constat, ꝙ quidem est substantia. Forsitā quia ipse primus hæc nomina posuit, ne quis cum audiuerit non de subiecto, illico esse idipsum in subiecto suspicetur, existimās idē subiectum in utroq; intelligendum esse, ob id inquit, quod nō est de subiecto, nihil prohibet in subiecto esse. Nā aliud atq; aliud subiectũ est, in utroq; dicendi modo. Quod si nihil prohibet in subiecto esse, patet etiam quod nihil prohibet in subiecto non esse. Nam particulare nihil prohibet, ut sit accidens, & substantia.

Quando alterum de altero prædicatur, ut de subiecto: quæcunq; de prædicato dicuntur, hæc omnia etiam de subiecto dicentur, ut homo de aliquo homine prædicatur, & animal de homine, igitur animal etiam prædicabitur de aliquo homine. Nam aliquis homo, & homo est, & animal.

Cum dixerit, quid non est de subiecto, nunc quid sit de subiecto inquit, qa uniuocè, & in eo quod quid est prædicari, est de subiecto dici, quod quidē fit, quādo rationem diffinitiuā subiecti assignātes, per prædicatũ assignamus. Nā si quis traderet quid est homo, dicet animal esse, quando igitur uelut de subiecto prędicaretur, ceu homo, de Socrate. & de prædicato aliquid aliud prædicatur, & hoc ipsum nō temerè, & fortuito, sed uelut de subiecto, & uniuocè, ceu si animal de homine, & animal de Socrate prędicabitur. Nam hoc quod nunc dicit Aristo. erit primus modꝰ primæ figuræ, ubi medium cum sit in maiori extremitate, uelut in toto, dicitur de omni minori extremitate. Quidā ambigunt, quo nam pacto quũ animal dicatur de subiecto, ꝙ est homo, & genus de animali, genus non amplius prædicatur de homine. Sed solutio in prōptu est, quia & si genus prædicetur de animali, tamē de eo non prędicatur uelut de subiecto, alioquin de omni animali prædicaretꝰ. Atq; non Socrates quidem animal est, sed non genus Nam genus non prędicatur in eo quod quid de animali. Porrò interrogati quid est animal, respondemus non genus, sed substātiā aiatam esse Non enim q̃uocũq;, & quodlibet prędicatum, uelut de subiecto prędicatur. Porrò in hac ꝓpositione, Socrates ambulat, prędicatꝰ quidē ambulat, sed non de subiecto. Ostēdit igitur ꝙ quidem dicebā, per id quod impręsentia dicit, quid sit de subiecto dici, quoniā est prędicari uniuocè, etiam illud maximè docet, ꝙ de quocunq; subiecto aliquid dicitur, & prędicamentum in quod reducitur, prędicatum de eodem dicitur. Nam si animal de homine qui est substantia dicitur, et animal reducitur ad substantiam, etiam homo ad substātiam reducetur. Et per hoc theorema, singularia, & quæ intellectu & ratione comprehendi nequeunt, per sua superiora in decem prædicamēta colliguntur, & rediguntur. Nam ꝙ Socrates sit substātia, non possumus planè perspicere, nisi procedamus per multa, quæ semper uniuocè prædicantur de his, quæ sunt sub ipsis idest per ea quæ de subiecto dicũtur. Nam si Socrates est homo, & prædicatum de homine uniuocè, dicetur, quare & animal, & animalis prædicatum, uniuocè de Socra. dicetur, quare etiam animatum, & substantia. Sed si de subiecto dici, idem est cum eò quod est prædicari uniuocè, quoniā & definitio prędicatur de principali. (nam homo est animal rationale mortale) profectò etiam definitio hominis de ipso homine subiecto dicetur, ꝙ si hoc admittitur uniuersale non amplius significabitur ab hoc, de subiecto dici. Vel ob id Aristo. non simpliciter dixit, quādo aliqd prædicatur ut de subiecto, sed dixit quando alterum de altero prædicaretur, ut de subiecto. At ea quæ significantur à diffinitiōe, nō sunt altera à definito. Verũ aliqui idipsum damnant scilicet dici alterum prædicatum, ꝙ prædicatꝰ de subiecto, Nam animal prædicatur de homine, tāquam de animali, & color de albo, tanquam de colore. Et inqt Porphyrius, ꝙ duplex est animalis consideratio, atq; notio, alia quidem ordinati, & definiti, alia uerò inordinati, indeterminatiq;: prædicatur igiꝰ indeterminatum de definito, & determinato, & hac ratione alterum est. Verũtamē Iamblicus inquit, ꝙ genera non prædicantur de subiectis, sed altera per hæc. Nam quādo dicimus Socratem hominem esse, nō dicimꝰ ipsum generalem hoīem esse, sed participare generali, ceu dicēdo uitem albā, idē est, ac si diceremus, racemos albos, cũ ipsa sic uocetur, per relationē ad fructũ. Sed de his Aristo. diligēter in metaphysicis determinauit, nũc autem cōmunius utitur significationibus, ceu etiā nos facimus, quando dicimus diffinitiones constare, genere, & differentijs, hoc in loco genus non propriè accipiētes, sed pro eo casu, cuius explicatiuum est illud scilicet participare generali. Sed ꝙ uelit uniuersale esse id quod de subiecto indicauit dicens, indiuidua non dici de subiecto. Quod ue eò oporteat ipsum uniuocè prędicari, significauit, indicauitq; per hoc, & de eò ꝙ est sub ipsis prædicari. Nam hoc inest prædicatis, atq; conuenit, quæ in quid est prædicantur Illud autem ꝙ est in subiecto, certè in subiecto est, non tamen prędicatur de subiecto uniuocè, quippe non dicatꝰ anima est scientia, quando igitur idem in subiecto fuerit: et de subiecto dicetur idest quando fuerit uniuersale accidēs, duo sanè subiecta spectanda sunt, alterum in quo est, alterum de quo dicitur, illi uerò accidenti in subiecto tribuitꝰ, et assignatur hoc scilicet est, illi autem de subiecto assignatur illud scilicet dicitur, siue enim sint uniuersalia, siue in solo uersentur intellectu, alterius erit tractationis, & facultatis, indagare. Quod tamen dicantur de subiecto, cōstat, nunc autem uelut existentibus Aristo. usus est. Item perspicuum est: quo differāt ea quæ sunt in subiecto, ab his quæ de subiecto dicuntur, sed repetatꝰ etiā nũc, quoniam aliud est uniuersale, & aliud ꝙ est in altero. Equidem eorũ quæ de subiecto dicuntur, nomē & ratio prędicantur de subiecto, sed illius ꝙ est in subiecto, ratio nunquam prędicatur, nomen uerò sæpe prædicatꝰ, quāquā utrũq; ipsorum interdum cum altero copuletur, & interdum, nō. Nā de subiecto, aliquando est in subiecto, aliquando autem minimè, & in subiecto, aliquando est de subiecto, & aliquādo non est. Vniuersalia autem, & genera, & spēs, siue fuerint in substātijs, siue in accidentibus, propriè de subiecto dicentur, hoc autē indicauit etiā ipse, dicendo ꝙ indiuidua, et unum numero, non sunt de subiecto. Sciendum autem, ꝙ Andronicus & quidam alij, nō solũ prędicata in quid inqunt de subiecto prædicari, sed etiā alia, ceu musicus de Aristoxeno prædicatꝰ, & Athentensis de Socrate, & fortè illa quæcũq; aiunt esse predicata de aliquo, illud ipsum dicimus, ꝙ prędicamus. Nam dicētes Socra. ambulare, non dicimꝰ Socra. ambulantem esse, sed Athentensem & Philosophũ esse dicimus, & quæcunq; de his prædicantur, dicentibus nobis hæc esse illa, & de subiecto dicētur. Nā si Socra. Philosophus est, & Philosophus est sciens, erit etiā Socra. sciens. Item inqt si corpus album, & album color, erit etiam corpus color. Vel album duo significat, qualitatem scilicet & coloratum, quod quidem de corpore prædicatur. Nam corpus non est albedo, sed de qualitate coloratũ non prædicatur, sed albedo, quare color non prædicabitur de corpore, sed coloratum.

Diuersorum generum, quorum unum sub alio non ordinatur, differentiæ sunt specie diuersæ, ceu animalis, & scientiæ. Equidem animalis differentiæ, cāpestre, bipes, uolatile, aquatile. Scientiæ autē nulla harum, quippé non differat sciētia à scientia, eo quod bipes sit. Eorum uerò generum quorum unum sub alio ponitur, nil probibet easdem esse differentias. Nam superiora de inferioribus prædicantur. Quare quot sunt differentiæ que prædicantur, totidem etiam erunt, quæ subijciuntur.

In his dicendum est quid genus, quid species, quid differentia, & quam habitudinē habeāt inter se, quo ad diuersitatem, & cōuenientiā. Genus igitur dicitur multipliciter,

ceu Porphyrius iodicauit, & docuit in suis introductionibus. Impræsentia aũt omittatur. Genus est quod prædicatur de pluribus differentibus specie, in quid Species autem est, id quod p̄dicatur de pluribus differentibus numero in quid. Differentia autẽ est id quod prędicaī de pluribus differentibus specie, in quale, sed ea specie differunt, quorum unum ab altero, mutuò ratione substantię separanī. Numero autem distant, quęcũq; cursu accidentiũ, proprietatẽ propriè subsistẽtię determinãt, & distinguũt. Item in quid est prædicantur. quæcũq; in ratione quę explicat essentiã, & quid rei continentur, indicantia substantiale, & cõmune rei, quod diffinitur Item in quale quid, ea sunt, quęcũq; substãtiale cum qualitate comprę hendunt. Nam rationale nõ simpliciter qualitas est, sed qualitas quę ad animal spectat. Vnde oportet differentiã separare substantialiter, & secũdum esse, & non per accidens. Nam & si hominis sit nauigabile, tamen hoc non est eius differentia substantialis oportet aũt differentiã esse partem substantiæ. Nã proprietatem determinat, circa substãtiam separabilem. Species autem, & differentia inter se discrepant, ut totum, & pars, quippè differentia constitutiua cõtineatur à tota specie, ut ab homine rationale interdum quoq; pro tota specie differentia dicitur, ceu ĩmortale. & mortale, pro dĳs et hominibus. Sed differentiarũ aliæ sunt generum, alię uerò specierum sunt ergo generis cõstitutiuæ, quæcũq; de omni dicuntur, diuisiuæ autẽ, quæcũq; diuisim de eodẽ non dicunī, sed simul omnes. Speciei uerò differentiæ sunt, specifice, & solæ, quarum unaquęq; separat, & distinguit species, contra unũquodq; quod contra diuiditur, sed non simul omnes. Vt ergo species plures se habent ad unum genus, ita & plures differentiæ, ad unã spem conficiendã concurrunt. Herminus autẽ, putat differentias cõplexiuas, nõ esse appellandas differentias, sed solas diuisiuas, sed quomodo differentiam dicimus prędicari de pluribus differentibus specie, & speciem de pluribus differẽtibus numero? Nam ecce quędã differentiæ de una specie dicuntur, ceu leue de igne. Etenim alis leuia, sunt leuia p̄pter ignẽ, & graue quicquid est, ob ipsam terrã graue est, & uniuersaliter extremæ, ultimæq; differentiæ, s̃m unamquãq; speciẽ, ceu in homine mentis & scientiæ capax, de sua specie dicunī. Item quędã conuertuntur cum diffinito. Item quędã species sunt, quarum unum est indiuiduum, & illud est species, & quędã sunt in sensibilibus, quæ sunt omnes sempiternę, ut sol, & luna, & aliorum unumquodq;, quædam in generabilibus (ut narrant,) phœnix auis. quomodo igitur species de pluribus differẽtibus numero prædicatur? Nisi hoc & si non simul de indiuiduis existentibus prędicetur. saltẽ secundum successionem de pluribus phœnicibus prædicatur. Sed in sempiternis, si non dicitur species de pluribus, neq; ea compræhenditur sub hac specie, quæ modo inquiritur, quæ indeterminata est: & in multis spectatur, sed illa species quæ unum habet indiuiduum, in materia ordinata sub tali collocatur. Nam illa si plurea essent indiuidua, omnibus profectò inesset. Et uidetur q̄ talis species media sit, inter indiuidua, & proprias species, eò nãq; quod singularia indiuidua excedit, indiuiduis superior est, eò autem q̄ in materia sit, inferior est his quæ sunt proprię species. Verũ Porphyrius inquit differentiã ut in pluribus, & sæpenumero, dici de pluribus spẽbus, & non semp. Iamblicus autem inquit. q̄ etsi quędã differentiæ nõ de pluribus speciebus dicunī, tamẽ ita ipsæ se habent, ut quãtum est in seipsis, de pluribus dicerentur, differẽtia autem magis p̄pria inquit. & cognatioe naturę materiali est, quæ de una particulari specie dicitur, attamen etsi ita disposita sit, utm tamen habet secundum suã rationẽ seipsam pluribus spẽbus impartiri. Quod si quidam alius euentus rerum quę aptæ sunt ad recipiẽdum extẽsionẽ in multitudinẽ, non sinit hoc fieri, certè nihil impedimenti est hoc, quin ipsa differentia quo ad suam rationem, pluribus sese insinuet, et accommodet, cæterum ad contextum. Diuersa autem sunt genera, & species, atq; differentiæ, quæ prædicamentis differunt, quare in unoquoq; prædicamento sunt genera, species, & differẽtię. Et ea genera sunt sibĳnuicem ordinata, quorum alterũ sub altero est, ceu sub animali uolatile. Ea uerò non sunt sibĳnuicem ordinata, quorũ alterum sub altero non est ordinatum, ut animal, & scientia. Nã cum generũ, et spẽrum, alia sint genera solum, ceu quæcũq; supra seipsa genus nõ habent, ceu substãtia, & alia species solum, ceu ea quę post seipsa non habent species, ut aquila, & alia intermedia his, ceu animal, auis, quæ genera & species sunt. Species namque, uelut habitudine ad ea quæ sunt ante seipsa, genera netò sunt habitudine, ad ea quæ sunt post ipsa. Nam auis species quidem est animalis, genus autem aquilæ. Subalterna uerò dicuntur, non quod utrũq; sub altero tertio sit, alioq hoc modo idem eiusdem esset species, & genus, sed quod alterum sit sub altero tantum, sed quando neutrum sub altero fuerit, tunc non sunt subalterna, ceu animal, & scientia. Nam utrũq; genus est, neq; scientia est animalis species, neq; animal scientiæ. Cum igitur sint diuersa genera, & diuersa intermedia inter supręmum genus, & infimam speciem, atque diuersa supræma genera prædicamentorũ, quando dixit diuersorum generum etiam genera supræma accipienda sunt, tanquam diuersa genera existentia, & genera intermedia, quando nõ fuerint subalternata, ceu animal, & scientia Etenim animal in prædicamento substantiæ, post eam ordinatur, & scientia in qualitate post eam, igitur cum sint diuersa genera, & nõ subalternata. inquit. diuersas esse differentias diuisiuas, & constitutiuas. Nã animalis differentię. diuisiuæ sunt rationale, & irrationale, uel uolatile, & pedestre, constitutiuæ autem sunt sensitiuum, quæ scientię non sunt differentiæ, quorum unũ, sub altero non ordinatur. Equidem differẽtiæ superioris, prorsus sunt cõstitutiuæ etiã inferioris. Nam uniuocè prædicantur, differentiarum autem superiora diuidentium, quædam sanè sunt constitutiuę inferioris generis, ceu animalis uolatile, constituit autem, attamen non constituit pedestre. Sunt autem quędam differẽtię, quę simul sunt diuisiuæ, & constitutiuæ. Nam animalium alia sunt quæ herbã comedunt, alia autem semen, alia carnes, quæ sanè differentiæ sunt, et ipsius generis auiũ. Præterea non dixit simpliciter diuersas differentias, sed specie diuersas, quandoquidem sæpe & diuersorum generum, ut animalis, & uasis, eædem uideãtur esse differentiæ. Etenim animaliũ, alia sunt quæ pedes habẽt, alia uerò, sine pedibus Simil͞r & uasorũ, eędem quę pedes habent sunt lectica, mensa, tripes, & id genus, sine pedibus uerò plura sunt, sed hæ differentię nõ sunt specie eædem, sed secũdum ęquiuocationem. Nã pes animalis, & pes lecticæ, non sunt idem specie. Nam secũdum metaphoram translationemuè, alterũ ab altero dicię, cum solo nomine, & nõ re conueniant. Hoc quoq; sciendum est, quòd legendum est diuersorum generum, & non ethercogeneorũ. Herminus autem, uult eas differentias esse diuersas specie, quæ sunt eorum generũ, quorũ unũ non est sub altero, sed diuersa sunt. Iccirco inquit sunt quædam genera, quæ non sunt subalterna, tamen ambo ad unum reduci queũt, ut uolatile, & pedestre, quæ ambo sub animali redigũtur, & horum quædam differentiæ eædem sunt. Etenim uolatilis alterum est bipes, alterum quadrupes, ut narratur de gripho, & sphince, similiter et pedestri, sed hæ differẽtiæ non sunt eædem specie, sed genere. Nam primò sunt animalis differentię. Vnde ob id inquit. quorum unũ non sub altero, non simpl͞r diuersas, sed specie diuersas differẽtias dixit Etenim cum eædem sint eorum generum, quæ nõ sunt subalterna, etsi eædem uideantur, tamen specie, non sunt eædem, sed genere. Verũtamen (pace Hermini) Aristo. diuersa genera, & ea quæ non sunt subalterna, ponit, nõ solum pro his, quorum unum non est sub altero, sed etiam quęcũq; ambo ad unum non reducuntur. Nam ea sunt diuersa genera, quæcũq; nullum commune genus habent, ut sunt diuersa specie, quæ non habent communem speciem, q̄ cum constet ex exemplis, non est opus probare, neque reddere causam. Etenim si ea sunt similia genere, quorum est idem genus,

profectò diuersa genere erunt, quorum diuersa sunt genera. At qui Porphyrius inquit, ob id dici diuersorum generū, diuersas esse differentias speciei, quia specierum sub diuersis generibus, diuersæ sunt differentiæ. Nam diuersa genera sunt animal, & scientia, & animalis species est hō, & scientiæ musices, & horum diuersæ sunt differentiæ: quare dicet, ꝙ diuersorum generum, & non subalternatim ordinatorum, differentiæ secundum species sunt diuersæ, sed melius est intelligere specificas differentias, ut etiam ipse Porphyrius procedendo in sequentibus putat. Sectatores Nichostrati, in his culpant, et obijciunt uanum eloquium. Nam dicunt quis ignorat ꝙ scientia à scientia differat, nō sicut animal bipede, uel quadrupede, distinguitur? Sed his primò respōdemus, quod si hoc manifestum, est tamen nō amplius illud similiter perspicuum est scilicet quod subalternorum generum nihil prohibeat easdem esse differētias, equidem opus erat simul de ambobus oppositis dicere. Deinde nō uides, quod Herminus diuersa, & non subalterna non rectè accepit, cum putet ea etiam quæ non sunt subalterna, posse ad unum genus reduci, quare non erat sermo in prōptu, & facilis, & si exempla rectè accepta efficiant sermonem Aristo. elatum. Item aliud dictum Aristo. obiurgant, & criminantur, illud uidelicet in generibus subalternis, ꝙ quot prædicati erunt differentiæ, totidem erūt etiā subiecti. Nam cum animal, & rationale animal, sint subalterna, quoniam animalis differentiæ sunt rationale, & irrationale, quomodo ergo fieri poterit, ut rationalis animalis, aliud sit ratiōale, & aliud irrationale? Boethus autem cum dubitationi cederet, putabat hūc in modū transcribenda, & uertenda esse uerba, quare quot sunt differētiæ subiecti, totidem etiam ꝑdicati erunt. Nam particularioris differentiæ, etiam erunt illius, quod est magis uniuersale, quę sunt uniuersalioris continentis particulare, etsi non eodem modo uniuersaliter de prædicato, ut de subiecto dicanť. Nam rationale de omni homine prædicatur, sed non amplius de omni animali, quandoquidem aial um sint alia rationalia, alia uero irrationalia. Quod si scriptura hæc et contextus, ut iacet, manere debeat inquit attēdendum est huic sententiæ, nil prohibet easdem esse differentias. Nam hoc aliquando coincidit, quippe mortale sit animalis, & hominis differentia. Sed gratias agamus Boetho, qa principiū solutionis subiunxit. Nam cum animalis differētiæ, aliæ sint diuisiuæ, ceu animali aliud rationale, aliud uerò irrationale, ac mortale & immortale, & aliæ constitutiuæ, ut animalis sensitiuum, & suāpsius motiuū, certè differentię prędicati, diuisiuę, non omnes insunt subiecto, alioquin non essent oppositæ. Nam si rationale inest homini, certè irrationale nō inest, constitutiuæ tamen prędicati differentiæ, etiam subiecto omnes insunt. Nam sensitiuum, & suāpsius motiuum, intrinsecus homini, & alijs animalibꝰ inest. Illud ergo, nil prohibet, dictum est, quia non omnes differentiæ insunt subiecto, sed constitutiuæ, & diuidentium differentiarū, quædam sunt proprię magis particularis, ceu rationale, & mortale, quæ cum sint diuisiuæ animalis, insunt etiam homini, attamen non illæ quæ his opponuntur. Præterea sunt amborum differētiæ diuisiuę, eædem generum subalternorū, ut prius diximus. Etenim animalis, aliud est comedēs herbas, aliud uerò semina, aliud carnes, quæ etiam sunt differentiæ huius generis scilicet auis, quod est sub animali. Verūtamē cum Aristo. diceret causam, cur eædem sint differētię, quia superiora de inferioribus generibus prædicantur, uideť dicere easdem esse differentias, quæ sunt superioris cōstitutiuæ, & inferioris, & diuidentiū, ut dicebā, proprias. Scitu dignum est, quod quū dicat subalternorum generū, nil prohibere easdem esse differentias, tanquā de quibusdā asserit, & dicit, & non simpliciter de omnibus, quando aūt dicit superiora de inferioribus prædicari, & quot sunt differentiæ prædicati: totidem esse subiecti oportere, tanquā de omnibus uniuersaliter profert: & dicit nullam ipsarum excipiens, nam ipse (ut dixi) hanc dubitationem soluit. Nā si ob id quia superiora de inferioribus prædicantur, quot sunt differentiæ prædicati, totidem & subiecti erunt, certè patet ꝙ non omnes superioris erunt inferioris, sed præsertim constitutiuæ, & earum quędam quæ diuisiuæ differentiæ sunt. Iamblicus autem uocat differentias generis cōstitutiuas, generales, & diuisiuas specificas, quare si nullo modo fuerint, quorūdam generum differentię eædē, neq; eædem species, patet etiam ꝙ illa genera diuersa sunt inter se, & non subalterna. Si ergo decem prædicamentorū diuersas esse differentias, atq; diuersas esse species, ex uniuscuiusq; diuisione ostensum fuerit, manifestum est, ꝙ diuersa sunt genera, & nō subalterna. Vtilis igiť est huius Theorematis ante prædicamēta declaratio, ad sermonem de prędicamentis, hoc quoq; indicant instantię, quas ferre consueuerunt, quod ea quæ sunt sub eodem genere diuisit, ceu facere, & pati, quæ sub ipso moueri continentur, uel ꝙ nō nulla genera prætermissa sunt, ut ens, & unum. Attamen si diceret, ꝙ ista genera nihil commune habent inter se, certè patet ꝙ neq; ens, neq; unum, neq; aliquid, ut genus, prædicatur de decem generibus, siquidem hæc omnia ab omnibus, uel singula a singulis, differant, & nihil commune inter se habeant.

Eorum quæ secundum nullam complexionem dicuntur, unūquodq; aut substantiam significat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut poni, aut habere, aut facere, aut pati. Est autem substātia quidem (ut summatim dicatur) uelut homo, equus. Quantum autem, ut bicubitum, & tricubitum. Quale uerò, ut album, & grammaticum. Ad aliquid, ut duplum: dimidium, maius. Vbi uerò ut in liceo, foro. Quando, ut heri, anno superiore. Poni autem, ut accumbit, sedet. Habere uerò ut uestiri, armari. Facere autem, ut incidere, urere. Pati ut incidi, & uri. Vnumquodq; autem dictorum secundum se, in nulla affirmatiōe, uel negatione dicitur. Ea autem quæ adinuicem, horum complexione affirmatio, uel negatio fit. Nam omnis affirmatio, et negatio, uidetur, aut uera, aut falsa esse. Eorum autem quæ secundum nullam complexionem dicuntur nullum, neq; uerum, neq; falsum est, ut homo, album, currit, uincit.

Hæc sequuntur etiam diuisionem, quæ prius tradita est, in qua diuidebantur ea quę dicuntur secūdum complexionem, & sine complexione. Nam posteaquā diuisæ sunt, cōpositæ & simplices partes locutionis, sequebatur, et consequens erat, ut doceret ad quot, & quæ genera simplicia referūtur. Verum alio modo hæc sequuntur diuisionem illā eandem, quæ facta est proximè in minima. Nā post sectionem in minima, quibus minora sumere non erat, opus erat adijcere sectionem quæ fit in plura, in qua diuisio in plura fieri nō poterat. Sequitur ergo illa, & præcedit ea quę dicenda sunt, qa oportet eam cognitionem, quæ in figura, et tipo fit, pręcedere & prius assumi, q̄ explicita: & exacta cognitio sumatur, atq; cōsentaneum est, ut ꝓcedat summaria cognitio, eam quæ fusa, & ampla, enucleataq; traditur. Nā qui antea uniuersalem, & summariam notitiam accæperit, facilius longè assequetur fusas, & amplas explicationes. Cum ergo triplex sit significatio, eorū quæ sine cōplexione dicuntur, uel secūdum solam appellationem, quādo dicimus substantiam, uel ab exēplis, quādo dicimus, ceu homo, uel equus (nam hoc indicat uelut in tipo, & per sensum, eam descriptionem quæ apparet) tertio fit significatio, secundum eam notitiam, quæ in promptu, facilisq; est, & nondum arte tradita, sed tendit iam ad exactam, & diligentem perfectionem Aristo. itaq; hoc in loco per nomē, & exemplum, indicauit genera, dicens Est autem substantia, ut in uniuersum, & summatim dicatur, ceu hō, equus, Quantum autem, ceu bicubitum, tricubitum, & in alijs similiter, de quibus notitiam (cum de unoquoq; disputabit) nititur explicare. Architas autem, cū primo docet nomē, & exemplum, de unoquoq;, addit etiam & subiunxit proprietatem de unoquoq;, ceu quum explicauit substantiæ nomen,

nomen atq; exemplum, adiecit simpliciter omnia quæ per seipsa subsistunt. Nam prima substãtiæ notitia, sic aduenit tanquã ipsa primo noscatur per se. Rursus qualitatis nomen, & exemplum exponens, quia qualitates duplices sunt, aliæ circa animam, aliæ uerò circa corpus, non omisit proprietatem dicendo simpliciter, quęcunq; simul aliquibus insunt. Nam cum qualitate tanquã simul existente, et perficiente substantiã, hæc simul intelligimus, & concipimus. Quantitatis quoq; nomen, & exemplum, secundum oĩa genera cum fecisset, tu secundum quale, secũdum inclinationem momentumuè, secundum discretum, adiecit etiã notitiam facilem, dicendo quæcunq; accidunt numero, uel quid significat secundum numerum. Item ad aliquid, adiecit ea quorum simpliciter unum ad alterum uicissim dicit, & unum sine altero intelligi non potest, nec significare. Itẽ facere, adiecit actionem simpliciter, quæ fit circa aliquid significando. Pręterea pati, adiecit illud ꝙ ab aliquo suapte natura aptum est transmutari. Item habere, addidit ea quę simpliciter simul non existunt, neq; apta sunt simul esse. Itẽ apposita, quæ habẽt poni, significat simpliciter formationem corporis, aliquo modo se habentis. Vbi quoq; locum simpliciter determinat, quando tempus simpliciter significat patet igitur ꝙ nõ solam ostensionem hoc modo secundum sensus, sed etiam descriptionem secundum intellectũ, fecit. Verum quid dicemus de hac diuisiõe, in generalia genera. Nonne diuisio est? sed quomodo erit diuisio, si neque ut genus in species diuiditur, neq; ut totum in partes? quippẽ non sit aliquid commune decem prædicamentis? quale ens quidam putant, uel quale aliquid diuidi in his, siquidẽ non æqualiter pręedicatur de omnibus, unde cũ genus non sit ens, neq; differentias habebit, secundum quas genus diuidatur. Itẽ neq; uniuersaliter diuiditur in partes. Non enim est quoddam commune collectum, quod diffinitionẽ hãc sustineat. Et prorsus hæc non erunt uelut partes similares alicuius, cum dissimiles sint, neq; ut dissimilares. Nam sine aliquis dicat eos totũ esse, siue aliquid, certè unũquodq; diceretur ens, & aliquid eodem modo, atqui partibus dissimilaribus, non conuenit nominari nomine totius. Sed num quid hæc diuisio similis sit illi partitioni, quę ĩ exercitu fieri solet, quando cohortes, cẽturiæ, manipuliuę instruuntur, & simul ordinantur in aciem ut quemadmodũ turmæ manipuliuè ductor anteit, ita substantia præcedat substãtias, & aliorum unumquodq; secũdum suam multitudinẽ? Sed hoc continuationem, & habitudinem adinuicem rectè dispositionis tollit, siquidem hoc modo nullam communitatem primis generibus, relinquęremus. Melius ergo est differentias generum determinari, atq; separari, secũdum quasdam primas proprietates porrò quatenus circa substãtiã sunt accidentia, & in substãtia subsistũt, & ad ipsam coordinantur, eatenus assimilandum est ea illis, quorum unum ab alio dependet, & coordinatur. Hæc igitur Iamblic⁹ putat, Herminus autem inquit ꝙ hæc nõ est diuisio, neq; partitio, sed enumeratio, quoniam neq; totũ est supra ipsa, neq; ut genus, neq; alio modo totum. Sed ad ea quę Iamblicus ait, suismet uerbis respondeamus, quia illud ab uno non est accipiendum à substantia, alioquin non numerarentur decem prædicamenta, sed nouem, proinde magis est dicendũ ꝙ prędicamenta se habent ab ente, ꝙ quidem hic sæpe numero dictum Aristote. uult in decem prędicamenta diuidi. Et meritò, quandoquidem de dictione significatiua hic sit intentio, sed in metaphysica inquit. decem uelut ab uno ente in ordine deduci, in quo ordine primum locum tenet substantia, & circa ipsam gradatim alia quæ coordinant. Herminus autem, uidetur ambiguitatem quãdam circa, nõ tot sint genera. Sic aũt scribit, ob id si eorũ quæ dicunt solum sunt significationes, totidẽ ꝓfectò erũt prima genera, totidẽ etiã p̄dicamenta, ꝙ si alia fuerint pręter hęc, certè neq; sermo illa reijciet, repudiabitq;. Sed pace Herminij ubiq; Aristo. hac multitudine generum utitur, & nõ addit, neq; aufert, sed semper diuisionem in decem statuit, & decernit, seu etiam eorum collectionem, ad quatuor redegit. Verũ

plerìq; alij sunt, qui de ipsa diuisione dubitarunt, accusantes per se diuisionem in tantam multitudinem, ut Athenodorus, in eo libro quẽ inscripsit contra p̄dicamenta Aristo. ubi nil aliud nititur, quam inuestigare diuisionem in tãtam multitudinẽ. Itẽ Cornutus, in his quæ conscripsit in Athenodorum, & Aristotelem, & Lucius, Nicostratusq;, ceu in alia omne ferẽ, ita etiam in diuisionem inuecti sunt. Porrò sumenda sunt obiecta, & contradictiones in terminis determinatis, qui tripliciter eas distinguunt. Eteni alij accusant, & obiurgant hanc diuisionem, uelut superfluam, alij uerò ut mancam, & mutilatam damnant. Tertij autem sunt, q putant Aristo. alia genera, pro alijs introduxisse. Extiterũt quoq; nonnulli, qui etiam plura alia obiecerunt Aristo. alij simul damnarunt defectum, & abundantiam, alij autẽ ultra hæc, adiecerunt etiam permutationem generum. Porrò dicantur quędam dubitationes de unoquoq; genere, & solutiones ad ipsas quibus contradictionem percipiemus, ne longiores simus, cum in eas inuehemur. Dicunt ergo hi qui superfluitatem confutant, & obijciunt, ꝙ non rectè ordinauit ipsum facere, contra pati. Nam oportebat unũ cõmune gen⁹, utrisq; assignare, ꝙ est moueri, ad quod respõdendum est, quòd efficiens quatenus efficit, non mouetur, sed facit moueri, ipsum existens immobile, quod si aliqua efficientia insensibilibus mouentur, certẽ per accidens mouentur, ea de causa, quia duo principia in idem concurrũt scilicet principium agendi, & principium patiendi. Sed forsitan oportebat de ipso agere & pati, ambigere, quomodo non reducantur ad prędicamentum ad aliquid. Nam agens in passum agit, & patiens à faciente patitur. Nisi secundum hanc coaptationem reducantur ad prædicamentum ad aliquid, tamen secundum actionem, & passionem, aliam naturam habent, & faciunt alia genera. Etenim in alijs quę sunt ad aliquid, ut pater, & filius, eadem ut per se subsistunt, reducuntur ad substantiam, sed secundum habitudinem ad prędicamẽtum ad aliquid. Sed quomodo poni non est ipsum pati. Item quomodo ipsum habere, nõ est ipsum facere? Nisi quia poni non est magis passio, quam actio, nam poni est sedere, ac stare, quocirca poni accipitur in prædicatione non secundum ipsum pati, neq; secũdum agere, sed secundum ꝙ collocatur in alio. Eodem quoque modo, habere non accipitur secundum ipsum facere. Nam armari, uel indui ueste, nihil minus est quam pati, sed accipitur secundum ipsum circũcingi & poni. Porrò alij alio modo accusant, & culpant superfluitatem nam Xenocrates, & Andronicus, uidentur omnia comprehendere sub per se, & ad aliquid, perinde ac superfluum sit apud eos tãtam multitudinem generum afferri. Alij uerò secãt, & partiuntur omnia in substantiam, & accidens, & hi uidentur aliquo modo idem asserere, cum prioribus, qui aiunt accidentia esse ad aliquid, quippè quæ semper sint aliorum, et substantiam per se. Itaq; communiter respondendum est ad utrũq;, quod hi qui in paucissima sectionem Aristotelis sectantur, imperfectè ipsam attigerunt, omittentes uniuersale, & particulare. Item accidentia, quorum multa genera tollunt, & redigunt in unum prædicamentum accidentium, ꝙ est ad aliquid, quia accidentia sunt alterius, (ut inquiunt) & ea sola proprię sunt ad aliquid, quæ alteri⁹ sunt. Quod si ob id, quia qualitercũq; sunt alicuius, ad aliquid sunt etiam ea quæ sunt per se, erunt ad aliquid nam Socrates est sophronisci, & ager possessoris, si ergo hoc modo etiam accidens referimus ad subiectum, nimirum non est, quandoquidem accidentis natura ipsa propria, per se sit. Item materia, & subiectum ipsum, secundum hanc rationẽ, est ad aliquid. Equidem quatenus principium, ꝑ se est. Hoc igitur modo Porphyrius, & Iamblicus dicunt, & statuũt. Nisi forsitan esse alterius: & ad aliquid accidenti competant, quatenus accidens opponitur substantiæ, quæ per se: & seipsa est. nam huic per se opponitur ad aliquid, & huic seipso opponit id scilicet alterius, quod etiam Aristo. iudicat, assumẽs eãdem diuisi[illegible]em, sectionemq; in duo. Porrò ille forsitan rectè dicere ha[illegible]et, quod Aristo. rectè diuisit

plures accidentis proprietates, nullam excipiens, quia id quod eſt in ſubiecto, & quæ ſunt circa ſubiectum, diuidit, quod quidem accipiebant quidam, & ita contra diffinitũ ſubiectum, ponunt ea, quę ſunt indeterminata, circa ſubiectum. Cæterum qui aſſerunt diuiſionem mancam eſſe (ceu Nichoſtratus) inquiunt hanc eſſe cauſam, quia ipſi facere ponunt oppoſitum eſſe, ipſum pati, ſed nõ ponũt ipſi hr̃e, oppoſitum eſſe, ipſum haberi. Niſi oportebat dicẽtes hęc, animaduertere, ꝙ ipſum haberi incidit in prędicamentum poni, tam definitũ. nam cũ aliquis habet ſcutum etiam ſcutum habetur circumponi in eo qui habet, igitur haberi eſt poſitio. Sed Lucius inquit cur coniunctiones pretermiſit, quandoquidem, & coniunctiones ſint dictiones ſignificatiuæ. Equidem non ſunt expertes ſignificationis. Niſi ꝙ non eſt principalis ipſarum ſignificatio, ſed cõſignificat, quemadmodum etiam conſueuimus duplices coronidas deſcribere, quædam nãq; ſignificat aliquid, ſimul cum his quæ ſcribuntur, ſed ipſæ per ſe nil ſignificant. Etenim coniunctiones cum alĳs partibus orationis, ueluti collæ ſimile ſignificant. Tertio coniunctiones non ſunt orationis elementa, ſed ſiquidem forte locutionis partes ſunt. Nam neq; colla eſt pars chartæ, igitur neq; cõiunctiones partes ſunt, ſed ſolum ꝓferunť. Item dicendum eſt, ꝙ quãquã coniunctiones ſignificent, & ſignificare loquendo cõcedãtur, tamen ſignificant ſecundum coordinationem, & cõplexionem. At nunc ſermo eſt de his, quę ſine complexiõe ſignificant. Præterea inquirunt ubi etiam articuli ordinabunť, & nos dicimus, ꝙ de his eſt eadem ratio. Etenim uelue coniũctiones ſunt genera cõſignificãtes ſcilicet maſculinum, & fœmininum indefinite. Nam quid eſt nõ ſignificat, idcirco à quibuſdam indefinita uocantur. Item negationes, & priuationes atq; diuerſi uerborum modi, ubi ordinabũtur? Niſi Ariſto. ad hoc reſponderit, in commentarĳs, ubi quę ad memoriam reuocanda ſunt, docet. Etenim in his methodicis regulisue, addiſcendi, & in commentarĳs ante dictis, atque in diuiſionibus, & in altero cõmentario, quẽ inſcripſit de his quæ circa dictionem, qui etſi non uideatur eſſe proprius & ab Ariſto. editus, tamen eſt alicuius uiri omnino ſtudioſi, eiuſdem ſcholæ, qui cum in his uoluminibus, etiã prædicamenta addat, ſubiungit. Dico autem eas quarum doctrinam cum caſibus, modis, negationibus, & priuationibus, & indefinitis, coordinauit. Eſt igitur eiuſdem pręd icamenti, exui ueſte, & ueſtiri. Nam uniuerſaliter, in his habent eſſe negationes, & priuationes, quòd entia tollunt, merito etiam ad illa reducuntur, in quibus habitus ſunt, & affirmationes. Pręterea inſtant, quomodo unum, & unitas, atq; punctum, non cadunt extra prædicamenta. nam neq; quanta ſunt, ut ipſis uidetur, neq; continua ſunt cum ſint impartilia, & indiuiſilia, neq; diſcreta, nam omne quãtum conuenit eſſe uel continuum, uel diſcretũ, & ſi diſcretum eſt, uel impar, uel par, uel ut principium numeri, uel ut metrum, ordinabitur in prædicamento ad aliquid, ut etiã Alexandro uidetur. Si autẽ duplex eſt numerus, alius corporeus, alius uerò incorporeus, erit etiam (ut Boethus diceret) & unitas duplex, alia quidem ſubſtantia in intellectuali numero, hoc autem etiam Ariſto. uidetur, alia autem ad aliquid & quantitas. Poſtea quoq; Boethus ait, niſi forſitan melius ſit dicere, ꝙ ſit quanta, nam ut albedo ſe habet ad albũ, ſic & dualitas ad duo. ſi ergo ambo illa ſunt qualia, & hæc erunt quanta, proinde contradicunt Alexãdro, qui dicit fieri poſſe, ut ponať unitas eſſe pars quanti. & ob id numerat eam in quantitate, nam numerus eſt multitudo unitatibus conſtans. Qui ergo contradicunt Alexãdro, dicunt unitatem eſſe initium numeri, ſed non partem. Equidẽ ubique alterum eſt principiũ eſſe, & id cuius eſt principium, ceu etiam pũctum eſt principium dimenſionis, & nõ eſt dimẽſio. Sed ſi hæc ſunt principia, certe ad aliqd ſunt, quando quidem cuncta quæ habent naturam propriam ad aliquid, habent etiam eſſe ad aliquid, ceu pater qui eſt homo, & ſubſtantia, qui etiam quo ad id quo pater eſt, ad aliquid eſt, oportet porrò & in his dicere, quod quantum principia ſunt, ad aliquid ſunt. Niſi forſitã duplex ſit principium, alterum coordinatũ, alterum uero dependens, & extrinſecũ. Coordinatũ ergo in eodẽ genere eſt, ubi mediũ, & finis, ſed extrinſecum forſitan eſt in eodem genere, nam ſi unitas eſt extrinſeca numero, qui cõſtitutus eſt in eodẽ, erit genere, ꝙ conſtituitur, & diſcretũ eſt. Etenim species, cum ſit conſtituta, & diſcreta, etiam nomen collectum, & conſtitutum eſt. Vel (ut Stoici dicũt) nomen cum ſummatim ſignificet, & diffinitio diſtinctè, profectò in eodem erunt genere, nomen & diffinitio, ſicut etiam materia, & forma, cum ſint principia ſubſtantiæ compoſitę, etiam ipſę ſunt ſubſtantiæ, & ſi hic aſſumptæ nõ ſint. Eadẽ quoq; de puncto ambigere, & diſſoluere, (ut exiſtimo) licet, ſed melius dicunt uulgatiores expoſitores, qui unũ ob id pręter miſſum eſſe in pręd icamentis aiunt, quia eſt æquiuocum, ceu ens. At æquiuocorum, non eſt determinata diuiſio, neq; in genus reductio. Tertĳ deinceps permutationẽ damnant, dicentes alia genera pro alĳs accæpta fuiſſe, quandoquidem oporteat ſumere motũ loco agere, & pati. Nã fieri nequit, ut in aliud genus motus redigatur, neq; aliquid aliud genus ipſius, de ipſo inquit prædicať, nam neq; in genere ꝙ eſt agere, reducitur, quippe plures ſint in genere pati. Item neq; ad genus paſſionis tãtum reducitur, alioquin ubi motus qui ſunt in ipſo genere actionis, collocabũtur. Quibus reſpondendum eſt, quod potentia: & actus cum ſint æquiuoca, in ſingulis generibus ſpectantur, idcirco in nullo determinate ordinantur, & quũ motus ſit uia à potentia in actum, aliter qdẽ ſpectatur in ſubſtantia, ubi dicitur eſſe generatio, uel corruptio, & aliter in quantitate, quę uocatur auctio, uel diminutio, & aliter in qualitate, quando alterationem ipſam nominamus, & aliter in ubi, et ita ſecundum unumquodq; predicamentum aliter, quomodo igitur motus poteſt eſſe unum pręd icamentum, cum & ipſe ſit quoddam æquiuocum? Eadem quoq; dicenda ſunt de ipſa ſtatiõe, & quiete, quę aduerſatur motui. Nam ſi aliqua eſſet reuera quies, illa ſanè, in his ſenſibilibus inquirenda non eſt, ſed in ipſis intellectualibus. Stoici uerò putant numerum primorum generum, contrahendum eſſe, in pauciora, & aliqua in paucioribꝰ ꝑmutata aſſumũt. Nã faciũt ſectionẽ in quatuor, in ſubſtãtia, & qualia, & aliquo mõ, ſe habẽtia, ac aliquo mõ ſe habẽtia, ad aliqd. Et cõſtat, ꝙ ipſi plura pręter mittunt. Nam quãtũ planè, & ea quæ ſunt in tempore, & in loco, omittunt, nam ſi aliquo modo ſe habens, putant talia continere, quia ꝙ ꝑterito anno fuit, uel in lyceo, uel ſedere, uel ueſtiri, diſponitur aliquo modo ſecũdũ aliquid horum, primo dicimus ꝙ quũ ingẽs ſit differentia in his, quod cõmunitas aliquo modo ſe habendi confuſe & indiſtincte profertur, de ipſa differentia. Deinde hoc cõmune, aliquo modo, ſe hr̃e, etiã ſubiecto cõpetet & quãto pręſertim. Nam & hęc, aliquo modo diſponunť, & afficiũtur. Hæc igitur nobis ſeorſum reſpondenda ſunt, ad unãquãq; contradictionem. Sed cõmuniter, ad omnia dicendum eſt, quod non eſt expetenda in ipſis tractationibus, facultatibusq;, introductorĳs, ſumma & exacta explicatio, quippe aures auditoreſue primorum rudimentorum, exactam, & diligentem explicationẽ, non ſufferant. Secundo dicimus, ꝙ difficilis eſt conatus eorũ, qui uolũt diuidere generaliſſimas entium differentias, uel ſignificatiuas ipſarum dictiones, & ob id magis indulgendum eſt ipſi difficultati, & concertãdum cum ea, quã turpiter, & prauis dictis, contra eam contendere. Tertio autem diceremus, ꝙ omnes aliter diuidentes maiores culpas, maioraq; crimina, ſubibunt, quorum Stoici ſunt, qui diligentius uidentur feciſſe eam ſectionem, quæ in hæc quatuor fit ſcilicet in ſubiecta, in qualia, & aliquo modo ſe habẽtia, & aliquo modo ad aliqd ſe habentia. Quæ verò prætermittunt, dictum eſt prius. Iuniores etiam, quibus facilior erat facultas, ſupplere id quod deficiebat, in plerisq; uidentur eſſe decepti, quod cum ita ſit, quo modo non erit danda uenia ĳs, qui primo hæc agere aggreſſi ſunt, ſi quippiam diligentiæ, & exactæ explicationis omiſerint? Sed qui

huic

huic diuisioni, uel enumerationi contradicit, sciat se non in Aristot. primo, sed in Pythagoricos. & Architam inuehi, qui ante Aristotelem diuisionem in decem genera fecit. Quod si quis cupit audire aliquam diuisionem, quæ decē genera comprehendat, forsitan erit talis: quoniam omnia quæ sunt, aut existentiæ sunt, & potentie, aut actus, potentiæ uero cum fuerint mediæ, simul cum existentiis magis spectantur. Porro primum diuidendum est dupliciter, in ipsas agentes existentias, uel patientes, & in actus, & omnes actus, prædicamentum actionis continet, & omnes passiones, prædicamentum passionis. Existentiarum autem, aliæ quidem per seipsas habent esse, quas omnes substantia comprehendit, aliæ uero in aliis subsistunt, & harum aliæ spectantur, secundum habitudinem. & quædam sine habitudine. Item earum quæ sunt sine habitudine, aliæ quidem secundum designationem, & quasi formam corporalium existentiarum considerantur ceu sunt omnes quæ sm̄ quale determinantur. aliæ uero sm̄ dimēsionē, extensionēue. & multiplicationem. sicut sunt illæ quæ sm̄ quantitatem sunt. Nā hæ duæ differētiæ, quæ sine habitudine sunt earū, quę in aliis subsistunt, secundum existentiam generū, considerantur. Earum autem secundum habitudinem, alię quidem ad conuertentia dicuntur, quas omnes prædicamentum ad aliquid continet, aliæ uero non ad conuertentiam dicuntur, & harum aliæ spectantur secundum habitudinem ad corpora, aliæ autem secundum habitudinem ad incorporea, & harum alia secundum habitudinem ad locum, quam quidem continet prædicamentum ubi, alia uero secundum habitudinem ad tempus, quæ quidem in prædicamento quando continetur. Sed earum quæ sunt secundum habitudinem ad corpora, alia quidem secundum habitudinem ad illa in quibus collocamur, aut stantes, aut sedentes, aut recumbentes, quæ quidem omnia ad prædicamentum poni reducuntur. alia uero est secundum habitudinem ad circumposita. quæ ab ipso prædicamento habere, comprehenditur. Nam corpora ad quæ talis habitudo est, aliquo mō se habēt, ueluti nos in illis, aut illa in nobis, firmantur, & collocantur. Talis ergo quædam erit à nobis consolatio, exhibita ac tradita, his qui cupiunt accipere ex diuisione non manca. decem genera. & bene scio ꝙ hæc multas subibit castigationes, mēdationesq; , si qui uoluerint exactissime & diligētissime eam rimari & ponderare. Diuus tamen Iamblicus. & ipse nititur afferre enumerationem generum, non mutilatam, nec truncam primo quidem locat subiectum in quo preexistente fiunt aduenient ꝙ illa quę duntaxat subsistunt, deinde ea quæ simul existunt, cū subiecto una considerant, hæc aūt sunt qualitas, & quantitas, quarum alia multiplicat, extenditque subiectum, & alia format, habitudines uero circa subiectum spectantur, & considerantur, secundum quas considerantur, alia prædicamenta, Architas autem more Pythagorico argumentans, causam numeri generum reducit ad omnia principia rerum. Nam inquit omnem artem & scientiam, esse unam rem ordinatam, & diffinitā, & talis in numero determinatur, & uniuersus totusq; numerus, est ille denarius. merito ergo omnia in decem diuiduntur. & omnes species decem sunt, & specifici numeri decem existunt. Item merito extremitates corporis, decem partes habent, & elementa omnis orationis decē sunt, sed hoc etiam per inductionem confirmari potest. Nam licet his qui quoduis ens in promptu habeot, uidere quo modo in unum aliquid horum generum, collocetur: Sed quoniam hæc mediocri, & recta distinctiōe, ac dearticulatione scripta sunt cæterum opportuoum est ad uerba contextus uenire. Et quod intentio sit de uocibus significatiuis (ut sæpe dicebatur) quatenus significatiuæ sunt, indicauit dicendo. Eorum quæ secundum nullam complexionem dicuntur, unumquodque aut substantiam significat, aut quantum, & cætera. Nam res, nec dicuntur, nec significant, sed significantur. Et si aliquis diceret, quòd ipsorum entium facit diuisionem, uel enumerationem, sed non quatenus entia sunt, sed quatenus significantur, à talibus uocibus & quod immo secundū constructionem uocum, & rerum, adinuicem cognoscūtur, siquidem dicat significata numero decem esse, & ea quæ significant, totidem esse. Et sane constat, ꝙ etiam diuisio conceptuū, de ipsis rebus cōprehenditur. Nam uno trium diuiso, etiam simul diuiduntur reliqua, propter connexionem, quam habent, hæc tria inter se. Nam à rebus pendent, & proficiscuntur conceptus, notionesue, à conceptibus autem uoces proueniunt, perinde atq; si quis diceret uocem nominis soli significatiuam, asserens quòd latuerint ipsum communia. quæ sunt ignobiliora indiuiduis. Etenim Socra. tertium esse fatetur. scilicet Philosophum ipsum, & conceptum de seipso ac nomē trisyllabum, sed generum unumquodq; dupliciter putat spectandum esse, scilicet secundum nomen, & secundum conceptum duntaxat, quo circa uox uana esset, & nomen fictitium, si nullum ens, & nullum intellectum significaret. Verum quidam alii naturam communium de medio tollunt, quæ solum in singularibus subsistere putant, & non considerantes contemplantesq; ea per se, & separata. Et quamuis hi de ordinata communitate recte dicāt, oportebat tamen, & separatam intelligere, in qua continet ordinata nam ante ordinatam, separata est, & ante aliud ens, est ipsum ens per se, nisi forsitan illud separatū ens. & oīum post seipsum causa, non sit spectandum sm̄ solam communitatem, ceu scilicet omnium animalium causa hominumque equorum & reliquorum, uel cœlestium. & eorum quę degunt in aere, & in aqua & in terra, quod si secundum solam naturam animalis, consideraret profecto solam communitatem animalium produceret, sed quum etiam omnes species animalium producat, manifestum est, quod non est solius communitatis unio, sed etiam differentium specierum unio est quæ collecte illis prior est, & est oīa ante singula, producens communitatem, & differentias secundum excellentiam, quæ ab utrisque secernitur. Nisi forsitan etiam in his quæ producuntur, prorsus talis communitas sit, qualem nos intelligimus indifferentem. Nam quādo dicimus animam, & corpus esse substantiam, profecto aliquid erit commune, & indifferens omni animæ & corpori, immo etiam patet, quòd commune subsistēs, cum differentiis distinguitur, ut etiam accomodetur suis differentiis. Nam substantia animæ, nunquam cum differentiis corporis connecteretur, quamuis id quod distinguitur, communicatum sit, secundum eam unionem, quæ ab uno cunctis impertitur, ne omnia quæ ab uno dependent, & producuntur, seiuncta, ac dispersa sint. At nos qui participes sumus utriusque, uidelicet illius quòd connexū est, & illius ꝙ dispersum est. communitatem ipsam per se, uelut differens intellectu separamus, quæ neque in ipsis indiuiduis est. Nam hæc communitas segregatur, nec; in his ante indiuidua est, nam illa non solum commune, sed etiā distinctum esse in alia quadam natura, prius acceperunt, quæ natura potius secundum ueritatem nobis ignota est. Verum causa huiusce communitatis separatæ, & separationis communicatæ, utrunq; & aggregatum simul producit. Quando igitur Socrates disputat ꝙ in omnibus est honestum, & in omnibus est æquale, uidetur proferre non quod in multis sit honestum prorsus indifferens, sed quod dialectices methodus, ac uia discendi, notionem nostram confusam, aut intellectum confusum, & non potentem commune à proprio distinguere, tandem discernit, & tunc deinceps notiones seiunctas, in unionem pro confusione sensim, deducit. Nam hoc est dialectices finis, ut etiā Socrates in libris de ciuili regno, indicauit. Neque igitur Platonem, neque eius magistrum Socratem dānamus, qui ubiq; dialectice ostendunt communes species, partim participari, & partim ante participationem esse. Nam opus erat, his qui animo concipiunt solas differentias indiuiduorum, hoc modo ment[illegible]onem de cōmunitate, & cōmu-

ni causa, in indiuiduis facere. Sed neq; Aristotelem derideamus, tanquam ignarum communium naturarũ, & præexistentium causarum, qui dicit nullo pacto fieri demonstrationem, sine uniuersali propositione, sed magis laudemus ipsum intelligentem mirum in modũ, quod hæc communia, & omnino indifferentia ipsa, per se non subsistunt, inter entia. sed nos separantes ipsa nostro intellectu, per seipsa subsistere uolumus. Sed hæc à me supra quam par erat dicta sunt, ob eos qui temere contendunt Philosophorũ clarissimos inter se dissidere, atque digladiari. Cæterum, quoniam & simplicium uocum quædam sunt, quæ quamuis simplices sint, attamen neque significãt nisi una cum alia coniunguntur, ueluti sunt coniunctiones, articuli & propositiones, quocirca dixit. Eorum quæ secundũ nullam complexionem dicuntur unumquodq; aut substantiam significat, aut quantum, aut quale, ne uoces significatiuæ generum duntaxat separarentur ab illa significatione, quæ secundum complexionem efficit affirmationes, & negationes. sed etiam à simplicibus. quæ significant secundum solam complexionem, ceu sunt ea quæ diximus, scilicet coniunctiones & huiusmodi. Sed quomodo incompleaum, considerandum est, nunquid uoce incomplexum, an uirtute & significatio? Nam si uoce incomplexum fuerit, accidet ut non omnis uox simplex significet unum prædicamentum quippe animal (ut prius dictũ est) & ego pronomen, adsignificans substantiam simul & actionem, uel passionem significat. Item pluit, quia etiam significat Iouẽ ad substantiam, & ad prædicamentum actionis redigetur. Quod si incomplexum, quo ad uirtutẽ statuamus ipsam dictionem, habentẽ differentes uirtutes, certe sub diuersis prædicamentis redigẽmus ipsam, ut afficior, quod uerbum & omnia media ad agere, & pati reducuntur. Similiter Boreas significans, uentum, & clima, reducetur ad substantiam, & ad ubi. Sed forsitan oportet respicere ad uirtutes significatiuas. & eam diuidendo, sic unã quãq; redigere ad suum peculiare prædicamentum. quãquam eadem dictio sit, & non differens Etenim & dictiones quatenus significatiuæ sunt, assumuntur. Porro si hæc sine complexione sunt profecto ea, quæ his opponuntur, secundum complexionem sunt, ea scilicet quę è duobus, uel pluribus prædicamentis constant, & orationem efficiunt, ut homo ambulat. igitur nec æquiuoca nec uniuoca, nec denominatiua & si pluribus conueniant, secũdum complexionem dicuntur: immo neque ea nomina, uel uerba quæ sunt composita secundum complexionem erant, ut lapidibus obruit, falsidicus. & pascit boues. Nam neq; hęc ex perfectis constant prædicamentis. Item neq; illud quod ex pluribus dictionibus constat, quando unum fuerit ipsum significatum, ut liquet in diffinitionibus. Nam animal rationale mortale, oratio quædam est, sed non plura significans. sed unum solum hominem, quę neq; ex pluribus constat prædicamentis. Nam genus, & substantiales differẽtię. substantię sunt. Igitur oportet accipere complexionem secundum uirtutem & non secundum dictionem, quia aliquando simplices uoces proferimus, quando complexus erit conceptus in ipsis, ut in animali, & pluit, aliquando etiam proferimus compositas uoces, sine complexione, cęu diximus in diffinitionibus. Si ergo hęc uera esse asserimus, scire oportet, quomodo Philosophus Sirianus diuisionẽ rerũ, q̃ prius facta est, In quatuor membra inquit esse secundum complexionem, quando dixit quędam de subiecto dici, & in nullo subiecto esse, & cętera Sed de illa diuisione quę fit in decem generum, quę sine complexione dicuntur, hunc in modum Sirianus scribit, diuidens uoces significatiuas, in eas quæ dicuntur cum complexione, & in eas quę dicuntur sine complexione, qui secundum utraque membra, huius sectionis, fecit sectionem de rebus. Nam illam in quatuor fecit, secundum uoces compleaas, quippe unaquęq; il[l]arum secundum complexionem uocum, significabat, hanc uero quam nunc tradit Aristote. secundum simplices uoces, facit. Sed pace Siriani quomodo quaternariam hanc complexionem oppositam fecit, his incomplexis generibus, siquidem Aristote. cum describit proprie substantiam, ut docebimus, quę est de numero incomplexorum, per unam cõbinationem, & complexionem, horum quatuor, describit. Nam inquit, substantia quæ propriissime, & primo, ac maxime dicitur, est illa, quę neq; de subiecto aliquo dicitur, neq; in aliquo subiecto est. Nam & si uniuersale & particulare prorsus ad quantitatem pertinere uideantur, tamen ad omnia prædicamenta reducuntur, ut singulare, & plurale. Iccirco quando dico homo, etsi unum hominem dicam, non fit tamen compositio, neq; oratio. Melius itaq; ipsum Aristote. audire. quę ipse uelit esse secundum complexionem, quia talia sunt, quęcunq; affirmationem efficiunt, ceu sine complexione sunt, non illa quę de subiecto, uel in subiecto, uel his opposita sunt, sed illa quę non efficiunt affirmationẽ. Porro postquam exempla in figura, & tipo de decẽ generibus tradidit: subdit Vnumquodq; autem dictorũ sm se in nulla affirmatione dicitur, sed complexione horum inter se affirmatio fit. Vnde substantia particularis, uel accidens. uniuersale, aut prorsus aliquid quatuor illorum, neq; affirmationem neq; negationem per se efficit, immo nec ueritatem, nec falsitatem significat, quod quidem Aristot. comprehendit in coniecturam, & signum argumentumue, q̃ simplices uoces per se non efficiant orationem enuntiatiuam, & syllogismum sic conficit, q̃ uoces simplices non efficiant orationem enunciatiuam, q̃ dixit fieri sm cõplexionem, in cuius syllogismo, medium accipit, uerum, uel falsum dicere, quod quidem orationi enunciatiue competit, & minime simplicibus uocibus. Sed animaduersione dignum est, quod ab affirmatione sola segregauit simplices uoces, & non à negatione, dicens. Vnumquodq; autem dictorum in nulla affirmatione dicitur. Ea aũt quæ adinuicem horum complexione affirmatio fit. Hoc autem fecit, quia simplices uoces potius facere affirmationem, & affirmare uiderentur, quàm negationem efficere, quandoquidem & ipse positionem significent ut affirmationes sed non ablationem. & remotionem, quemadmodum negationes, quippe dictionibus simplicibus, non adiungitur negatio, cum quibus ergo uerisimile erat ob similitudinem ipsas simplices uoces conuenire, ab eisdem ipsas discreuit, & seiunxit. Rursus dixit in nulla affirmatione dici, simplices uoces, innuens affirmationem differentias. Nam affirmationum, uel negationum, aliæ quidem sunt uniuersales, aliæ uero in parte, & aliæ indefinitæ. Hæc igitur de dictione, dicta sine. Cæterum si quis ambigeret, num Aristote. sola sensibilia, & generabilia, diuiserit in his uerbis, & numerauerit, an oĩa qualiacunque entia, & prorsus an gña, passim sint ĩtellectualia, partim uero sensibilia, an hæc gña sint eadẽ cũ ipsis, an diuersa ab ipsis. Nã si diuersa, atque alia sunt, prorsus illa prætermissa sunt si uero eadem, profecto intellectualia cum sensilibus erunt uniuoca sed quomodo erit conuenientia, communioque eiusdem substantiæ in illis, in quibus est prius, & posterius, & aliud est exemplar, & aliud simulachrum? Quod si decem prædicamenta, æquiuoce dicuntur de intellectualibus, nõ erunt eadem, siquidem solo conueniant nomine substantię sed plura erunt genera, si non comprehendantur intellectualia. Item quomodo non est absurdum, & à uerisimile longe alienum, in illis immutabilibus statuere passionem, & ad aliquid, quæ etiam propagini similia sunt in his quæ per seipsa principaliter stant, si autem aliqua sunt communia, & aliqua ꝓpria intellectualibus, & sensibilibus, igitur eorum determinatio prætermissa est. Hæc igitur, & diuinissimus Plotinus dubitat, & Nicostratus, ac Lucius, uerum alij hæc dubitantes, uisi sunt uariare suppositionem, & dubitationis fundamentum. Nam cum Philosophus pollicitus sit principaliter docere, ac differere de entibus, sic in medium dubitationem producunt.


producunt. Sed nos dicimus, ꝙ non de entibus qua entia sunt sermonem faciens: quod si de illis fecit certe quatenus à talibus uocibus significātur, principaliter de his hac ratione disputat. Nam hæc sunt, quæ proxime à uocibus significantur, quia hæc primo nota fuerunt, & primo nomina sortita sunt, intellectualia autem, nondum erant perspecta, sed contemplantes a sensibus exorsi. quia illa arcana, & occulta esse comprehenderunt, iccirco paululum declinantes, dixere humanitatem, aut ipsum hominē, uel primo hominem, itaq; qui entia uoluerit intueri, & spectare, ab his utendo proportione, facile ad intellectualia ascendere poterit, quod autem de sensibilibus differat, de quibus uir magnus considerationem facit perspicuum est, primum eo quod prius tractat de substantia illa, quam cuncti cognoscunt. & dicunt, deinde ex his, quia cum mentionem faciat de duabus substantiis, scilicet sensibili, & intellectuali, neque recurrens omnino ad eam quæ supra his est; sensibilem inquit esse principaliorem intellectuali, tā quam habentem in consideratione de sensibilibus principalem sermonem, in quo etiam substantia intellectualis, non secundum eiusdem naturam spectatur, & consideratur, sed secundum habitudinem quam habet ad sensibilem per quam etiam nos à sensibili in ipsam intellectualē ascēdere possumus, & ab intellectuali ad sensibilē, quamuis in genti infinitate, & indeterminatione repletam diffinitionem illam comprehendamus, unde non solum in substantia, sed in aliis pdicamentis sensibilia, & particularia prius ordinat, & statuit, quam uniuersalia. & intellectualia. Et hoc merito facit, enarrane differentiam secundum uoces significatiuas. quæ primo, & proprie sensibilibus impositæ sunt, & plerisque hominibus notæ sunt. Et ob id uidetur in aliis triplicem substātiam dicere, aliam materiam, aliā formam: aliam uero id quod utrisque constat hic, scilicet quàm accipit. Quoniam ergo per uoces significatiuas, q̄ sunt plerisque note aggreditur speculationem, pinde materia naturalis, eget meditatione, & forma talis, ut accidēs pluribus esse uideretur. Quod uero cōueniat Aristoteli secūdum proportionē procedere à sensibilibus, ad hæc intellectualia, patet. siquidem materiam. & formam, prius statuēs esse principia in ipsis intellectualibus, & sensibilibus sursum secundum proportionē eadem in illis esse, & diuersas differētes esse, ſm ipsum modum subsistentiæ, affirmat. Quid ergo prohibet in decem generibus secūdum proportionem identitatē seruari, & in sensibilibus, ac intellectualibus cum diuersitate eandem retineri. Si ergo hic sunt decem genera, & eadem decem in ipsis intellectualibus, igitur æquiuoca, uel uniuoca est communio, & conuenientia horum generum, hac ratione ad illa uel neq; uniuoca simpliciter, sed uelut analoga, quæ est uelut ab uno, ad unum. Nam complexione mediorum, fit una continuatio primorum, & extremorum generum quæ nec confundit immaterialia, cum materialibus. Nā utraque suis terminis sunt constituta. & terminata, nec ipsa inter se, seu unum ab altero scindet, & secabit, eo quod continuantur communibus coniunctionibus. & semper deteriora, inferioraq́ue à melioribus pendent, sed aliquid horum ipsam communionem. & continuitatem generum extendit, cuncta uinculis indissolubilibus similitudinibus concludens. ob id, & Plato in libro quem Parmenides inscripsit, unum per omnes suppositiones distribuit, siue de deo siue de mente, siue de anima, uel de corpore sermo habeatur secundum communitatem quæ uariis modis, ad omnia procedit. Sed quomodo ibi pati, ad aliquid poni, & id genus esse possunt? Nisi quia hæc ibi etiam spectare possumus, secundum proportionē. siquidē unum illorum altero participare, & unum in alio locari dicimus, & eorum alias esse causas, & alios effectus, canimus. Quod si aliquis aliter intelligens pati, & ad aliquid, non putet eadem consideranda esse in ipsis intellectualibus, non est absurdum dicere, quod cum uniuersa genera decem sint, in compositis omnia sint, & in his ꝙ præseferunt compositionem. Etenim, in his quæ sunt magis particularia, semper multo plura insunt his, quæ secundum sectionem, particularia magis sunt, proinde in Socrate decem prædicamenta esse Architas indicat, sed in ipsis intellectualibus, non omnia sunt sed illa sola genera, quæ simplicioribus conueniunt. & tamen ob id non erit diuisio generum manca. Non enim si aliqua non participant omnibus generibus, iccirco manca diuisio esse ostenditur, sed si aliquid eorum quæ proposuimus, non reduceretur ad decem genera tum uniuersus sermo prædicamentorum mancus, & mutilatus esset.

De substantia.



Vbstantia principalissime, & primo, & maxime dicitur ea, quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est, ut quidam homo, aut quidam equus.


Prius in ordine numerauit omnia genera, sub quadam exemplari ipsorum doctrina quod quidem fecit per exempla. Nunc autem cum unumquodq; pertractare uelit. exactiorem exquisitioremque assignationem uniuscuiusque pro uiribus facit, & sententiam suam ostendit, per descriptionem atque ea quæ consequuntur, & propria sunt, explicat. Eodem quoque modo Architas fecit, præponit itaque substantiam aliis prædicamentis, & causam progressu operis ipse dicet. Nam omnia alia aut substantiæ sunt, aut in substantiis sunt si ergo substantia seipsa subsistit, & nullo aliorum eget. sed alia egent substantia, quæ etiā aliis esse impertire prorsus uidetur. merito substantia præ aliis honorāda, ac præponenda est. Etenim alia quæ dicuntur substātiæ accidere, sunt ipsius substantiæ ope. substantia autem seipsa, & nullius aliorum præsidio est ideo & seipsa sola potest subsistare, sine aliis, & cum ipsa tollit, cætera quoque tolluntur simul, sed non econtra, aliis sublatis, ipsa tollitur. Porro & Architas, de ordine hæc scripsit. Ordo autem ipsorum, sic se habet. Nam prima ordinatur substantia eo quod sola hæc aliis subiicitur, ac ipsa per seipsam. s. ab aliis seiuncta intelligi potest Cætera uero alia, nequeunt, esse sine ipsa. Nā uel ꝑ ipsas substantia. uel in eisdem posita, de illa prædicatur. Dubitant autem Plotinus, & Nicostratus contra rationem substantiæ, quomodo unū genus sit substantia. Nam si aliquod intellectuali, & sensibili substantię cōe fuerit profecto illud erit ante utranq;, & prædicabitur de utraq;. Et sane constat, ꝙ id commune, neque erit corpus, neq; incorporeum, ne corpus incorporeum fiat, uel incorporeum corpus. Sed ad hęc, dici possunt, ea quę prius diximus quoniam impresentia sermo fit de sensibili, & naturali substantia, & de illa intellectuali, q̄ in substantiis naturalibus est ut etiam Architas, qui initium doctrinæ ab ea sumens, de illa determinat plane inquiens. Omnis substantia naturalis & sensibilis, uel in his uel per hęc, uel non sine his intellectui hominum occurrere apta est. itaq; non erat presentis sermonis ambigere, de cōi substantia, q̄ cōis est sensibilibus, & intellectualibus. cuius notitia dignū sit, quæ sit cōis subā intellectuali, & sensibili. Plato autem genus substātię, intellectuale statuit supposuitq;. Sciendū autem, ꝙ prima & intellectualis substantia. facit omnes substantias, tum intellectuales, tū etiam sensibiles subsistere, quarum intellectuales sunt illi proximæ, & aliæ sunt eminus, uel remotiores, & patet ꝙ talis substantia non est genus solum, sed etiam principium omnium substantiarum, quę sunt post ipsam quæ etiam non æqualiter eadem prima intellectuali substantia participant, quare neque proprie genus est talis substantia, quod quidem is qui dubitabat, uelut concessum prius assumpsit, Aristoteles autem in metaphysica, cum duas substātias, esse dicat, scilicet intellectualem. & sensi-



bilem,& tertiam mathematicem uel animasticam, quam communem speculationē in omnibus inuectā,& sparsam ostendit, Architas etiam omnem substantiam naturalem, & sensibilem & motricē appellat: naturalem quidē dicit materiā,& formam esse, sensibilem compositum, motricē autem intellectualem & incorporeā, tanq̃ causa sit illius motus quo queq̃ uita specifice subsistit, unde etiam constat quod ipsa quoq̃ plures substantias in unum ordinem comprehendit. Si ergo, nō ut genus simpliciter prima substantia consideratur sed uelut principium omnium substantiarum, non ergo recte cogunt, urgentque. asserendum esse, illam esse uel incorpoream, uel corpoream. Nam incorporea principium substantiarum proximas incorporeas ꝑducit, atq; eas corporeas. quæ remotiores sunt. immo etsi prima substantia esset genus substantiæ, incorporeæ, & corporeæ nec recte (ut existimo) urgent, quandoquidem in corporea substantia, quærat esse corpus incorporeum participatione primæ substantiæ, q̃ si corpus incorporeum fit, & incorporeum corpus, fieri potest, per eandem causam. Nam eadem ratiōe, quia animal est genus rationalis,& irrationalis, mortalisq;, ac immortalis erit irrationale, & rōnale uel rōnale, irrōnale,& mortale, imortale uel econtra. Atqui genus seiungitur ab oppositis differētijs, ut id quod ambas continet ac uelut id quod utrancq; sensum excedit secundum excessum, quo genus seiungitur. Nam si differētiæ diuisiuæ substantiæ, sunt corpus, & incorporeum, & animalis, rationale & irrōnale,& nō constitutiuæ (quippe nihil ab oppositis constituatur) patet quod genus prius est ipsa oppositione. Quid ergo? non necesse est omnem substantiam, uel corpus esse, uel incorporeum, & omne animal uel mortale, uel immortale esse? Nisi duplex sit incorporeum, aliud quidem, ut natura definita determinataq; & opposita corpori, & aliud uelut causa negationis corporalis, & incorporalis substātię. quæ eidem opposita est. Eodem quoq; modo duplex est rationale, & irrationale, quocirca si necesse est dicere animal esse, uel rationale uel irrationale magis dicendum est. q̃ sit irrationale secūdum negationem, sed non irrationale, quod est oppositum rationali. Veruntamen Boethus, has quæstiones hinc excludendas, silentio prætereundas esse uult, quia hic sermo nō fit de substantia intellectuali. Sed addubitare magis oportet, quod alibi diuidens substantiam, in tres substantias, aliter materiam, aliter formam. & aliter id quod utrisque constat, substantiam dici asseruit. At hoc in loco, substantiam ponit esse unum prædicamentum, quæ igitur sub ea & quo modo ipsa has tres quæ non dicūtur, secundum unam rationem, ordine quodam continebit? Porro Boethus respondens ad hæc, inquit rationem primæ substantiæ, cōpetere materiæ & composito. Nam utriq; ipsorum competit, nec de subiecto dici, nec in aliquo subiecto esse. Nam neq; alterum ipsorum est in alio, compositum autem etsi in alio, non sit tamen formam habet. quæ in alio est. quòd est materia, Materia uero non habet aliquid, quod sit in alio itaque materia, & compositum commune aliquod habent,& aliquod quo differūt. materia nanq; quatenus materia, alicuius est, ut etiam subiectum, composita autem substantia non est alicuius, quo itaq; modo (inquit Boethus) materia, & compositum sub prędicamento substantiæ collocabuntur? forma autem extra substantiam erit, & in altero prædicamento, uel in qualitate, uel in quantitate, uel in aliquo alio cadet, quæ cum Boethus inquiat Porphyrius inquit ipsum aberrare, quia diuisa est forma, contra materiam, & substantia esse existimatur ab Aristote. & ipse dicit esse qualitatem, & aliquid aliud accidentium, nam id quod efficit substantiam, substantiale est: & ob id forma est substantia. Etenim compositum per formam, maxime est substantia. Item per Boethum, materia, & compositum prorsus substantiæ sunt, quia cōueniunt in hoc, q̃ non sunt in subiecto, sed forma, neq; est in subiecto. Non enim ut album est in composito, ita & forma inest materie, nam si aliquid cum alio perficeret aliquod unum, uelut forma cum materia perficit, compositū certe alterum non est in altero, ut in subiecto, Nam in subiecto id erat, quod in aliquo erat, non ut pars, Iccirco Aristote. compositam substantiam diffiniens, etiam alias, ut partes ipsius comprehendit. nam processu operis, ostendet partes substantie esse substantias, & ob id forsitan non fecit mentionem de alijs, quāquam Architas de illis etiam mentionem fecerit. Item possumus hāc causam dicere, cur Aristote. non fecit mentionem de forma, & materia, quia tractationem de prædicamentis facere uoluit, secundum eum usum dicendi, qui facilior exploratiorque, ac communior, uulgatiorque esset At materiæ, & formæ, nomen, & ea quæ ab his significantur, non erant in usu apud plerosque, sed alij materiam, alij formam magis substantiam esse, dicunt Quomodo ergo inquit Plotinus, hæc tria, materiam, formam, & compositum æqualiter esse substātias? Ad quod dicendum est. primo quod communis designatio substantiæ. competit similiter his tribus. quæ quidem designatio est, hoc scilicet in subiecto nō esse. Deinde mirum non est, eo quod extremum locum, proprie subsistentiæ materia, materiali habēt, quia magis & minus participant subsistentia, & oportet quærentem ut singula apta sunt, sic ipsa demonstrare, si non extremas substantias secundum primatum, & intellectualium substantiarū conceptiones, & notitiam persequatur. Sed esto inquit. quòd forma, & materia, ac ex his compositum in prima substantia contineantur, quia hoc commune, scilicet non dici de subiecto aliquo, nec in aliquo subiecto esse, competit ipsis quid dicemus de secundis substantijs? Nam quod commune habent, ipsæ cū prima substantia, siquidem secundæ ob primas appellentur substantiæ. Nisi hoc q̃d sane Arist. dixit, scilicet in subiecto non esse, quod quidē proprie substantia est. Nā ob hoc etiam Architas designauit, ac statuit subām esse ꝑ seipsam, si ergo genera, & species, uelut partes cōferunt ad cōstitutionē īdiuidui, certe ipsa nō erūt

in Indiuiduis,uelut in subiecto. Sed neque in his opus est quęrere immutabilitatem,& indifferentiam, ob extremorum indeterminationem. Sed inquiunt, si de subiecto, substantiæ secundæ dicuntur,profecto erunt etiam in illo, de quo dicuntur. Et nos dicimus, quod nequaquam hoc est, quippe substantię secundæ non ita sint in subiecto, ut dicuntur de subiecto, sed prædicantur, ueluti id quod inordinatum est de illo,quod est ordinatum. Nam dicere aliquem hominem esse idem dictu est, Socrates, est Socrates.igitur aliquo modo idem de eodem dicitur, & neq; de alio prædicabit neq; in alio erit.Sic ergo Porphyrius soluit dubitationem,& hunc in uerbis Iamblicus sequitur. Sed horum pace,si quando dicimus Socra.hominem,& animal esse,uelut idem de eodem dicimus,forsitan idem erit indiuiduum,& species,& genus,& ita tale prædicamētū frustra ineassumque habebitur.At si ut species,& ut genus hæc pdicata esse de indiuiduo uolumus uel ergo species aut genus,prædicatur,ut completiuum in diuidui,uel ut separatū,extrinsecūq; ab eo,quod si ea his modis prædicantur, indiuiduum, neutrum eorum erit.sed aliud inerit indiuiduo ut pars,& aliud erit causa eius.Itaque melius est dicere quod illud quod inest subiecto,& in diuiduo.est prædicatum,sed secundū similitudinem illius, quod separatum est,qua etiam genus dicitur, & dicimus speciem constare genere,& differētia ꝗ́ȷ́ genus(cum sit cōius & contentiuum speciei) eiusdem partem esse absurdum sit dicere.Item inquiunt,nec differentiā in subiecto esse,siquidem completiua sit substātię,& eius pars fiat.Verum cū uelut qualitas considerabitur,ceu rationalitas.sic ipsa erit uelut in subiecto. Sed de differentia quæremus paulopost,impræsentia autem uerba Aristotelis consideranda sunt.Substantia autem est,quæ principalissime, & primo,ac maxime dicitur &c.Cum tripliciter substantia dicatur,(ut diximus)de materia,de forma,& de composito,primam substātiam,inquit esse.compositum,& indiui-

Substantia tripliciter.



duum:mentionem autem de aliis duabus faciet, quando dicet partes substantiæ etiam esse substantias cæterum cū dicit quæ neq; de subiecto aliquo dicitur,& cætera. illud in subiecto non esse,oī substantiæ conuenit.Nam ipsa subijcitur aliis,& sine ipsa,neq; alia sunt, sed illud non dici de subiecto,propriissimum est substantiæ indiuiduali. Nā eo quod est indiuidua,de nullo subiecto dicitur.sed de ipsa uelut de subiecto secūdæ substantiæ pdicanē,igiē prima substantia quæ est subiectum secundarū substantiarū,principaliter,& proprie erit substantia,siquidem hac non existente,nulla aliarum esse queat. Cum ergo diuidat nunc substantias,quatenus aliæ primæ sunt,aliæ uero secundæ, posuit indiuiduales primas substantias,secūdas autem simplices,& cōes,eo qd̄ primis cōpositis & indiuiduis,deinde simplicibus cōibus occurrimus, & eas hoc ordine pcipimus.Item quia inqt cōem substantiā,esse in indiuidua iccirco primo sub̃a dī esse indiuidua .di stiā propriissime, quia hęc per seipsam est,aliq uero de hac subie c̄ta dn̄r.Itē hęc est maxime substantia,qm̄ designatur per hoc, quod ipsa subijcitur.Equidem ipsa subijcitur aliis,ceu generibus & speciebus,que de ipsa ut de subiecto dicūtur,atq; aliis ut accidentibus,q̄ sunt.in subiecto.Item aliter etiam dicere poteris,q hęc uidelicet principalissime,primo,& maxime,indiuidue,& cōposite substantię cōpetunt.Nam cum eodem nomine participent,uel ergo ęquiuoce,uel uniuoce uel secundum translationem participant si ergo substantię.s.intellectualis & sensibilis ęquiuoce dn̄r,ipsa substantia,dicetur primo quo ad nos,si autem secundum translationem intellectualis, a sensibili dicitur, ceu a pede animalis, pedes montis dici solent,profecto substantia substantia sensilis, erit proprie substantia, & secundum translationem erit intellectualis: si deniq; uniuoce species,genus,& indiuiduum dicuntur,maxime substantia erit indiuiduum, eo quod ostenditur per se esse, & maxime subijci cæteris.Sed quum etiam contra hęc dicta,de prima substantia plura sint dubitata, rursus uideamus quęnam hęc sint, & quæ solutiones adduci conuenienter solent. Inquiunt itaque, quod Aristote.non docet per hęc quid sit substantia,sed quid non est.ceu si quis hominem assignauerit dicendo illum non esse equum,nec canem. Sed secundum est,primo quòd hoc tale de substantia prima non est diffinitio,sed descriptio. Deinde quædam diffinitiones, per negationem traduntur Pręterea dicta dubitatio, non recte exemplum adduxit.Nam si hę tres sole essent species,equus, canis, & homo.uerum esset dicere quòd id quod non est canis neque equus,hoc homo est,& cognitis duobus & tertium cognosceretur. quare quia hęc tria bonum. nec malum.& indifferens,uerum est q̄ significant indifferens,quod non est bonum,nec malum, & cognitis duobus,etiam indifferens cognosceretur, igitur & hic eum hæc tria,scilicet in subiecto,de subiecto, & neutro modo se habens, comprehendant hæc,ob id docuit quod est in subiecto,& de subiecto,ut per negationem ipsorum propriissimam substantiam significaret.Et eum nō suffecerit ei hoc ostendere per solam negationem, adiecit etiam exemplum.ut si quis dicendo hominem,neq; equū, neque bouem, esse, deinceps adijceret ceu Socratem.

Sed inquiunt cur hic primam substantiam sensibilem dicit.& alibi secūdam eā esse affirmat,tanquam ordinatam post intellectualem. Nisi quia eius propositum non est impresentia,de intellectualibus substantijs dicere.sed propositum eius est agere,ac afferre ordinem,& naturam sensibilium,quod quidem etiam indicauit per hoc uerbum,dicitur.Nam substantia intellectualis,non usu uenit, neque uulgata est apud plures.sed sensibilis est magis uulgata,ic circo de illa dicit Veruntamen Alexander inquit,formam specieṁq;,intellectualem.& separabilem substantiam indiuidualem dici,& forsitā hoc Peripatetico peculiare est. siqdem communia uniuersaliter,& prorsus non subsistūt, sed sunt in ipsis indiuiduis,si ergo species separatę ab omnibus maxime subsistunt,igitur erunt indiuiduę & nō cōmunes.Iamblicus tamen obiurgat Alexandrū,ueluti ignorantem,quomodo hic substantia indiuidua dicatur. Nam constat inquit q Ari dicit illam esse indiuiduam, tanquā indiuisibilem in alias species.Sed diceret Alexand. ut existimo quòd etiam substantia intellectualis,& separabilis, siquidem non est communis, esset indiuisibilis, in alias species. Sed circa idem quæsitum, & ille uersatur. Equidem cur in naturalibus pręponit communia singularibus, hic uero singularia communibus? Nisi quia dupliciter dicitur prius, & posterius, uel natura, uel quo ad nos, & eo quod neutrum habet, unde ob id docuit prius subiecta, quia singularia, sunt priora his quę de subiecto dicuntur,nam his primo occurrimus,seu in his primo incidimus,natura autem cōmunia sunt priora,quippe sub uniuersalibus ordinētur singularia, quare si aliquis ordine naturę initium faceret,prius poneret simplicia,causas,uniuersalia,immaterialia,indiuisibilia,& id genus,sed quia ordo nunc sumptus est ab habitudine significandi, primū quo ad nos,iccirco sumet.Veruntamen Alexander hoc in loco, uniuersalia esse natura posteriora singulari-

bus contendit: nullã ferè afferens demonstrationẽ, qui illud principio accipiens, quando dicit communi à singularibus accipere, esse & substantiam, nullam huius demõstrationem aiecit, & demonstrationes quas affert debiles sunt. Nam inquit communi existente, necesse est etiam in diuiduum esse, quippe indiuidua in cõmunibus contineãtur, sed indiuiduo existente, non omnino commune est, si quidem cõe est in pluribus. Nam dicit quod omne indiuiduum à communi completur, nam inquit Aristote. aliquis homo, & homo. unde Alexander etiam illud falso accepit in demonstrationẽ scilicet quod eo indiuidua sunt natura priora, quia cõi sublato, non penitus tollitur indiuiduum. Nam si commune habet substantiam, quod extenditur in uniuersa indiuidua, quę sunt sub eo, cõplet & ipsa, & indiuiduum est substantia, eo quod à communi completur, quomodo sublato communi, non statim indiuiduum tolletur. Nisi forte tertium cõe sit accipiendum, aliud quidem separatum à singularibus, & causa communitatis in ipsis ſm unam superius naturã est, iuxta multiplicem acceptionem differentię, nam primũ animal, atq; idem animal, ſm unam naturam communem, cunctis animalibus quatenus animalia sese impertitur, sed secundum assumptionem differentium specierum, differentes species animaliũ, subsistunt. Secundo autem cõe est illud, quod a communi cũ differentibus speciebus distribuitur, & eisdẽ inest quemadmodum illud quod unicuiq; animali inest. Tertio autem, illud est uniuersale, quod in nostris intellectibus per abstractionẽ subsistit, quod est posterius factum, & suscipit maxime rationem cõis & differentiæ, nam cõmunis causa, separata est ab his, quæ effectus sunt, & est aliquid aliud penitus, pręter ipsa, & ut causa cõmunis, sed non ut communis natura. At communitas quæ complet singularia, ultra commune, etiam differens habet nam aliquid solum cõe, non est in ipsa substantia mortali, & immortali sed etiã cõe differt & differentia communicatur. Solũ igitur hoc cõe per abstractionẽ q̃d quidẽ nos abstrahentes, & auferentes, differentias dimittimus, habet communis ut communis rationem. Et ad hoc forsitan Alexander aspiciens, putat ipsum esse posterius indiuiduis. Verum huic uidetur aliud sequens dictum eius obuiare, quando inquit singularia ex communi, & differẽtijs subsistere. Nisi forsitan subsistẽtiam secundum intellectum consideret, qui diffinitionem colligit, & commune denudat.

Rursus Iamblicus obijcit Alexandro hoc, quia unam substantiã diuidit in corporeã, & incorporeã, qbus nil est cõe, nã hoc est contrariũ (inquit) etiã Aristoteli, siquidem nec illè ponat cõitatem in sensibilibus. Sed pace Iamblici, dicimus quod si Alexander acceperit ueluti unam diuisionem contrariorum, quæ sit coordinata, cum his quæ diuiduntur, & oĩno commune differens, certe absurdum est, sed si acceperit eam ueluti cuiusdam communitatis existẽtis in subsistentia, qua oĩa connexa sunt, & post diuisionẽ unita manent, quid absurdi erit? Etenim & Plato genera entis non solum in ipsa incorporea, uel corporea, duntaxat extendit, sed etiam in omnibus recipi uoluit, quorum unũ erat substantia.

Substãtiæ ãt secundæ, dicuntur species, in quibus spẽbus illæ quæ principaliter dicuntur substantiæ, insunt. Et hæ, atque harum specierum genera, ut aliquis homo in specie est in homine. Genus uero speciei animal est. Secundæ igitur substantiæ dicuntur, ut est homo, atque animal.

Cum diuisisset substãtias in primas, & secundas, et quũ de primis dixisset, deinceps subdit de secundis, quas distinguit in gñibus, & spẽbus, in spẽbus qdẽ ueluti in his q̃ cõtinẽt, indiuidua, in gñibus uerò ut in his quæ continent spẽs, quę diligenter, & exacte adiecit, ne cũ genera & species multipliciter dicantur, ad alia significata referamus ipsa. Etenim Porphyrius, in ipsa introductione, multa significata generis, & speciei numerauit, recensuitq;, quorũ unum est, quo dixit speciem e[...]id quod est indiuiduorũ contentiuum, & genus id quod est talium specierum contentiuum. Cum uero in alijs etiam prædicamentis, sint genera & species, ne putemus illa genera, & species, secundas substantias esse, tuto & firmiter dixit, quod illa dicuntur species, & gña, harũ specierum, in quibus sunt substantiæ indiuiduales, quod quidem etiam manifestum per exẽpla fecit. Exemplum autem speciei est hoc, homo, in quo aliquis homo est, & hominis est animal, in quo homo, & aliquis homo continetur. Sed si homine sublato, indiuidui homines tolluntur, & animali sublato, demitur de medio homo, & non econuerso. Equidem prima illa esse natura dicimus, quibus sublatis alia tolluntur, & aliis demptis, ipsa non auferuntur, quomodo ergo substantię indiuiduales, primę substantię dicuntur, & secundæ species, & tertię genera. Etenim in sequentibus, dicet species esse magis substantias, quam genera. Nisi ipsę species dicantur secundæ substantię, quatenus sunt, uelut partes q̃ cõplent substantias indiuiduales, & partes toto sunt posteriores, atq; ueluti in indiuiduo actu facte, quũ prius secũdum se in potentia essent. Vnde illud quod est actu, est prius, & illud quod est potentia, est posterius, porrò ratio quæ fit, ex eo quod sublato homine tolluntur indiuidui homines, & nõ sublatis indiuiduis, tollitur homo, recte, & diligenter non agebatur, quia una substantia indiuidua, ut Socra. non est tota prima substantia, sed omnes qui sub homine continẽtur, quo circa ẽt unusquisq; est prima substãtia, & sublatis nibus indiuiduis, tollit̃ etiã homo uñis, q̃uis intelligant̃ q̃dam cõmunia ex ipsis indiuiduis, quoties nos diuidimus semper commune in differentibus secundum aliqua. Nam Socra. & Dion etsi pluribus proprietatibus inter se distẽt, tamen est una quædam substantia indifferens, secundum quam commune quoddam in ipsis contemplamur, quæ etiam intelligitur, & consideratur: circa singularia, & in particularibus. Item singularia sunt causa, cur communia sint: Nam hæc eo quod aliqua sunt, prius existunt, cõmunia uero adueniunt, quæ sane non intelliguntur esse aliqua, sed talia, unde si singularia demerentur, neq; commune esset. Nam hoc habet naturam complẽdi indiuiduales, substantias. Item dicimus prędicamenta esse de dictionibus significantibus, significatiue autem dictiones, primò feruntur in ipsa indiuidua. Nam his primis secundum sensum occurrimus, & deinde descendimus in species, & genera, à sensu ad intellectum pedem conferentes. Item si prorsus non accipimus species, & genera per seipsa, & seorsum, sed in ipsis indiuiduis, iuxta consuetudinem Peripateticam, quomodo hæc cũ sint partes substantiarum indiuidualium, non erunt secunda quo ad rationem substantiæ, quandoquidem sint etiam substantiæ secundum hoc, quia partes substantiarum sunt? Et cum non subsistant per seipsas, neque sint prorsus substantiæ? Veruntamen Alexan. non cogeretur ad afferendum talia responsa, qui uult substantias indiuiduales esse natura priores communibus. nã inquit non existẽtibus indiuiduis, nihil aliorum esse potest q̃d tñ dictum non recte putat. nam etsi cõmunis substãtia habeat esse cum indiuiduis, tamen per seipsa existens, confert ad substantiam subiectum. Sed dicẽdum est melius quod uniuersale per se ipsum substantiam principalissimã hñs, seipsum impertit, etiam singularibus, & ita uniuersale est principale magis, ac prius indiuiduis, secundum naturæ rationem. Sed commune inquit non potest esse sine indiuiduo, at indiuiduum potest esse sine commune, ceu sol, luna, & mundus. Ad quod dicendum est, quod per alium euentum, & occasionem hoc factũ est, quod unumquodq; horum semel acceperit materiam, & formam, attamen sic eorum ratio instituta est. quod si multi possent eandem formam recipere, unumquodque dictorum seipsum largiretur multitudini ac seipsum in multitudinem extenderet. Sunt autem prorsus substantiæ secundę, etsi per seipsas non subsistant, quandoquidem solæ, inter alia prædicata substantiam significent. Nam omnia prædicamenta accidentiũ, aliena sunt, à substantiali significatione, cum non significene

cent hoc aliquid, sed accidens. At substantiæ secundæ, cũ de subiectis primis substantijs dicantur, substantiam subiectorum significant. Nam si quis assignet Socratem quid sit, speciem, & genus assignando, & dicendo hominem, & animal, conuenientius assignabit, & Socratem notiorem faciet, sed si quis aliquod nouem prædicamentorum assignauerit, ut album, uel tricubitum, certe ia assignabit id quod est magis alienum à Socrate: quandoquidem id quod est per accidens, & non quid est, indicat. Item secundæ substantiæ primis substantijs, similes sunt. Nam ut illæ omnibus alijs subijciuntur, ita & secundæ ad omnia alia se habent. Nam de ipsis omnia alia dicuntur, denominatiue, ut grammaticus non solum aliquis homo est, sed etiã homo, uel æquiuoce, ut album, quippe non solum album fit corpus, sed etiam corpus simpliciter sic appellatur, ob id ergo sine aduersione, & ipsæ substantiæ, quamuis secundæ appellatæ sint

Manifestum autem est, ex his quæ dicta sunt, quod eorum quæ dicuntur de subiecto, necesse est nomen, & rationem de subiecto prædicari, ut homo de subiecto aliquo homine prædicatur. Et prædicatur quidem nomen. Nam hominem, de aliquo homine prædicari dices. Ratio quoque hominis, de subiecto aliquo homine prædicabitur. Quidã. n. homo et hõ est, & animal quare nomen, et ratio de subiecto prædicabitur. At eorum quæ sunt in subiecto, in pluribus quidem, nec nomen de subiecto, nec ratio prædicabitur. In aliquibus autẽ nomen quidem nihil prohibet prædicari, aliquãdo de subiecto, rationem uero impossibile est prædicari: ut album cum in subiecto sit, ut in corpore, prædicatur de subiecto: nam dicitur corpus album, sed ratio albi, nunquàm de corpore prædicabitur. Alia autẽ omnia, aut de subiectis dicuntur principalibus substantijs, aut in eisdem subiectis sunt, Quod quidem manifestum est in singulis, quæ proponentur, ut animal de homine prædicatur: igitur, & de aliquo homine prædicabitur: nam si de nullo aliquorum hominum, neque omnino de homine. Rursus color est in corpore, ergo & in aliquo corpore: nam si non in aliquo singulorum, neq; prorsus in corpore, quare omnia alia, aut de subiectis principalibus substantijs, dicuntur, aut in subiectis eisdem sunt. ergo non existentibus primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum esse.

Mirum est, quomodo dicit ea quæ nunc describuntur, manifesta esse, ex dictis. Nam quõ si secũdę substãtię sunt spẽs, & genera ex hoc p̃spicuum est, q͛d aliquo de subiecto uniuoce pr̃ędicantur. & quædã æquiuoce quæ sunt in subiecto, quam his quæ nunc dicuntur, opportunitatem præstant hæc quæ diximus? Forsitan sermonem refert, ad ea quæ ante hæc dicebantur: in quibus dixit, quando alterum de altero prędicatur, ceu de subiecto &c. Nam in his prædicatio uniuoca fit, uel etiam à diuisione primarum, & secundarum substantiarum, hoc demonstratur. Nam si commune utrisque substantijs est hoc, scilicet in subiecto non esse, alijs erit proprium de subiecto prædicari, & alija non de subiecto prædicari. Erant autem secundę substantiæ, genera, & species. quæ prædicantur de his quæ sunt sub ipsis, uniuoce & uniuocorum nomen, & ratio de subiecto prædicatur, sed eorum quæ sunt in subiecto, nec nomen, nec ratio dicitur de subiecto. Nam nulla substantia est in subiecto, neque ea quæ sunt in subiecto, sunt substantię, neq; partes substantiæ completiuę. igitur, neque ratio illius quod est in subiecto, dicetur de subiecto, ceu neq; scientia dicitur esse anima, sed denominatiue scientia prædicatur de anima, neque ratio scientiæ de eadẽ dicitur. Non enim anima est habitus, contemplatiuus. Item neque color de corpore, nec ratio eius de illo dicitur quare ex dictis manifesta sunt hęc. Cæterum assignaturus causam, cur indiuidua sint primæ substantiæ, cum omnia, uel de eisdẽ subiectis dicãtur, uel in eisdẽ sint, & facturus defensionem & confirmationem, cur substantiæ secundæ non sine ratione sunt substantiæ, q͞a significant primas substantias, de quibus etiam dicuntur, proinde nos per hæc reducit ad memoriam, quomodo de subiecto dicantur. Nã ob id opus ipsi fuit uniuocatione, quia substantiæ secundę prædicantur de subiecto, & ęquiuocatione, ac denominatione, quia accidentia sunt in subiecto, nam hęc secundum rationem, nunquam substantijs competerent. Non enim aliquis diceret ꝙ corpus est color disgregatiuus aspectus, uisusq;, ꝗuis album denominet corpus. Equidem plura dicũtur denominatiue à talibus, ceu à grammatica grammaticus. Hanc igiẽ opportunitatẽ, hęc quę nunc reassumũtur exhibẽt, deinceps autẽ talia adijcit. Alia aũt oĩa, aut de subiectis dñr primis substantijs, aut in eisdẽ subiectis sunt. Hoc aũt patet, ex singulis quæ prius tractata sunt, cum dicit quædã sunt primæ, & quædã secunde substantie, uideẽ per id, quod p̃spicuũ est, afferre ea quæ competunt primis substantijs. Nam rursus dicit, quod primę substantiæ. sunt scabella his quæ per se dicuntur, ceu sunt secundæ substantiæ, atq; his quæ sunt in illis, ceu sunt accidentia.

Dubitationẽ deinde soluit, hic de primis substantijs, nã si substãtiæ primę, nec in subiecto sunt, nec de aliquo subiecto dñr, dubitaret aliquis nunquid ipse oĩno sint Nam unde habent ut sint? Hoc autem soluendo dicit, quod non solum ipsę à seipsis habent esse, sed etiam alijs omnibus prębent subsistentiam. Nam quę de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt, à subiecto trahunt esse. Hæc autem cum probet speciem habere esse in indiuiduis substantijs, ueluti notius & clarũ omisit, ceu homo est in particularibus hominibus genus, autem quãquam de specie maxime p̃dicetẽ, nihilominus ostendit, hoc habere esse in indiuiduis, substantijs, sicut id q͛d uideẽ magis remotũ, ac simul ut id quod alterum esse, una ostenditur. Est aũt demõstratio talis, nã si de nullo aliquorũ hoĩum dr̃, nec de hoĩe simpliciter dicitur, uelut uolatile si de nulla particulari aq͞la dicitur, nec simpliciter de aq͞la dicitur, porro spẽs per subãm indiuidualem subijcitur generi. Similr̃ quoq; in subiecto est primo in indiuiduo, deinde per indiuiduum inest speciei, ceu grammatica primo Aristarcho aduenit, deinde p̱ illum homini etiam inest, igitur substantia indiuidualis est causa, cur alia sint. s. cur sint ea quæ dñt de subiecto, et quę sunt in subiecto. Porro quum dicimus alia esse in primis subiectis substantijs, ceu quantum, quale, ad aliquid, & reliqua talia, esse etiam atq; inesse intelligendum est, qualia sunt prima, sed non passiuas species, & affectiones, ceu albedinem, & caliditatem. Nam species passiue, & affectiones, atq; cætera alia, de eadẽ specie qualitatis, nomine & rõne uerificanẽ. Vnde hi qui cignũ album esse, uere dicunt, assignant quoq; illum esse album, quia albedinẽ habet. ratio autem hęc est albi, quod afficitur. s. illius qui albus fit. Nam tale iam fit pars speciei. quemadmodum igitur species, & forma est pars subiecti. ita etiam id quod cõfert ad formam, & speciem erit pars, ratio igitur quæ huius est, uera fit de subiecto. ob id igitur specierum afficientium de specie. s. qualitatis passiue, & eorum quę simpliciter dñr diuersus est p̃dicandi modus. Postremo ambigũt, quod si sectio substantie uelut generis facta est in substantias primas & secundas, & ipse assignatæ sunt ergo p̃termissa est illa generalis, & cõis substãtia, q̃ in his diuidebatur. Nisi & ipsa communis dicatur, atque intelligatẽ; sub eo, quo substantia dicitur non esse in subiecto. Nã hoc est proprium omni substantie, propter quod ipsa subijcitur, & determinatur, quare omnis substantia per hoc. scilicet non esse in subiecto determinatur, & diffinitur, propriũ autem substantię secundæ ultra illud commune, est hoc, scilicet de subiecto dici, proprium uero primæ ultra cõmune, est hoc, non dici de subiecto, quare omnium substãtiarum tradita fuit assignatio. Sed ulterius dubitant, quia omnis sectio generis in species fit, at prima substantia nõ est species, quippe quæ fit una numero, & species fit plura numero. Solutio autẽ huius est quod hoc ipsum,


scilicet esse unam numero, est cõis ratio sed proprium speciei est non esse in subiecto, & dici de subiecto, ut igitur est eõis ratio cõiter q; inest sed id cui solum accedit hæc ratio non est species. Nam est unum numero tale. Item dubitant, quia diuisio sit in ipsa inequalia, quod sane alienum est a diuisione, in species. Nisi quod neque hoc uerũ est. nã usia, & idiuidua æqualẽt, et unũ ad alterius eẽ uicissim facit, uerũ substantiæ indiuiduales inueniunt ſm propriei cates indiuiduales rerum, secundæ autem substantię ſm cõmunea rationes substantiales, quæ in sensibilibus spectantur, & considerantur. Ultimo neq; hoc pretermittendũ est, quia in Verbis Arist. accidit, quod duabus uicibus eadem sententia scripta sit. At Arist. in suis uerbis, nil superfluum ponit. Sed forsitan alia litera extra contextũ, ut in margine erat, quam scriptores in ipsa membrana, & cõtextu, simul cum alia scripserunt. Et est ea sententia, quę ul timo cõtextus loco fere repetit, cũ dicit. quare oia alia de subiectis primis substãtiis, dñr, uel in eisdẽ subiectis sunt, postq̃ subiungit, quare nõ existentibus primis substantijs, ĩpossibile est aliqd aliorũ esse, sed ad cętera pficiscẽdũ est.

Secundarũ uerò substantiarũ, magis substantia est species q̃ genus, propinquior.n.est primæ substantiæ. Si quis.n. assignet primã substantiã quid sit, euidentius, & conuenientius, assignabit, spẽm pferẽs, q̃ genus. Vt quedã hoiem manifestius assignabit, hoiem q̃ animal assignãdo. Illud n. ppriũ est magis alicuius hominis: hoc aũt cõius. et cum aliquã arborẽ reddideris, manifestius assignabit eũ arborẽ reddideris q̃ plantã. Amplius principales substantiæ eo qd alijs omnibus subiectæ sunt, & alia omnia, aut de his predicãtur, aut in sis sunt, iõ maximè dicũtur substãtiæ primæ, sicut autẽ prinsipales substantiæ ad alia omnia se habent, sic & species ad genus se habet. subiacet enim species generi, genera enim de speciebus prædicantur, species autem de generibus non conuertuntur: quare & ex his species magis generis substantia est. Ipsarum uero specierum, quandocunq; non sunt genera, nihil magis alterum altero substãtia est: nihil enim familiarius assinabis de aliquo homine hominem assignãs, quã de aliquo equo equũ. Similiter aũt & principaliũ substãtiarũ, nihil magis alterũ altero substantia est, nihil.n. magis aliquis homo substantia est, quàm aliquis bos. merito igitur post principales substantias sola aliorum species, & genera dicuntur esse secunde substantiæ. Eorum enim quæ prædicantur, principalem substantiam sola hæc indicant, aliquem enim hominẽ si quis assignauerit, quid sit si speciem protulerit, conuenientius assignabit quàm si genus, & manifestius faciet assignando hominẽ, quàm animal. Aliorum uerò quicquid assignauerit quilibet, assignabit extraneus, uelut album, aut currit, aut quæcunq;

taliũ reddens. ergo meritò hæ solæ secũdæ substantiæ dĩr. Amplius principales substantiæ, eo quod alijs omnibus subiaceant & alia omnia de his prædicẽtur, usl in sis sint, iccirco propriè substantiæ dicuntur, sicut autem primæ substantiæ ad alia omnia se habent, ita principalium substantiarum genera, & species, ad omnia reliqua sese habent, de his enim omnia reliqua prædicãtur. Aliquem enim hominẽ dicis grãmaticũ esse ergo et hoiem, & animal, & grammaticũ dicit similiter aũt et in alijs.

Qm̃ speciem, & genus, cõiter secundas substãtias appellauit, prorsus inquirendũ erat. si ambæ similiter essent substantiæ, & si ã prima similiter distent. Ad hanc igitur quæstionem rñdendo, inquit, quod non æqualiter sunt secundæ substantiæ, sed magis substantia est species quam genus & hoc ostendit duabus demonstrationibus, altera ex habitudine utriusq; ad genus indiuiduũ, & proprium ipsorum, alia uero ex proportione, quarum alia ex habitudine sic in syllo conficitur Species est propinquior primę subæ, quod est, propinquius primæ subæ est magis substãtia, ergo species est magis substantia quã genus. quod aũt species sit ppinquior substãtiæ indiuiduali ostendit, eo qd cõuenientior est assignatio indiuidui, per speciem quam genus. Nam assignantes Socratem, longe conuenientius, & notius assignaremus si hominem diceremus illum esse.

Species Propinquus primæ substãtiæ Magis substãtia




& remotius si aial. At illud qd est conueniẽtius, magisq; affine, pximius est. Alia aũt demõstratio, ex proportione sic pcedit, si ut priæ subę ad alia se hñt, ita et spẽs ad gen9 se habet pfecto spẽs erit magis suba, quã genus. Qd uero hæc ita se hẽant mutuo, ceu &c illa se habent, ondit, eo qd spẽs subijcit gñi, ut substan tia prima subijcitur alijs. Deductionem rationis aũt ostendit ex hoc, quia substãtia eo habet ut sit substantia, quod alijs subijcitur, & omnia alia in ea sunt, sic ergo formetur figura.

Vt primę substãtię ad alia se habent, ita species se habent ad genus.

Ascensus & q̃ sunt pximiora primæ substãtiæ sunt magis substantiæ

Atqui spẽs subijciẽ generi, & ita se habet ad genus ut primæ substantie ad speciem

Verũtñ ipsarũ spẽrum, q̃ nõ sunt subalternę, ac gña, altera non est magis, suba quã altera, q̃q̃ una excedat aliã dignitatẽ, & alia sit imperfectior. Nã nemo cõuenientius, peculiarieq; magis, assignabit, si de aliquo hoie, hoiem assignauerit, quã si de aliquo equo equũ attulerit, affirmaueritq;, sic ẽt se hẽt hoc in primis substãtijs. non n. quia Socrates Bucephalo æquo pstantior est ob id Socrates magis substantia diceretur Bucephalo equo. Sed quibusdam



detur, qd ordo sermonis hoc in loco nõ recte se habeat. nam inquiunt potuisse prius dicere cãm cur secũdæ substãtię sunt substantię, & ita facere cõparationem ipsarum inter se. Sed dicẽdũ est, quod Arist. habuit hoc euidenter prius acceptũ, ex diuisiõe eorũ q̃ dñr de subiecto, & eorũ q̃ nõ dñe de subiecto atq; ex eo quo ostendum ẽ principalissimã subam, nec de subiecto dici, nec i subiecto esse. Nã ex hoc cõcludiẽ substãtias secundas esse illas, q̃ de subiecto dicuntur,

dicuntur, & non sunt in subiecto. Item hoc etiam unà de ordine dubitari solet, quia consequens erat ostendere, quod prima substantia non erat magis, nec minus substãtia, & deinde hoc modo de speciebus ostendere magis, nec minus. Sed ad hoc, eadem responsio afferenda est, quia iam prius accepit primam substantiam non esse magis uel minus substantiam, quando ipsam primo, maxime, et principalissime substantiam esse asseruit, nam omnia talia definita sunt, & non habent illam infinitatem, quæ in his, scilicet magis & minus continetur. nam magis & minus sine termino procedunt. At hoc, maxime stat secundum excessum, & in summo gradu pedem figit. Sed cur nouẽ prædicamenta accidentium, secundæ substantiæ non erunt quandoquidem prædicentur de primis substãtijs. Nisi quod ipsæ secundæ substantiæ, non sunt accidentia, quia insunt indiuiduis substantijs, & de ipsis prædicantur. Vel non omnia prædicata de substantijs erunt secundæ substãtiæ, sed illa sola, quæcunq; prædicãtur in quid qualia sunt genera, & species. Item cur dixit magis propriũ est alicuius hominis ut homo q̃ aial? Non enim proprium Socrati est homo, sed species. Nisi quod hic proprium proprie non sumitur, sed quemadmodum dicimus minus graue leue esse sic minus commune, appellauimus proprium.

Item nulla substantia est magis, & minus ut dicet ipse procedendo in sequentibus, quomodo ergo species est magis substantia, quàm genus? Nisi quod non quatenus substantiæ sunt, accipiunt magis, & minus, sed iuxta distãtiam earum à substantia sensibili. Sed adhuc mihi uidetur manere dubitatio. Nam substantia sensibilis est maxime substantia, & in alijs prædicamentis, in quibus magis & minus sunt ceu, in qualitate, magis & minus considerãtur secundum distantiã, ad id q maxime est, nam .i. magis albũ, quod magis approximatur illi, quod est maxime. Cum ergo nec ibi quatenus qualia magis & minus hñt, nam similiter qualia sunt, quid ergo dicit Aristo. qualitatem suscipere magis, & minus, & non substantiam. Nisi forsitan substantia non dicitur suscipere magis & minus, eo quod alia sit magis substantia, alia minus, & alia maxime, quamuis sit eadem substãtia specierum, sed unaquæq; species non suscipit magis & minus, neq; .n. genus magis substantia est, quam aliud genus nec una species, quã alia nec indiuiduum quàm aliud indiuiduum, attamen in qualitate (ut in speciebus) ipsius magis & minus consideratur, nam album est magis, & minus albũ quàm aliud. Hunc in modum ergo Porphyrius, & Iamblicus soluunt dubitationes. Verum ut Alexãder exponit interpretaturq; indiuiduam substantiam, cupiens primum mouentem ea ponere, & sub ea collocare, dubitationes euadunt difficiliores. Nam quomodo id quod erit ꝓpinquius substantiæ sensibili, erit magis substantia? Item q̃ uo substantiæ intellectuales, cum eisdem sensibilibus una ordinantur? Sed Alexandri pace, absurdum est quod indiuiduum, q aliter in ipsis intellectualibus dicitur. Aristote. acceperit aliter quam sit, & usus esset sola æquiuocatione. Item non recte id quod est notũ in substantijs materialibus .s. non in subiecto esse, immaterialibus substantijs attribuit. Nam certe patet quod aliter materiales designamus, quandoquidem eas aliquid habere in subiecto dicimus, & aliter immateriales, eo quod illas asserimus nihil habere. ut alterũ in altero. Adhuc studio nititur afferre habitudinem substantiæ primæ motricis ad substantias compositas, ne inferior habeatur substantia primo mouens, his substantijs compositis. Nam inquit ea substantia maxime substantia est, quæ est causa substantiarum, habentium aliqua in subiecto.

Sed hoc non ita se habet, quippe nullo modo substantia intellectualis, & primo motrix accipit hoc .s. maxime substantiam esse, ab habitudine suijpsius ad composita, & materialia, immo contrarium ex eo, quia seperata est ab omnibus, dicitur maxime substantia. Architas autem Pythagoricus, hanc diuisionem nunc propositam substantiarum non admittit, sed aliam loco eius approbat, dicẽs. Substantiæ enim sunt differẽtiæ tres, alia nãq; est materia, alia forma, & alia id quod utrisque his constat. Hæc autem diuisio facta est secundum rationem substantiæ, & in omnibus se extendit, & Architas utitur diuisione substantiarũ sm naturam, sed non uelut est diuisio Aristo. quæ soli consuetudini significationum heret, quod quidem etiam Aristo. testatur in suis uoluminibus, quæ exactissime diligentissimeq; conscripsit, in quibus illa diuisione utitur, ut in libro de naturali auscultatione, & in metaphysica. Atqui nullus Pythagoricus admitteret hanc diuisionem primarum substantiarum, & secũdarum quia testantur illud primo inesse uniuersalibus, & illud extremũ in particularibus derelinquunt, atq; quis primam & proprijssimam substantiam in simplicissimis reponunt, & non sicut dicitur nunc, q primæ & proprijssimæ substantiæ sunt sensibiles & compositæ, tertio quia genera & species putant entia esse, & non quædam summatim collecta, in notionibus separatis conceptibusue abstractis. Quomodo igitur Arist. cum nouisset diuisionem substantiæ, quam Architas tradidit, nunc ea non usus est? Nisi quia tractationi, ac facultati logices, hæc diuisio erit magis propria. Nam cum simplicium uocum, quæ subiecta & prædicata sunt, in hoc libro assignationem efficiat, ac merito in substantia quam dixit omnibus subijci, genus & speciem aliquod prædicatum inueniat, in easdem substantias diuisionem fecit.

Commune autem omnis substãtiæ est in subiecto non esse, prima quidem enim substantia: neque in subiecto est, neq; de subiecto aliquo dicitur, secundarũ autem substantiarum, manifestũ quidem & ita, quod nulla est in subiecto, homo enim de subiecto quidem dicitur quodam homine, in subiecto autem non est, non enim in quodã hominẽ, homo est. Eodẽ ãt mõ, & animal de subiecto quidem dicitur quodam homine: non est autem animal, in quodam homine. Adhuc autem eorum, quæ in subiecto, nomen quidem nihil prohibet prædicari, quandoq; de subiecto, rationem autem impossibile est, Secundarum uero substantiarũ, prædicatur, & ratio de subiecto, & nomen, hominis enim rationẽ, de quodam homine prædicabis, & eam quæ animalis similiter. quare non utiq; erit substantia, eorum quæ in subiecto, non enim proprium hoc substantiæ, sed & differentia est eorũ quæ non in subiecto sunt. Gressibile enim, & bipes, de subiecto quidem dicuntur homine, in subiecto autem, non sunt. non enim in homine est bipes, aut gressibile, ratio autem differentiæ prædicabitur de quocunq; utique dicitur differentia. puta si gressibile de homine dicitur, & ratio gressibilis prædicabitur de homine, gressibile enim est homo.

Cum dimisisset, quot & quæ sint substantiæ, deinceps quæ eisdem competunt communia, & propria, afferre proponit, & hoc merito. Nam si potuisset uniuscuiusq; generis diffinitionem tradere, non oporteret eum sollicitum esse, nec curam, studiumq; habere in assignandis his quæ cõpetunt substantijs. Nam ex diffinitione, etiam ea quæ competunt diffinito, & uniuersa natura diffiniti manifestatur. sed quum afferre diffinitionem non esset locus, sed duntaxat descriptionem, & exempla, merito opus fuit considerare, & meditari ea quæ competunt . substantijs, q. s. cõia, & maxime propria sunt, ut ex his uelut ex genere & differentijs, ceu diffinitio quædam uniuscuiusq; generis, traderetur. Sic ergo ista cõis respõsio, de unoquoq; genere, est post diuisionem, ea quæ competunt generi, communia, & propria, tradidit. & primo ea quæ sunt communia, ad alia genere. Iamblicus autem putat Aristo. eo principaliter de unoquoq; genere proprium inquirere, ut quomodocũq; potest diffinitione, naturam quæsiti, ac diffiniti, statuat. Et

quum accidisset ei, quærendo id quod est proprie propriũ quod soli & omni inest ipsum diuisim tangere, & accipiẽdo interdum ea quæ omni, & nõ soli insunt, & interdum soli, & non omni, ob id quæ sortita sunt diuisim proprietatem reprobat dicens. Non est enim hoc proprium substantiæ. s. ueint illud quod maxime proprium ei est, quæ autẽ sunt integra, & proprie propria uelut ea quæ competunt, approbat. Cum ergo Arist. modo inquisitionis procedat, & inquisitionis ueritatem inueniat, primo incidit in his quæ confuse & cõiter dicuntur, & refutans ipsa, sic in calce, uerum inuenit. Hæc igitur pulchre, recteq; dicerentur. Sed forsitan & hoc conuenientius diceretur, quod proposuit communia principaliter, quæ substantia, cum aliis prædicamentis habet ut ex communibus, & propriis, exactior, exploratiorq; fiat quæsiti descriptio. Hoc etiam indicat Architas, qui non solum propria inquirit, sed etiam communia, ad alia prædicamenta exposuit, porro plura descripta sint dicta Architæ, quoniam & diuus Iamblicus, quædam pauca uerba conscripsit, quæ dubitationem afferunt, qui sic inquit. His intellectis, quædam communia simul prædicamentis competunt, quędam uero propria. Dico autem communia, ceu substantias non suscipere magis, & minus Nam fieri non potest, ut homo magis & minus sit homo, neq; deus, neq; planta, similiter cõmune est nullum habere contrarium. Nam homini homo non est contrarius, neq; deo deus, neq; aliis substantiis. Atqui illud per se esse, & non in altero esse, ceu glaucedo, & flauus color inest oculis, substantię propriũ est. Nam omnis substantia per seipsam unum aliquid est, quæ autem simul insunt, & accidentia sunt uel in his sunt substantiis, uel non sine his. Deinde Iamblicus, communia quæ habet quantitas dicens, sic subdit. Equidem plura quantitati accidunt, quæ etiam substantiæ competunt, ceu non suscipere magis, & minus. Similiter dicit communia substantiæ & prædicamento ad aliquid cum recenset communia prædicamenti ad aliquid. Quod uero inest proprium unicuiq; substantię est hoc, ut cum manet una & eadem numero, contrariorũ sit capax, Sic ergo Iamblicus uult Aristote tradere cõmunia, & propria quæ habet substantia, cum aliis prædicamentis Veruntamen Porphyrius inquit, propria uniuscuiusque generis ab Aristotel. esse assignata, & non simpliciter communia, cum aliis prædicamentis, & propria. Et cum tripliciter dicatur proprium, aliud quod omni, & non soli inest, ceu bipes homini, & aliud quod soli, sed non omni, ut grammaticum esse eidem homini: & aliud quod soli, & oĩ qđ est proprie ꝓpriũ, ceu homini risibile. Quę igitur soli nõ insunt, hec cõia subẽ. & aliis gñibus sunt, qñquidẽ oi, & non soli insint. Sed aduertere oportet ad dicta Architæ, qđ hic Arist. nihil quærendo uel dubitando, sed asserendo, cum fiducia scientię, omnia tractat, & procedit per ea quæ sunt sermoni uerbisq; necessarissima. Forsitan ultra quis ambigeret, quomodo fieri posset, ut oĩs substantiæ proprium possit determinari. Nam unicuiq; substantię sua differentia, ac proprietas, traditur diuersa. Nonne alię cõpositis substantiis, & alię simplicibus proprietates tribuẽtur? similiter nonne alia est proprietas earum quę semper mobiles sunt, & alia earum quę uicissim motu participãt? similiter & altera est eorum quæ stant in speciebus, eodem modo, & altera eorum quę mutantur? Idem quoque in ipsis intellectualibus, & sensibilibus euenit. Sed responderi potest quod ubiq; potest determinari quædam proportionalis similitudo. Equidem Aristo. dicit non in subiecto esse, primis, & secundis substantiis cõmmune esse, siue hoc dixerit uelut commune esse, siue ut partẽ proprii, quod substantiæ competit, tradiderit. Quod uero substantiæ competat, in subiecto non esse, de pria subã hoc ostẽdere opus non fuit. Nam per se concederetur non in subiecto esse, ut iam liquet, per eam diuisionem quadruplicem in ante prędicamentis, & in loco quo docuit quid esset substantia principalissima. Atqui de secunda substantia, quod ipsa de subiecto dicatur, & in subiecto sit, ostendit. Et demonstrationum alia quidem est à diuisione. Nam secundæ substantiæ sunt. quæ de subiectis quidem indiuiduis dicuntur, & in subiecto non sunt. Secunda uero demõstratio est, ex eo quia non potest esse aliquis homo, sine homine, si autẽ hoc non erit in subiecto. s. homo in aliquo homine, nulla profecto alia substantia secunda, erit in subiecto: Nam ea quę sunt in subiecto, non conferunt aliquid, ad substantiam subiectorum. Atqui aliquis homo est homo, usiuti ab homine completus, quod si in prima substantia non sunt secundę substantię, ut in subiecto, certe non erunt in aliquo alio ut in subiecto. Nã omnia alia uel in subiectis sunt primis substantiis, uel de subiectis ipsis dicũtur. Item ea quę sunt in subiecto, queunt corrumpi, seruato subiecto in quo sunt, ceu album, sed genera & species corrũpi non possunt, seruatis indiuiduis, de quibus dicuntur, & subiecto corrupto quod est in subiecto, concidit, peritq;, nisi autẽ seruatur corrupto aliquo indiuiduo, mõ aliud, & aliud successiue fiat. Item si species & genera sunt in subiecto, uel erunt in propriis indiuiduis subiectis, uel in aliis, sed nec in propriis possunt esse, (etenim quę sunt in ipsis indiuiduis ueluti in subiecto, non sunt ut in subiecto, sed uelut de subiectis ipsis dicuntur) sed neq; in aliis, qñquidẽ nihil sit subiectum siue substantiis indiuiduis. Item hoc modo Arist. syllogismũ efficit, quæ sunt in subiecto, ęquiuoce prędicantur, sed nulla substantia secunda ęquiuoce, sed uniuoce prędicatur, igitur nulla secunda substantia in subiecto est, sed nec prima est, ergo nulla subã est in subiecto. Item Architæ uerba, idẽ confirmant, quo diuidit substantias in materiam, formã, & cõpositionem. s. quod nulla substantia sit in subiecto. Nam materia quæ est subiectum, & primum subiectum, patet quod non sit in subiecto, sed nec forma est in materia, uelut in subiecto. Nam quo unũ, cũ alio æqualiter cõficit unũ aliqd, alterũ nõ ẽ in altero, ut in subiecto, quare nec forma erit in subiecto. Cõposita uero subã, quæ cõtinet in seipsa formã, & mãm merito non erit in subiecto. Sed quidã ambigũt, qa illud non in subto, ẽ negatiuũ, sed nullũ negatiuũ intellectu complecti põt, quippe negatio sit indeterminata, indefinitaq;, & fieri nõ põt, ut congruat indefinito notitia, cognitioque finita, & terminata. ergo. Nisi illud quod significatur per hanc uocem negatiuam sit aliquo modo definitum, & affirmatiuum: Nam nil aliud dicit non esse in subiecto, nisi quod ipsum quod est. seipso est uel pars completiua talis ẽ, & qđ subiectũ sit. Etenim cõe inest oĩ subẽ, licet aliter mã formę subiiciat, & alr aggregatũ his operationibus, quæ ab eodẽ fiunt. Item si substãtia proprie est, in qua alia sunt, & circa quam alia ac circa quam pati, & in qua est facere, & tali inest competitq; in subiecto non esse, merito ergo substantia dicitur non esse in subiecto. Nã cum sit, per seipsam nõ est in alio, & cũ genus & species sint substantiæ partes, certe ipsa nõ erunt in subiecto. Cęterum illis. s. nec in subiecto esse, nec dici de subiecto, addendum est uelut de alio. Nam quando hominem prædicatũ de Socrate facimus, non uelut lignum album dicimus, sed ut albũ. De his igitur totidem dicta sint. Dubitaret autem aliquis, quõ substantia non erit in subiecto, qñquidẽ mens sit in anima, & aia in corpore & ideę secũdum Platonem in mente. Nisi quod non uelut in subiecto insunt neq; assimilantur participationi accidentium, sed sunt hęc uelut substantia est in altera substantia, quę etiam non insunt, ut aliqua pars in toto, sed uelut actus, & substantia quæ actu est in receptaculo, quod potest recipere ea, atq; in ea natura imperfecta, quæ separata est, ut in naue gubernator, & uniuersaliter uelut utens est in illo, quo utitur, & præsens illi, siue causa quę continua est continuatę secundum alium modum aduenerit, siue fuerit substantia unita, quæ cõtinet in seipsam substantiam multiplicatam, ceu centrum in seipsum complectitur, & comprehendit circulum. Nam secundum hęc omnia, & alia id genus, quispiam potest exponere, substantiarum præsentiam esse in aliis substantiis,

ex quo

ex quo nullum absurdum accidet. Item dicunt, ꝙ nec tempus est in subiecto. Nisi tempus diuidendum sit, uel secundũ ꝙ est mẽsurãs, uel ſm ꝙ mensuratũ, si ergo aliqs acceperit illud ſm qđ est mensuratũ, erit profecto mensura in motu, ut in subiecto, ceu etiã natura est in eo qđ mouetur, si uero acceperit tempus, ut mensurans, ceu animam ut Aristo. inquit, in mensurante erit mensura, sed si aliquis acceperit tempus uelut quoddam per se subsistens, cõstat ꝙ ipsũ sit uelut sub̃a. & sermo de tali tpe. ad aliã philosophiam attinebit. Item si quis diceret, quod neq; locus est in subiecto. R̃ndebimus huic, quod cũ locus ſm philosophiam Arist. sit terminus cõtinentis, in illo erit, & ita erit de numero eorum, quæ sunt in subiecto sed hæc facillime sunt solutionis. Illud uero dubitatione dignum est quõ non in subiecto, & alia quæ substantiæ insunt cõiter, non ut quippiã accidentis ostenduntur. Nam qui sic demonstrant, non afferunt demonstrationem, iuxta cõitatem substantiarum. Ad quod respondent interpretes diligentiores, quod sensibilis substãtia, est quidã concursus materiæ & qualitatum q̃ cum simul omnia connectũtur, efficiũt unam substantiam sensibilem sed unumquodq; diuisim acceptum, aliud est quale, aliud quantum, uel quippiã aliud, porro quod derelictum est, nondum substantiam sensibilẽ effectam præbens, pars erit substantiæ, quod uero adueniet, iã substantiæ confectæ, erit illud in proprio ordine, illorum, q̃ extrinsecus adueniunt, & non erit occultans substãtiam dictam. Item unũquodq; concurrentium, non est substantia, sed totũ quod omnibus cõstat, substantia est. Rursus neq; grauiter ferendum, seu aspernandũ est, si substantiam sensibilem, ex non substantijs facimus. Nam neq; totum uerum, erat substantia, sed uerã imitatur, quæ sine alijs circa seipsam habet ens, & aliæ similiter quæ ex ipsa prodeunt, quia uere erat, sed in sensibili, & composita substantia ens, quod adijcitur ei sterile, nec sufficiens, quia neq; ex ea quæ ex illo fiunt, sufficientia sunt, umbrat atq; adũbrat substantiam ipsam quæ est, ut pictura animalis & umbra, quo circa necessario accidit, non omnia inesse ipsis rebus quæ fiunt, nec nos posse cum accipimus ea quę ipsis insunt, semper complecti ea, q̃ ipsis insunt, ſm substantiam. Item cur ex non proprijs substantiæ, ipsam describit, & designat. Respondebimus hoc factum fuisse, ut cognoscamus quæ non sunt substantiæ. Nam ea, non erũt substantiæ, quibus non inerit hoc. s. non esse in subiecto. Ad cognoscendum itaq; q̃ sint substantiæ, utile est, ac sufficit ex cõibus ipsam describere, tamen non statim sciemus quid sit substantia, sed alia opus est doctrina. Nisi forsitan etiam hoc ipsum. s. in subiecto non esse, sed per se esse, sit propriũ sub̃ę. Nam etsi cõe hoc sit eidẽ, pp̃ diam. tñ & dña quatenus substantialis, habet hoc. Iccirco & Architas inter cõia hoc. s. per se esse posuit, sed nõ illud. s. nõ alteri simul inesse, ceu glaucedo, & bonus color oculis inest, sed ipsum in aliquo non esse, uocat proprium substantiæ, q̃m etiam differentiæ hoc competit, ut differentia substãtia est. Sed quia occasio, ac tempus deinceps est, ut extendamus cõitatem. s. hanc non in subiecto esse, etiam ad differentias, primo operæpretium est determinare quæstionem de ordine. Nam quidam dicunt ante sermonẽ de differentijs, ordinari prius oportuisse. quid de partibus substantiarum dicendum sit porro subiunget.

Non turbent autem nos partes substantiarum, tanquam in subiectis totis sint, ne forte cogamur, non substantias dicere, ipsas esse. non enim itaq; in subiecto dicebantur, quæ ut partes insunt in aliquo. Inest autem substantijs, & differentijs, omnia uniuoce ab ipsis dici. Omnes enim quæ ab his prædicationes, uel de indiuiduis prædicantur, uel de speciebus. A prima enim substãtia, nulla est prædicatio (de nullo enim subiecto dicitur.) Secundarum uero substantiarũ, species quidẽ de indiuiduo prædicatur. Genus autem & de specie, & de indiuiduo. Similiter autẽ, & differentiæ de speciebus & indiuiduis prædicantur, rationẽ autem suscipiunt primæ substantiæ, specierum, & generum, & species generis, quæcũq; enim de prædicato dicuntur, omnia et de subiecto dicentur. Similiter autem, & differentiarum rationem suscipiunt species, & indiuidua. uniuoca enim erant, quorum nomen commune, & ratio eadem. Itaq; omnia quæ à substantijs, & differentijs, uniuoce dicuntur.

Q̃n igitur dicimus, nullam substantiam esse in subiecto ne putentur partes in subiecto esse, & ob id ipsæ non esse, substantiæ, hęc subiunxit. Nam in subiecto dicimus ea esse, quæ non sunt uelut partes in aliquo, sed quæ non sunt uelut partes, quare partes sub̃arũ (in toto cum sint, & unaquęq; in illo cuius est pars,) igitur non erunt in aliquo subiecto. Hęc igitur ut quibusdã uidetur, ordinari prius oportebat, quandoquidẽ soluant quandam dubitationem, quę affertur de substantijs. & deinde sic subiungere, quod non solum non esse in subiecto competit substantijs, sed etiam alijs, ut differentijs, & ꝙ secundarũ substantiarũ species p̃dicatur de indiuiduo, & genus de specie. Atqui talis ordinis transpositio, interpretibus diligentioribus non placet, arridetq;: sed ordinem Aristo. magis approbant Nam cum etiam secundæ substantiæ, & differentiæ uideantur ut partes, complere indiuiduas substantias, oportebat post secundas substantias statim de differẽtijs dicere, & sic cõe tũc, quod secundis substantijs, & differentijs competit, ponere, quod quidem tutũ dico esse, hoc. s. eas non putare cum sint uelut partes substantiarũ, esse in totis, uelut in subiectis suis. Nã hic ordo est magis cõsequẽs, & cõsentaneus, si quidem inter sermonem de substantijs secundis, & sermonem de differentijs, sermo de partibus insertus, continuationem fregisset, ac interpollasset, ordo igitur recte se habet. Cum ergo dixit substantiæ cõe esse, hoc. s. in subiecto nõ esse, hoc ipsum cõe etiã differentijs cõgruere, inuenit, & ob id putat merito hoc non esse proprium substantiæ. Proinde primo dicendũ est, quid sit. Etenim quibusdam uidetur differentia esse, id quod suapte natura potest ea separare, quæ sub eodem genere collocantur, & sane cõstat, quod ut se habet ad genus suum, ita distinctio & diuisio assignatur. Atqui Boethius dicit differentiam proprie cum specie ordinari, & non cum genere, eo quod sæpe differentiæ pro specie assumunẽ. & uniuersæ simul de genere dicerentur, & unaquęq; seorsum accepta de omnibus quę sunt sub ipsa dicetur, sed de genere nequaquam, immo nec est uniuscuiusq; generis formatrix. Verum differt à specie, quia differentia est cum genere, & est quædam forma generis, genus autem præest ut subiectum, itaq; differẽtia est pars simplicior substantiæ completiua, sicut etiam genera & species dñt cõpletiua sub̃æ. Nam hoĩem cõplent aĩal, & rõnale, sed animal ut subiectum, cum dña, & rõnale ut simplex qualitas. Rursus si rationale adderetur animali, id quod utrisque constat, erit cõpositum. Verum illud quod apponitur, adiungiturq;, ceu mortale, ut simplex qualitas est, idcirco genera & species ut subiecta secundæ substantiæ dicuntur, differentiæ autem de subiecto dicuntur, tamẽ non sunt substantiæ, quippe quę conferant non ad esse, sed ad tale esse, quæ tamen non sunt accidentia, quia conferũt ad sub̃am eorũ, q̃ specificãt, ob id igiẽ nõ sunt in subiecto. Nam illud est in subiecto, qđ etiã separatur à subiecto, sine eiusdẽ corruptione, dña aũt nõ separaẽ, sine corruptiõe subiecti. Sed quispiã diceret, neq; accidens inseparabile separaẽ sine corruptione subiecti. Verũ etsi hoc non separet, tñ intensio, & remissio eius, in subiecto consideratur, ceu nigredo æthiopi, quæ remittitur cũ ad alia loca accesserit, & lactis albedo, minor est, & maior intensiorq; est illa niuis, similiter idem in alijs accidentibus inseparabilibus euenit, sed in dña magis & minus non est, neq; si ea fuerit in pluribus speciebus, uel indiuiduis, neq; si in uno. Sed Boethi pace, cum talis sit differẽtia que nec est substantia, nec accidens, & hoc est idẽ dictu, nec est id ꝙ nõ est in subiecto, nec in subiecto, quid erit? siquidem oĩa quæ sunt,

uel in subiecto sint, uel non in subiecto igitur necesse est drïam esse qualitatem subalē, cōpletiuã substãtiæ uel qualitatē mediã, inter subam, & qualitatē, q̃ cōitet cōnectat substãtias cũ accidētib⁹, uel accidētia cũ substãtijs. Nac natura.n. imediare nō ꝓcedit ex cōtrarijs in cōtraria, ceu nec ab aïalibus in plãtas, sed quãdã intermediã naturã interserit, eorũ quæ Zoophita à grecis dicũtur, & nos uocamus ancipitē naturã: animalis & plantę, quæ cōnectit utrãq; naturã extremorũ, & cōpletiua est, uel simul uincit & ligat ea inter se, sic igitur hic subiecit mediã drïã, q̃ ꝭm nōnullos ē uelut separata ab utrisq;, et ꝭm alios est uelut utriusq; participans. Sed alia quoq; habetur opinio, eorũ qui aiunt drïam nō solũ cōpletiuã esse substantiæ, sed etiã partem ipsius, que uel ꝭm acceptionē consideratur, qua in subiecto est. uel ut est pars substantię specificę, uel quatenus simul cũ habitudinibus ad subam alterat̃ tãq; ipsa differēter afficiat idipsum subiectũ, in quo est. Totidem igit̃ sunt sectę de differentijs, quorũ contēplatio confert ad uniuersam ꝑdicamentorũ doctrinam. Nam in cunctis prædicamentis, sunt drïæ. Sed quæ sit melior opinio de differentia earũ quas diximus considerandũ est. Nisi longe melior ea sit, quæ tenet differentiam esse quoddã medium inter qualitatē, & substantiam, idcirco cōfert, quale esse & dicitur circa substantiam quale determinare, & nō ut in subiecto est, quo circa inquit Iamblicus, oportet in definitione huius q̃ est in subiecto addere q̃ nihil conferat ad substantiam subiecti. Nã species, & differentia, conferunt ad substantiã subiecti. Nisi forsitã sufficiat hoc diffinitioni adiũctum. s. non ut pars. Nam differentia fit pars sube, ut species est. Equidem oportet drïam contineri à specie, quam complet, porro ab illa fictione (ut ita dicam) subiecti indifferentis ꝭm informitatem prorsus se purgat, & alio modo dicendũ est, q̃d differentia ꝓprie diuidit genus in species, & in ipso diuiso est, atq; iuxta nãm diuisi existit, ceu aïalis quatenus aïal. & subæ quatenus substantia est. Nam specifica drïa est, ꝭm quã genera secantur in spẽs, qua etiam (ceu drïa hominis specifica) aliquis homo nō differt ab aliquo ut Dion & Plato. Alexander aũt ambigit, quod si differentia est qualitas certe in subiecta substantia erit, & nō dicetur de substantia, q̃ est subiectum. Ad quem respondemus, dicentes fieri posse argumentum eius hypotheticũ ex conuersione, scilicet ex destructione consequentis, ad destructionē antecedentis. ceu differentiæ de subiecto dñr & in nullo subiecto sunt, quã manifestum est tales nō esse qualitates, quales putant esse has qui hæc dubitant. Sed hi ultra instant, si de prima & materiali suba, ueluti de suo subiecto differentię dñr, certe, & ipsa differentia erit materialis. Sed rñdemus, quod si materiale illud dicunt, quod cum materia subsistit tanq; habens quandã p se subsistentiam, nullum absurdũ est, ut hoc mō differentię existẽtes, uniuoce prædicentur. Etenim & ipsa species, que cũ materia completiua est substantiæ indiuidualis, habet per seipsam subsistentiam peculiarē, & propriã, & cũ materia cōem, & totũ non est ex materia sola. Quod aũt confert ad substantiam, uniuoce de eadem prædicatur, secunde uero substãtiæ quę dicuntur de subiecto, nō erunt oïno immateriales, quippe quæ in materia sint. Cæterum illas simplices descriptiones, sententiasq̃r de differentijs in qualitate (ceu in rationalitate quę ad genus substantiæ attinet) tũ eas, quæ comprehendunt materiã, uel genus cũ ipsis, tum etiã eas quæ prorsus fatentur naturam ipsarũ esse separatam à specie, refutamus. Nam oẽs hę opiniones à uera sententia de differentijs abhorrent, atq; excidunt. Iamblicus autem non admittit speciem ex pluribus differentijs esse. Nam semper est una ultima differentia, speciei formatrix, cæterę uerũ pręcedentes uelut genera præponuntur. Nisi forsitan oporteat unum esse genus, proximum speciei, & alias differentias plures, quę separent spẽm à pluribus alijs speciebus eiusdem generis. Etenim rationale hominem distinguit, contra irrationalia, & mortale, contra immortalia. Et quispiam forte diceret etiam animal distinguit, contra causas non uiuentes, & animatum contra inanimata, quo pacto pleraque genera sunt differentiæ, sed non econuerso differentiæ sunt genera, siquidem genera significent quid, & differentiæ quale quid. Dubitant quidam quõ inquit differentiam uniuoce prædicari, ceu pedestris nomen & ratio de subiecto prædicatur. Nam nec nomen, nec ratio de subiecto prædicatur. Nam pedestre, unum significat. s. habitum ipsum, ceu peditationem, & alterũ q̃d participat hoc habitu, & afficitur ipso. sed hoc nō est differentia, idcirco quia dicit Aristo. quod nihil facit ad rõnē Atqui nomen peditationis, quæ est differentia, non prædicatur de subiecto. Nam nec dicimus subiectũ esse peditationem, ceu hominem, uel quippiã aliud animal eorũ quæ incedunt, nec rationem peditationis. Neq; enim dicimus subiectum esse quendam habitum, quo hi qui participant, pedestres dicantur, quõ igitur dixit Aristo. nomen, & diffinitionem differẽtię prædicari de subiecto? quare neq; differentia uniuoce diceretur de subiectis, si autem non hoc modo prædicantur, ergo nec de subiecto dicuntur, siquidem quæ uniuoce prædicantur de subiecto, de suis indiuiduis prædicent. Sed in hac dubitatione, qui differentiã cōpletiuam ꝭm esse ponunt, & ratione, ac nomine non uerificari aiunt, uel completiuã rõnis secundum subiectũ, nō tamen rationis diffinitiuæ, hi non conueniunt cum Arist. Nam hic dicit de diffinitiua rõne, qui etiam dixit eodem modo genera, species, & differentias, uniuoce prædicari. Præterea hi aberrant, circa optimam sententiã de differentijs, cum non intelligant substantiale ipsarum. Item absurdo, seorsum diuidũt rõnem ꝭm speciem subiectã, & rõnem diffinitiuã. Nã diffinitiua rõ, indicat q̃d erat esse, et hoc est species igitur nō erit alia ratio ꝭm subiectum & alia secũdum diffinitionem, Verum cã confusionis est, quod aliq̃ accipiunt differentias substantiæ, ut completiuas, & ut partes speciei, qui qñ rõnem diffinitiuã faciunt, non amplius accipiunt drïas ut completiuas, sed uelut consideratas secundum qualitatē, & tũc ratio quæ habituũ est, non competit oïbus subiectis. At si prorsus acciperēt in utroq; modo differentias, ut cōsentaneũ erat. uelut cōpletiuas, prorsus nomē & diffinitiua ratio de subiectis ꝑdicaretur. Hęc igitur Iamblicus, dubitationem soluendo dicit. Sed forsitan adhuc manet dubium, quia non est, neq; potest subiectum uocari nomine perficientis, & complentis, neq; ratio qualitatis, potest competere quali per ipsam, quod si drïa esset simpliciter qualitas, recte diceretur: si autem substantialis qualitas, nec in subiecto est, neque pars substantiæ composite, uel materialis, sed est completiua formæ secundum esse, profecto & species per se est, & dicitur per se, & non oportet eam accipere diffinitionē qualitatis, uel habitus, quę sunt ut differentiæ. Nam differentia non erat hoc, ut accidens q̃d inest, sed substantialis est, & substantiæ completiua, quatenus ipsa est, & dicitur species, quod quidem Iamblicus procedendo etiam admittit, quare merito concluditur non modo secundas substantias de subiectis uniuoce prædicari, sed etiam differentiam. Quid ergo? Num prædicari uniuoce duntaxat secundis substantijs, & differentijs competit, an cæteris omnibus prædicamentis? Etenim in illis quoq; genera, & species, de omnibus indiuidua accidentibus suis, uniuoce prædicantur. Etenim scientia de grammatica uniuoce dicitur, & grammatica de grãmatica Aristarchi. Sed ad hoc dicendum est, quod hoc cōmune est ad alia genera, & species aliorum prædicamẽtorum, sed proprium generum, & specierũ substantiæ est cũ sint genera, & species substantiæ de suis indiuiduis uniuoce prædicari, & quod nihil cōmune est substantiæ, cũ alijs prædicamentis accidentium. Nisi forsitan substantię proprium sit uniuoce prædicari, & hac ratione primo insit generi & speciei substantiæ, à quibus postea communicatur, impartiturq; etiam alijs pręedicamentis, quatenus aliquo modo etiam illa instar substantiæ sint, idcirco etiam in illis fatemur genera & species suis indiuiduis substantialiter inesse, & prædicari, ceu color, & album de aliquo albo prædicatur,

prędicatur, & in aliquo est. Nam ut quędam, substātijs per accidēs, competunt, ita accidentibus substantiarum, hoc substantialiter, cōpetit per accidens. Sed inquiunt, cur nō propria substantię tanquam utilia ad cognitionem substantię accipit, ceu in subiecto nō esse? Nisi quia ad cognitionem substantiæ, confert cognoscere, quod quāuis competat substantie non esse in subiecto, tamen nō competit ipsi soli, & si uideatur maximè competere ipsi.

Omnis autem substantia, uidetur, hoc aliquid significare. In primis quidem substantijs igitur indubitabile est, & uerum, q hoc aliquid significant. indiuiduum enim, & unum numero: q significatur est. in secundis autem substantijs, uidetur quidē figura appellationis hoc aliquid significare, cum dicit hominem, uel animal, non tamen uerum, sed magis quale quid significat, non enim unum est suppositum, sicut prima substantia, sed de multis homo dicitur, & animal, non simpliciter autem quale qd significat, sicut album, nihil enim aliquid significat album, quā quale. Species autem, & genus: circa substantiam quale determinant, qualem enim quādam substantiam significant, ad plus autem genere quid species determinationem faciunt. Qui enim animal dixit plus co[m]prehendit, quam qui hominem.

Cum ostendisset proprium non esse substantię hoc scilicet nō esse in subiecto, sed quod hoc cōmune sit ipsi ad differentiam, nec alia prædicari de ipsa uniuoce. Nam substātię indiuiduę, hoc non cōpetit, profectus est ad descriptionē significationis. Nam propriæ sunt significatiōes in quibusdam prædicamentis, ceu in prædicamento qualitatis tale: & in prædicamēto quātitatis tantūdem, sic etiam in substantia, hoc ipsum uel idipsum. Verum hoc q ostendit, nō omni substantię inest. Nam secūda substantia, non ut hoc ipsum, uel hoc aliquid, sed ut quale quid significat, idcirco quale determinat circa substantiā, attamen ipsi nō conuenit determinatè hoc aliquid, nihil igitur horum ꝓpriè, proprium substantiæ est. Cæterum pulchre dixit, quod uideē omnis substantia hoc aliquid significare, quia aliorum opinionem, & uarietatē consuetudinis profert, & nuntiat, quę sępe consueuit dissimiles res, similibus figuris dictionum significare. Etenim hoc in loco, uerisimilem apparentiā inducit, forte igitur homo, similis est Socrati, & unus numero, quoniam specie est unus. Cum ergo inquirat hanc opinionem, inuenit ipsam concessam, & manifestam, in primis substantijs. Nam hoc aliquid indiuidua substantia est, nō quia simpliciter sie una numero, quandoquidem & quale sit unum numero, atq; omnia alia in nouem prædicamentis, quæcūq; secundum unum determinantur, quæ nō recipiunt significationem, & demōstrationē huius scilicet hoc ipsum, uel hoc aliquid, ſm ꝓpriā ꝓprietatē, sed unū numero substantiale duntaxat, illud hoc mō recipit. Etenī si qs unūquodq; prędicamētorū nouē, hoc aliqd diceret, is certe nō propriā ostensionē qualitatis efficeret, qa illa exprimit tale, sed cōmune quoddā subsistentiæ, & illius q est ꝑ seipsum, quod quidē substantia cæteris omnibus impartitur, & tribuit. Atqui in secundis substantijs, figura dictionis uidetur similiter hoc aliquid significare, ceu in homine & Socrate, tamē non est uerum, sed magis quale quid significat, quia cum multa sint singularia, ipsorum similitudinē, gen⁹ & spēs exhibēt. Verum cum deinceps duo adijciat, aliud q uerū nō sit genus & spēm similr ut substātia indiuidualis hoc aliqd significare, et aliud q genera, & species magis significēt quale qd, primō ꝓbat ꝑ hoc. Nā subiectū nō significat unū, ſm dꝫ ꝓbat. ſ. q significēt quale qd per hoc. Nā hō dicit̄ de plurib⁹, & quando ipm dixerim⁹, nullū certè, ac definite hoiem dicem⁹, sed manifestum. Nā hō nō est magis Socrates, q̄ Plato, uel quispiā ali⁹ hō singularū. Eqdē nō oē q hēe qualēcūq; descriptionē, est iam hoc aliqd, nisi unū fuerit, ee determinatū. Quādo inquā hominē dico, spēm indicare nequeo, qa ipsa ꝑ se non subsistit, sed indiuiduū insinuās, ac demōstrās ut Socratē, tūc dico q tale est hō, quale est Socrates, igit̄ q̄le erit circa substantiam. Verū ne aliqs putet ipsum existimare secūdā substantiā esse qualitatē, ceu albū est, qm̄ dixit etiā illā quale qd significare, et albū circa substātiā est, ꝑꝑ hoc differētiā ipsarū tradit, dicēs, qualitatē substātiarū secūdarū, esse substātialē. Nā hoc est ipm circa substātiā, quale determinate. Verum subintelligendū est genus, & species substātiæ, qa nō ois spēs, neq; oē genus est tale. Nisi forsitā genera, et spēs, etiā in alijs prædicamentis prædicentur in quid, quę qdē exhibeāt substātialē qualitatem, secundum id quo, & illa participāt substātia. Inqt igit̄ secundarū substātiarum qualitatē esse substātialē, & circa substātiā quale determinare idest circūscribere & designare, sed albū ipsum, solū qualitatē indicat, iccirco album sine substātia intelligitur, genus aūt & spēs sine substātia indiuiduali, nequeunt cōsiderari. Item genera & spēs, sunt partes cōpletiuæ substantiæ, sed albū non est. Sed quum etiam differentia generis substantiā determinās specificare uideatur, & designare substantias in quale, quęrēdū est, qūo differentię ab albo, & quo à genere spēbus differāt. Nisi ab albo differāt, qa albū dūtaxat q̄le efficit, at ipsa differētia circa substātiam q̄le efficit q circa pedestre sine substātia intelligi non pōt, ceu albū, etiā qa differētię q̄ten⁹ substātię significāt et sunt similes aliq̄ mō substantie uerū̄ genera et spēs substātiæ sunt, q̄ qdē hn̄t similitudinē quādā cū q̄le, porrò hæc prędicani in qd, est, & differentię in quale quid est. Postremò adiecit etiam, quod prędicatorum secundum communes cationes alia sunt proxima prædicata, ceu species quę uidētur in minus se extendere, alia uerò remotiora, ceu genera quę latiorem ampliorem q; determinationem complectuntur. Sed eorum quæ dicta sunt de substantia, illud nō in subiecto, assumptum est ex ea habitudine, quā habent substantiæ, ad ea quæ fiūt in subiecto, sed illud hoc aliquid significare, à cōsuetudine prędicandi, sed ipsa substātia quędam singularis, tales habitudines recipere, nequaquam potest. Nisi ob id proposuerit diuidere, quomodo unūquodq; prędicatur, & quot modis, iccirco quatenus prędicamentum fit, quo ad hoc ipsorum proprietates affert, atq; eò q uenatur more logico proprietates prædicamentorum, ceu ab ipso dicendi modo. Nam significātium dictionum cōtemplatio non aliter fit, nisi quatenus dicuntur. Quòd uerò ex prædictis concluditur idest quod neq; hoc aliqd dici substantiæ propriū sit. Verūtamen non similiter cū prędictis, hoc aliquid non est propriū substantię, sed hoc scilicet non esse in subiecto, non erat propriū substantiæ, tanquam id q non soli substantię inest, hoc aliqd autem proprium non est, qa non oi substantię inest. Sed qdā dubitāt, qūo aliquem hominē dicimus esse hominem, & animal, atq; rationale, & mortale, si non hæc omnia sunt hæc aliqua. Nisi species ordinatas dicamus esse hoc, aliquid sermo inquā erat de his quæ per se intelliguntur. Sed indiuiduam substantiam secundū quod dicim⁹ esse hoc aliquid? num secundum formam, an secundum materiam, an secundum id quod utrisq; constat? Nisi dicamus secundum omnia, sed secundum materiam quatenus subijcitur, & uenit in actum recipiendo formam, sed secundum Platonē quatenus non à propria natura degenerat neq; egreditur, rursus secundum formam, quatenus determinatur, & fit unū numero. Etenim Boethus, unū determinat, per hoc aliqd. At si quis materiā eò quod indefinita interminataq; sit, dicat nullo pacto hoc aliquid esse, in mentē eius uenire uolumus quod pręsens sermo, non est de materia informi, sed de ea quæ est iam formata, quibusdam habitudinibus ad formam capescendam. Compositum autem, est illud profectò, quod quidem est indiuiduum, & recipit hoc aliqd. At si quis dicat non esse talem differentiam præter hęc scilicet hoc aliquid, & quale quid, sed hæc proprietates esse dictionum significantium, & hoc aliquid esse signum existendi aliqd, & definite determinādi sententiā, et quale quid uelut simile huic significare. Dicemus etiam

ad hoc, ꝙ prius quẽdã certa substantia secũdũ unum differens est, & ꝙ idẽtitas & similitudo rationis, q̃ est in multis substãtijs, præcedit, per quas etiã significatio habet locũ. Nam quis est aliquod definitè, idcirco dicitur definitè & & non econtra. Cæterũ unius accessus qui fit ex his quæ dicuntur ad substantias secũdũ Pythagoricos cõtinet ueritatem quia posuerunt nomina uocabulaq; rebus cõnaturalia, sed secundum eos qui partes orationis aiunt ad placitum significare, aliter procedit, abhorrens, excidẽsq; à principio prędicamentorum, à quo trahunt ortum secundum ueritatem. Postremò quęrendum est secundum eos q̃ speciebus & generibus tribuũt subsistentiã, si talia dicentur esse hęc aliquę. Etenim Crisippus etiam dubitat de ideis, nũ hoc aliquid dicentur, cõplectendum quoq; est, placitum Stoicorum de omni qualitate generali, q̃uo secundũ ipsos casus proferantur, & quomodo non quędam ab ipsis uocantur cõmunia, & q̃uo ob ignorantiam huius non omnẽ substantiam hoc aliquid significare, & ob ignorantiã, ꝙ propter hoc nõ aliquod fit sophisma secũdũ figurã dictionis, ceu si quis est in Athenis, non est in Megaris, Nam homo est nõ aliquis, quippè nõ sit aliquis communis equidẽ ipsum accipiebamus in sermone ueluti quẽdam, & ob id hoc nomen obtinuit hoc uerbum, non aliquis, uocatũ. Idẽ quoq; fit in hoc sophismate, quod ego sum, tu non es, homo autem ego sum, igitur homo tu non es. Etenim in hoc sophismate, ego & tu de indiuiduis dicitur, sed hõ de nullo singulari discrete dicitur. Est ergo deductio, cut nõ aliquo ueluti aliquo usus est, sed de his quidem satis, ad cæteras proficiscendum est.

Inest autem substantijs, & nullum contrariũ ipsis esse primę quidẽ substãtię qd utiq; erit cõtrariũ? uelut cuidã homini, uel cuidã animali, nihil enim est cõtrarium, neq; homini, uel animali aliquid est contrarium, non propriũ aũt substantiæ hoc est, sed et in alijs multis, uelut in quanto, bicubito enim nihil est cõtrarium, neq; ipsis. x. neq; alicui taliũ, nisi quis multum pauco dicat esse contrarium, uel magnum paruo, determinatorũ autem quantorum nulli aliquid est contrarium.

Ad aliud eorum transit, quę communiter etiam alijs cõpetunt, cum inuestiget hoc scilicet suscipere & non suscipere contrarietatem, siquidem substantijs cõpetat non habere aliquod contrarium, & hoc cum ostendat non esse proprium substantiæ, indicat ex eo, quia etiam hoc quantitati competit. Quod autem nihil sit contrariũ substantijs, ostẽdit ex his, contraria semper sub uno genere ordinãtur, substantia autem nullum genus superius se habet, sub quo ordinetur. Item contraria uicissim habent habitudinem mutuam, substantia autẽ est sine habitudine, & non eget habitudinem secundum contrarietatem. Item contraria inter se continuò se remittũt, substãtia aũt per se determinata est. Verũtamẽ Aristo. ex inductione primarũ & secũdarũ substantiarum, probat nihil esse contrarium substantijs, nõ tamen hoc esse proprium substantię putat. Nam hoc etiam commune est quantitati, determinatę. Nam duobus nil est contrarium. Equidem tria non sunt cõtraria duobus. Nam cur magis est is numerus, quã quiuis alius numerus determinatorum numerorum, immo unum uni est contrariũ tantũ, ergo nõ tria, neq; alius numerus definitus opponit duobus, si ergo talia quãta nõ suscipiũt cõtrariũ, ergo hoc nõ erit ꝓpriũ substãtię, siqdẽ soli substãtię nõ insit. Si aũt aliquis diceret, ĩ quãtitate cõtrarietatẽ esse, ponẽs multũ pauco opponi, cõtrariũq; esse, ac magnũ paruo, et ob id hoc esse substãtijs proprium, scilicet nullũ habere cõtrariũ, tanq̃ soli substantię cõpetat, dixerit. Forsitan neq; hęc quanta sunt, sed ad aliquid, uelut demonstrabit in sermone de quãtitate, quare etiã oppositio ipsorum erit quatenus sunt ad aliquid, & non quatenus quanta, sed ipse paulopost docebit differentiã oppositionum. Sed cum nihil ad pręsens intersit, atq; attineat, hęc ueluti dubitata concedit, sed à concesso, & manifesto ipsam cõclusionẽ deducit, dicens ꝙ tale quantũ, non est determinatũ. Nã cuius nec multitudo, nec magnitudo, nec grauitas, determinata est, neq; principium ei⁹ notũ est, in quo propriè est, id certè nõ diceret esse determinatũ, ut magnũ. Nã hoc neq; lõgitudine, nec latitudine, nec numero determinatum est, sed quãdo lineã dixeris, tũc lõgitudinẽ diffinis, et adhuc magis diffinies, si numerum adieceris, & ita fit quãtitas determinata, quæ non habet contrarietatẽ. igitẽ sufficiẽs ĩdiciũ est, à quantitatib⁹ terminatis ꝙ nõ sit propriũ solius substantiæ, nihil habere cõtrariũ. Etenim in uno, & in plurib⁹ eãdẽ cõclusionẽ ostẽdit. Ambigunt quidã, q̃uo non sit cõtrarietas in substantia. Nam quomodo aĩal rationale nõ est cõtrariũ irrationali? Ad ꝙ rñdet Iãblicus, ꝙ differẽtia differẽtię cõtraria est, sed totũ nõ est toti contrariũ, & id quod suscipit contraria, nõ est cõtrariũ. Nã si obtineretur ab uno contrariorũ, nõ posset ad alterius contrarij receptionem rectẽ riteq; pręparari, ceu anima, corpus, uel indiuidua substantia, uel secunda, quæ si per se reciperent contraria, non erũt cõtraria, similiter si aliquis quippiam diuideret in contraria, ueluti animal, neq; hoc modo erit contrarium. Cognosceret etiam aliquis hoc, inquit Iamblicus, ex diffinitione cõtrariorum. Nam determinamus ipsa ac definimus, eò ꝙ plurimum unum distat uicissim ab altero, sic autem se habent circa naturam animalis differentiæ, ut nũc dicitur, sed nõ animal. Sed contra hæc dubitans, non uident hęc intelligere. Etenim in differentijs contrarijs, iuxta cõcessum cõtrarietas est, & totum non est contrarium toti, quia genus est commune contrarijs, porrò album, & nigrum, cum cõtraria sint, aliud est color disgregatiuus uisus, & aliud est color cõgregatiuus, quæ ambo sunt circa eãdem substantiã sui generis, & quãuis plurimũ distiterint inter se, tamẽ sub eodem genere cum sint, habent suã plurimã distantiã, q̃uo ergo recipiens contraris, & diuisum in contraria nõ est cõtrarium? Equidem nihil uetat, quod si recipiens & diuisum non fuerit alterum contrariorum, ꝙ recipit, nec in quod diuiditur, saltem ad aliquid aliud esse contrariũ, porrò ægrũ diuisum est, ĩ id ꝙ uel ſm caliditatẽ, uel ſm frigiditatẽ ęgrũ est, quod tamen contrarium est sano. Item corpus suscipiens sanitatem, & egritudinem, contrarium est incorporeo, & prorsus diuisiones in contraris, & in opposita fiunt, & unumquodq; diuisorum in contraria diuiditur, ut substantia in corpus, & incorporeum, & corpus in animatum & in inanimatum, atq; in sensibile, & in insensibile. Nisi igitur illud sit magis dicendum, quod rationale irrationali non est contrarium. Nam siue irrationale sit negatio rationalis, negatio certè non est contraria, siue habeat uim affirmandi aliquam speciem, indicans diuersam à rationali, neq; hoc modo est irrationale contrarium rationali, à quo deducitur, & ordinatur, immo nec alia species est contraria speciei, sed quum omnes contrarietates circa qualitates, & differentias esse uideantur, iccirco etiam contra dubitantes, quomodo ignem aquæ, & aerem terræ contraria dicit Aristo. facile dicere possumus, quod hæc contraria sunt secundum qualitates, & differentias. Nam dicit Aristoteles, calidum, & siccum, contraria esse humido & frigido, & calidom & humidum, frigido, & sicco. Aliæ autem substantiæ, non habent contrarietatem inter se. Item quomodo dicit in primo physicorum, formam esse contrariam priuationi? Nam si forma est substantia, substantia igitur recipit contrarietatem. At dicere quod Aristotelis consueuit contraria secundum priuationem communius accipere, profectò hæc solutio est eorum qui ęgrę, ac debiliter soluunt dubitationem. Sed uerum hoc modo se habet, quia forma partim est substantia & partim habitus, & hanc contrariam priuationi inquit, sed non ut substantia. Item qui contraria in substantijs ponunt, aliũ modum introducunt contrarietatis, sed hi dupliciter diuiduntur, alij circa substantiam contraria determinant, ut hi q̃ calidum, & frigidum, siccum, & humidum, atq; alias cõtrarias uires, & ỽtutes circa materiã ĩ corpe esse aiũt. Et

patet hos non ſubſtātias cōtrarias, ſed qualitates circa ſubſtantiam cōtrarias eſſe, affirmare, alij autem principia omnino diſtare fatentur, & nihil commune habere, nec ullam habitudinem inter ſe, & per ſe eſſe abſoluè, neq; indigere mutua coordinatione, qui certè ſubſtantias mox contraria ponūt, & cōtrarietatē in ſubſtantia introducunt, & ſi nullum fuerit recipiens contraria, modo alia contraria exiſtāt, & ea quæ nō hñt eſſe commune, ceu Plato de motu & ſtatione ratiocinatur, quæ ambo & utraq; eſſe dicuntur. Itē aiunt ens ad nō ens, & principium ad ultimum, ac bonum ad malum contrarietatem habebit, immenſurabilis ad mēſurā, & infinitatis ad terminum, ſecundū diſtātiā, & remiſſionē prorſus pfectā. Vnde talibus oppoſitionibus diuiſis, in quibus cōtrarieta: ſm ſubſtātiā cōſideratur ipſa aliter ſe habet, quā ut añ has dicebatur. Opinio igitur, qua moti atque perculſi nonnulli, & magnus Plotinus contradicunt Ariſto. talis eſt, qui talibus uerbis utuntur. Equidem nihil eſſe in ſubſtantia contrarium uerisimile eſt, ut ĩ ſingulis ſubſtantijs ſcilicet in indiuidua, in ſpecifica, & generali inductione oſtendat̃, ſed oſtenſum uniuerſaliter nō eſt. Sed contra hoc, unus eſt contradicendi modus, reuocando ad memoriam doctrinam de uniuerſalibus. Nam de generaliſſimis, non poſſumus facere demonſtrationem ex prioribus, ac ex his quæ magis cauſę ſint, ſed neceſſe eſt his qui perfectis diuiſionibus diuidunt oīa, quę ſunt ſub ipſis, conſiderare cōmunitatem ipſorum, ne aliquatenus permutēt aliquid in ſingulis ſpeciebus, & ſi inuenerimus nullā eſſe differentiā in ipſis, tūc accipiamus identitatem generaliſſimi, non ex inductione, ſed ex perfecta diuiſione, igitur & hic ſi diuiderentur omnes ſubſtantię ſufficienter, in primas & ſecundas, & neutrę harum hñt contrarietatē, profectò neque ſubſtantia uniuerſaliter habebit cōtrarietatē. Itē quando aliquid aſſumptum eſſet, eorum quę per ſe inſunt, & cōpletiua ſubſtātiæ ſunt, mox ſi illud erit uerū de ſingulis quibus ineſt, erit etiam uerum de omni, ut rationale quod quidem oſtenditur de ſingulis hominibus, etiam cōperit omni homini, & uniuerſaliter homini, igit̃ & ſubſtantie ſiquidē per ſe eſſe ſubſtantiale eſt eidem, & nullā habere contrarietatē eidē congruet ſubſtātialiter, quocirca de aliqua, ac de omni erit uerū, quod ipſa non habet cōtrarium. Sed Plotinus inquit, uniuerſaliter ſubſtantie nō ſubſtātia opponit̃, & bone nature mali, natura atq; principiū meliorū, & principiū deteriorū, ſunt contraria. Sed diuidēda ſunt hęc, hoc mō, nō ens ꝙ qdē ueluti contrariū enti opponimus, ſi nullatenꝰ ſubſiſtit, neq; eſt, profectò nullā habitudinē habebit ad alterum, quippè nihil ſit, ꝙ ſi nō ens eſt aliquid, falſo igitur dicit, nō ens ſeparari prorſus ab ente, quādoquidem ipſum participet ente, ſi autem ens, & non ens, uelut duę ſubſtātiæ ſeparatæ ſunt, idē eſſe habebūt, ſi uero ſcd͡m diuerſitatē aduenietē, extrinſecus ſeiunctę ſunt, ſeparabiliter nihil cōmune habentes inter ſe, tunc profectò, neq; communicabūt habitudine contrariorū. Itē ſi (ut cōſuetū eſt) non ens ab ente dicit̃, ceu ab intellectuali ſenſibile, & à diuino materiale deducitur, ceu à primo ultimū, quomodo ergo non ens erit cōtrariū enti, quatenꝰ ab eo prorſus separat̃, quandoquidem totā ſubſiſtētiā ab eodē recipiat? Itē quō id ꝙ nullā ꝓportionē, nec cōparationē repugnātię aduerſitatisq; habet, ſed uelut nihil in extremo lapſum, & poſitum cōparatione ad cauſam producētem, ipſum erit eidem cōtrariū, cōtrarietate quę faciat ipſum æquari illi, cur aduerſatur? ꝙ ſi à principio per ſe ſubſiſtit, ut ipſum primū ens, profectò nō ens erit æqualis dignitatis cū ente, quod ſi hoc eſt, cur hoc erit ens potius, & illud non ens, ſiquidem æqualiter in ratiōe principij, & in ordine cauſæ pręcedūt? quo circa malum, & non ens habebunt principale ſubſtantiā, & ita nec malum erit, quandoquidem per ſe eſt. Item quomodo hæc duo in idem conuenerint, difficile eſt inuenire, quod ſi tertio egeant cōiūgente ipſa, in quo unū erūt, non amplius prima erūt, & cōtraria eo modo ut dicebat̃, ꝙ ſi inter ſe nō cōmeāt, neq; cōueniunt, cū neq; unum cōtrariū ex alio ſubſiſtat, neq; ex prioribus fiant quæ igitur eſt prima generatio? immo neq; omne hoc aliquid perficeretur illis igitur omnibus hæ obiectiones accidunt, q determināt, & ſtatuunt in rōne principij, malum & non ens eſſe, & maximè Plotino & alijs qui initium faciūt ab unitate. Nam hi unum, & bonū, eſſe principia præponentes, aduenietē extrinſecus multitudinem, ex diuiſione debent facere, & malum adueniens per accidens, & nullo mō quoddā principale, aſſerere debent. Equidem quod nūc dicitur ſibijpſi aduerſatur. Nam eò ꝙ principium dicitur, uidebitur eſſe primū, eò aūt ꝙ extremo loco poſitū (ſm diſtantiā qua maximè ab ente diſtat) coexiſtit, meritò eſſe ultimū dr̃. Itē tale quō ſe habet ad pricipalē cōtrarietatē. Nam ſi à primo, producit̃, & omne ꝙ eſt ab illo exiſtit, igitur non ens neq; malum amplius erit cōtrariū: quippe nihil ꝙ eſt cōtrarium, participet ſubſtantia eorum ope, quę inter ſe pugnant, ſi autē prorſus diceretur ſeparari extremū à primo, imprimis fieri non poteſt, ut aliquid prorſus à ſuapte cauſa diuellatur, & ſecernatur, alioquin hoc modo à ſeipſo relictum, & deficiēs, ſeipſum ꝑderet, ac interiret. Deinde neq; hoc mō, erit contrarium. Nā ꝙ nihil cōmune habet, neq; cōmunē rōnē contrarietatis habet. Item neq; hoc. ſ. nō ſm ſubſtātiā erit contrarium (ut aiunt) huic ſcd͡m ſubſtantiā. Nam hoc. ſ. idē ſubſtātia, eiſdē cōe eſt. Itē nec āplius aliud erit ens, & aliud nō ens. Equidē oporteret, ab ipſo nō ente auferre cōtrarietatē, ut reuera ſit nō ens, cum ens ſit cōtrarium aliquod, & faciens cōtraria, quia nullū non ens, pōt facere & pati. Nam nō ens eſt debilius utriſq; ſcilicet agēre, & patiente, igitur nullo pacto dicendum eſt, ꝙ non ens, eſt cōtrariū, extremum principiū, & faciens cōtraria, cum nil prorſus efficere queat quod ſi non poteſt efficere contraria, neq; de ipſo erit ambiguitas, ſi ſubſtātie non ens ſit contrarium. Sed magis cōſentaneum quæreretur, ſi nō ens ipſum ſibimet aduerſari poſſit. Nam ſi ſibimet contrariū eſſe poteſt, profectò & ſeipſum deſtruet, ſed tunc quomodo poterit amplius uel eſſe, uel ſubſtātię reſiſtere Sed hæc nomen & diſputationem introductionis excedunt. qppè hęc magis attineant ad librum de primis principijs, in quo exactius diligentiusq;, diſcernentur.

Videtur autē ſubſtantia, non ſuſcipere magis & minus, dico autem non quia ſubſtantia non ſit magis ſubſtantia, quam ſubſtantia, hoc quidem enim dictum eſt, quia eſt, ſed quia unaquaeq; ſubſtantia, hoc quod eſt, non dicitur magis & minus, puta ſi eſt ipſa ſubſtantia homo, non eſt magis & minus homo: neq; ipſe ſeipſo, neq; alter altero, neq; enim eſt alter altero magis homo, ſicut album, eſt alterum altero magis album. Et bonum alterū, altero magis, et minus dicitur, ipſum autem ſeipſo magis & minus dicitur, uelut corpus album exiſtens, magis album dicitur nunc: quā prius, & calidum exiſtens, magis calidum, & minus dicitur. Subſtantia autem nihil magis, et minus dicitur, neque enim homo magis nunc homo, quam prius dicitur, neq; aliorum nullū quæcūq; ſubſtantia ſunt, quare non utiq; ſuſcipiet ſubſtantia magis et minus.

Vnūquoq; ens cognoſcimꝰ, ꝓprijs differētijs, & differētijs q̃ diuidunt̃ ꝯtra eaſdē differētias. Etenim ꝓpriæ differētię, quæ inſunt accidētia uniuſcuiuſq; oñdūt, differētiæ autem quæ cōtra eaſdem proprias diuidūtur, & in alijs ſunt, proprietates eorūdē oſtēdunt eſſe diuerſas à ꝓprietatibus aliorū, & ita perfecta fit cognitio, quādoqdē cognoſcemꝰ quid ſit unūquodq;, & qd nō ſit, igitur, & hic uniuocè dici, atq; aliæ proprietates ſecundarum ſubſtantiarū, & hoc aliquid ſignificare, atq; alia huiuſmodi indicabant proprietatem, quid ſint illæ, ſed nihil eſſe contrarium ſubſtantiæ, atq; non ſuſcipere magis & minus conſiderantur, quatenus declaratur quid non ſit ſubſtantia, quo circa hoc mō contēplatio perfecta, ipſarum ſubſtantiarum, penes utrūque modum proprietatum fit. Rurſus alio modo, quæ cōmuniter apta ſunt prædicari de pluribus generibꝰ, in quorum genere eſt cōtrarietas ſcd͡m magis & minus, opor-

tet de unoquoq; genere considerare, nunquid hęc insint eidẽ generi substãtiæ, an non insint. Et quia superioribus dictis dicebatur species magis substantia, quã genus, & nũc dicitur, ꝙ substãtia non suscipit magis & minus: meritò instat. & instantiã soluit, quod non eodẽ modo utrũq; dicitur. sed aliud quidẽ per se, aliud uerò per accidens. Nam species est magis substantia, quã genus, non qua substãtia est, neq; quatenus est, sed quatenus species proximius primę indiuiduęq; substantię heret, quã genus: sed quod nũc dicitur, aliter accidit. Equidẽ nunc, quatenus unaquęq; est hoc quod quidẽ est (inquit) ipsam non dici magis & minus igitur hęc non sunt contrarię, quę impresentia dicuntur superioribus dictis. Sed aliquis diceret similiter, ꝙ nix est magis alba quã cignus, quatenus est proximior albedine. Nisi quo ad hoc similiter se habet, cum substãtia, sed quatenus est accidens, etiã magis & minus recipit, quatenus scilicet magis & minus qualitatis est particeps, uel magis & minus ipsa participat, quatenus ipsa ordinata in qualitate est. Nam substantie, qualitas extrinsecus aduenit, substãtia uerò in quodam alio non est ut magis & minus eò participet, sed alia sunt in ipsa ob id ergo substãtia per accidẽs suscipit comparationẽ, sed qualitas per se, sed ea cõparatio quæ fit in his quę sunt similis speciei, non amplius suscipitur in substantia. Nam hõ non est alio homine magis substantia. neq; idem seipso, immo nec Socrates in accademia magis est Socrates, quã in Delio, At unum corpꝰ albũ, erit alio corpore albius, eo quod magis albo participat, & idẽ seipso erit magis & minus album, alio atq; alio tẽpe, qa in eodẽ fieri non potest, sed album, nigro magis albũ nõ dicitur. Nam dicitur semper magis ad minus Equidẽ si ipsum minus intendit in simile incidit, & fit simile, sed nigri intensio, nũquã nigrum albo simile facit, immo magis plusquã distare contrariũ, ab eodẽ facit, quare contrarium ad suum cõtrariũ respiciens, non susciperet magis & minus, sed neq; propriè ad ea quę sunt propriè dissimilia specie. Nam comparationes sunt eorum quę sunt eiusdẽ speciei, si ergo comparatio s̃m magis & minus non est in his quæ sunt similis speciei, neq; prorsus erit in substantijs. Attamẽ neq; hoc ꝓprium est substantiæ. Etenim in numeris, nec in quantitate discreta, est magis & minꝰ, quippè tria nec magis tria sunt, quã seipsa, neq; quã alia eiusdem speciei tria. Nam ipsa à seipsis non permutarentur, cum sint definita in ipsa quantitate, neq; etiam magis quam quatuor. Neq; enim ipsa tria sunt magis quam seipsa, & prorsus oĩs additio, & ablatio quantitatis, totalem efficit diuersitatẽ, at intensio fit penes additionem similis sibi, & non penes eã additionẽ, qua aliquid euariat speciem. Item eorum quę sunt ad aliquid, nõ nulla non suscipiunt magis & minus, ceu duplũ, ęquale, par, & id genus. Item in qualitate, figurę nec magis nec minus suscipiunt, qbus igitur omnibus nõ est propriũ substãtiæ non suscipere magis & minus, neq; ei competit suscipere magis & minus. Dubitaret autem aliquis, si magis rationalis, non magis sit homo. Nisi primò id quod est magis rationale, non s̃m substãtiã, sed s̃m habitum, uel secundum actionẽ, est magis rationale. Deinde nihil absurdum est, si qualitates quę concurrunt & simul in speciebus rediguntur, (ceu rationale in homine, & caliditas in igne) receperint magis & minus, & ipsa species minimè, cum etiam studiosus quando diceretur homo esse, non qua homo, sed qua sic dispositꝰ hac ratione intenderetur, hoc autẽ non substantiam, sed quale significat. Vel studiosus, quandoquidẽ affectio non sit secundũ substantiã, nil mirũ est si s̃m aduenientem extrinsecus qualitatem, magis habeat & intendatur. At hõ rationalis, et ignis calidus, non secũdum aduentitiam extrinsecamq; qualitatẽ, sed s̃m substãtialẽ qualitatẽ, quę est completiua speciei, sunt huiusmodi. Vnde si ipsa susciperet magis & minus, necesse etiam esset, quod ipsa tota species susciperet, quare & substãtia susciperet magis & minus. Forsitan ergo si differentia quę est rationale, specifica fuerit, non s̃m magis & minus considerabitur, ceu in homine & demone. Non enim si minus hois intenditur, habebit perfectionem demonis. At si rationale considerabit secundũ habitum & actionẽ, talis differentia non erit amplius substantiæ. Sed quomodo materia cum sit substantia, & ipsa magis & minus dicitur, & magna & parua & prorsus contraria esse uidetur, & tamen materia est substãtia, ut forma. Nisi quia ipsa materia per seipsam nullo modo differt. Nam est omnia potentia, & æqualẽ suscipit emphasim, & receptionem substãtiæ, comparata ad omnia entia, sed habitudine ad formam talis euariatio ei aduenit.

Maximè autem proprium substantiæ uidetur esse, quod eadem & una numero existens, contrariorum sit susceptiua: puta in aliorum quidem in nullo utique habebit aliquis, aliquod tale affirmare, quecunque non sunt substantiæ, quod unum numero existens, susceptiuum sit contrariorum: ueluti color, qui est unus & idem numero, non erit albus & niger, neque actio eadem & una numero, non erit praua & studiosa: similiter autẽ & in alijs quæcunque non sunt substantiæ: substantia autem una & eadem numero existens, susceptiua est contrariorum: uelut quidam homo, unum & idem existens, quandoque quidem albus quandoque autem niger fit: & calidus, & frigidus, & prauus, & studiosus, in nullo autem aliorum uidetur aliquod tale.

Cum dixerit quæ sint cõmunia substantiæ, & quomodo unũ horum. s. quod ipsi soli non insunt, & quæcũq; nõ omni cõpetunt, sequatue alterũ, & inuicẽ sese habeãt, et ob id ostenderit nullũ prædictorum esse proprium substantię: nunc ad id quod est maximè proprium substantiæ transit, quod quidẽ est quod substãtia cũ sit una & eadẽ numero sit cõtrariorũ capax. Illud autem, maximè addit aliquid, quo inter pręcdicta hoc magis esse propriũ idicat, sed illud uidetur, quod adijcitur, insinuat quod neq; hoc sit propriè propriũ Vnde uidetur propriũ, quia soli substantiæ inest. Item simul ostẽdit illud, uidetur, quod in generibus primis non potest accipi propriè propriũ, propter simplicitatẽ, & uniuersalitatẽ primorum generum. Cæterũ quũ dicit contrariorũ substantia est capax, intelligendũ est, ꝙ non simul sit eorũdem capax, quippè aliquid simul nõ reciperet cõtraria. Nã hoc fieri nõ potest nisi seorsum, quãdo unũ cõtrariorũ exit, & alterũ aduenit: quod quidẽ insinuat in exẽplis, sed interea quomodo hoc sit ꝓpriũ subiecit, ac posuit, dicens quod hoc ut ꝙ soli competit, dixit esse propriũ, eò ꝙ hæc proprietas in nullo alio quod nõ sit substantia inuenitur, neq; spectsẽ. Nã si in alijs nõ est, & quędã substãtia indiuidualis, diuisim cõtraria recipit, profectò propriũ substãtię dicetur, nõ ut omni cõpetit. Nã melius est id proprium, quod non omni, sed soli cõpetit: quã id quod omni sed nõ soli inest. Nã ꝓpria gaudẽt contrahi, paucisq; cõpetere: sed hoc propriũ soli inest, ꝙ modo dr̃. Sed sciendum, quod propriũ etiã in qnto topicorũ, sic diffiniunt, qđ quidem põt considerari etiã secundũ conuersionẽ. Nã si substantia est genus, profectò aliqood unũ indiuiduũ est accipiendũ omnino sub genere, quod idẽ cũ sit, cõtrariorũ sit capax, quod si unũ ꝑ se existẽs cõtraria recipit, certè tale erit substãtia: igitur erit ꝓpriũ substãtiæ indiuidualis. Verũ exẽpla de aliquo homine ꝓcedunt, aliquãdo quidẽ sc̃dm corpꝰ ceu de albo & nigro, ac calido & frigido: & aliquãdo sc̃dm animã, ceu de inerte, rudiuè & studioso. Sed uidẽtur substãtiæ secũdæ, cõtrariorũ esse capaces. Nã ut Socrates stultꝰ, & prudẽs est, ita hõ & aĩal, stulta sunt, & prudẽtia. Sed si ꝓpter Socratẽ, hõ & aĩal hæc hñt, certè nõ ꝑ se, sed ꝑ accidẽs hęc ipsis cõpetunt. qa insunt eis quę sub ipsis ꝯtinẽt. Porrò illud. s. unũ numero, adiecit, indicãs, qđ si qs acciperet hoĩem uniuersaliter, certè talis hõ nõ suscipit ꝯtraria, qđ si hoĩem acceperit ĩ hoc. ceu ĩ Socrate, certè tũc suscipit ꝯtraria. Sed si gña & spẽs suscipiũt ꝯtraria. ceu hõ suscipit timorẽ & audaciã ꝓfectò nõ solũ hoc erit ĩ substãtia, sed etiã in plerisq; alijs. Nam motus celer & tardus est, atq; habitꝰ, dispositio. actio, ꝯtraria recipiũt. Nisi primo, quia seorsum uniuersalia accipiunt, hi q sic dicunt, &

non

non ꝙ simul cum indiuiduis existant. Deinde unūquodq; horum, unum numero nō est, sed aliud atq; aliud, quorum aliud est tale ens, & aliud est alterum à contrarijs, quæ nō suscipiunt contraria, sed quæ sub ipsis sunt. Nam generalis habitus, neq; ignauus rudisq; est, neq; studiosus, sed habitus q sub eò singulares sunt, alij studiosi, & alij rudes sunt. Item, id quod commune est consideratum, non fert mutationem contrariorum, porrò aliud est id cui aduenīūt contraria, & aliud quod est capax cōtrariorū diuisim. Equidē generibus adsunt contraria sed esse capax contrariorū soli materiæ, ac substantijs compositis cum materia, competit, ꝙ si hoc generibus cōpetit id ꝑfectò fit per accidēs. Idcirco adijciendum est proprietati substantiæ, non per accidēs contraria suscipere, adijciendum quoq; est hoc scilicet secundum mutationem, quæ sit in ipso, ut quę de generibus dubitata sunt, rejiciamus. Rursus interpretes introducunt hoc in loco substantiam intellectualem, uelut eam substātiam, quę contraria non suscipit. Sed ad hoc dicendum est quod nunc sermo de illa non est, sed de illa quam diximꝰ. At subiungūt ꝙ sol non est capax alicuius contrarij, qui semper & eodem modo est in una specie. Nam motui eius nihil est contrariū, immo quomodo est prorsus uerum in substantijs sempiternis, hoc scilicet diuisim suscipere cōtraria? Nam cœlū nūquam stabit, & statio est contraria motui. Immo & ignis qui est corruptibilis, capax est caliditatis, sed nō frigiditatis, & nix econtra capax est frigiditatis sed non caliditatis. Nisi dicendum sit, ad instātias de substantijs sempiternis, quod hic ponitur ꝓprietas substantiæ cuiuscūq;, quæ in mutatione fieri, ac esse potest, & nō de illa quæ substat, existitq; secūdū immutabilitatem. Deinde ad eas obiectiones, de igne & niue, dicendū est, quod Aristo. inquit substantiam esse capacem contrariorum, sed non habere substantiam in contrarijs, ignis ergo non recipit caliditatem, sed caliditas in substantia eius est, & nihil recipit seipsum, sed illud quod extra positum est, ceu aqua recipit caliditatē, quæ est ei adueniens, ac extrinseca qualitas, sed humiditatem minimè suscipit, nā cōnaturalis est ei, similiter cœlestia habent esse in circulatione, et quādā contrarij uicissitudinem non habent, unde si tales proprietates non sunt qualitates, sed substantiales differentiæ, & completiuæ substantiæ, igitur non quando aliquid manserit idē, priuabitur his quæ secundum substantiā insunt, sed quibꝰ nec natura, nec inseparabiliter alterum inest, hæc ipsa sunt cōtrariorū susceptiua, porrò non in singulis cōtrarijs oportet inquirere susceptiuum hoc modo, sed sufficit in qualecūq; contrarietate hoc acciderit, proinde sic ignis cōtrarietatem suscipere ostenderetur. Sed dices, sol est substantia indiuidualis qua contrarietate participat. Nisi quāuis ipse non sit capax contrariorum, tamē inquiūt in genere ipsius idest in substātia indiuiduali, sufficit quod accipiatur aliquod indiuiduū, ꝙ sit capax contrariorum, sed si aliquis hoc admiserit, hæc ꝓprietas nō omni substātię indiuiduali cōpetet, sed duntaxat alicui quæ in generatione, & corruptione uersatur. Sed ob hanc proprietatem etiā illud planè ostenditur, quod substantia, & maximè indiuidua subijcitur omnibus ubiq;, & quod alia circa ipsam sunt, & ipsi insunt, atq; quod nulli aliorum cōpetit esse capax, quippè accidētia sibi ipsis satis non sint, ut subsistant, ideo nulli subijciuntur, sed egent altero scabello, idcirco neq; hęc recipiūt contraria. Nam egent subiecto, uti scabello, ceu corpus idē manens, fit album & nigrum, & albū recedit abestq;, adueniente nigro. At animal & homo (quia permanent) recipiunt cōtraria, quatenus sunt in aliquo homine, sed color nō permanet, idcirco non suscipit. Nam quando abfuerit albū, unà cū ipso, & color abest, ac recedit, & nō amplius est, et quando aduenit nigredo, simul quoq; cum ipsa coloratio adest. Nisi receptiuum nō sit quādo adest & aduenit, quādoquidem hoc modo inquiunt nō solum colores ingredientes & egredientes recipi, sed esse accidentia circa substantiam, sed quod est substantia, non diceretur sic se habere. Vel si substantia sensibilis fuerit, in unū congesta & in alio habuerit esse, certè tales erunt proprietates, qualis est natura eorum. Qui aūt quærit esse, aliquod insensibile quærit, & melius quā id quod est secundū substantiam sensibilem quod quidem est substātiuæ species, quo circa in unoquoq; scilicet in communibus, in simplicibus, in cōpositis, & in unoquoq; nouem prædicamentorū esse inuenitur, & ponitur. Nam albū secundum participationē entis, dicitur esse album. Sed inquiunt si substantia sensibilis non est sine magnitudine, nec sine qualitate, quō amplius accidentia separamus, ceu calidū siccumue? nam quid erit substantia? quæ enim substantiæ ipsæ, quid erit illud igitur circa quod substantia qualis uersatur? nisi sit subiectum, erit igitur ignis nō totus, sed aliquid eius, seu pars, quæ erit ceu materia. Et sanè hæc ratio, duo falsa accipit, unum quidem, quia secernens, seiungensq; hic commixtum et congestum à substantia, sic considerat eam, quāuis unumquodq; secundum propriam subsistentiam nullo pacto subsistat, sed unūquodq; in alio, ac omnia inuicem habentia quomodocūq; se subsistant, secundū aūt est, quia calidum & siccum, & species, atq; differentias, uelut qualitates accipit, & substantiam specificam in ratione non adiecit. His ergo oībus, ad hoc absurdum profecti sunt, eò quod existimarunt materiā esse proprie substantiam. Architas quoq; hoc ipsum esse substantiæ proprium tradidit, dicens. Substantiæ ꝓpriū est: ut cum una & eadem numero permaneat, contrariorum sit capax. Equidem contrarium somno, est uigilia, & celeritati, tarditas, & sanitati morbus, quorum homo idem atq; unus, capax fit. Etenim uigilat, dormit, ac segnius, ociusq; mouetur. & sanus atq; æger fit, qui cum sit aliquod unum & similium his capax est, licet non eodem tēpore. In quibus Architas eandem proprietatem substantię quā Aristo. dixit, et causam uicissitudinariæ mutationis contrariorum tulit, per hoc cum dixit, licet non eodem tempore, qui etiā ex eodem dubitatiōes eas soluit, quę afferebanī de his quę alicui connaturalia sunt, & de his quæ semper mouentur, ac semper sunt. Nam talia non adueniunt secūdum tēpus, similiter persoluit eas dubitationes, quę de generibus erāt, cū adijcit hāc particulam scilicet ut cū una & eadē permaneat, quandoquidem illa non semper permaneant, quippè in albo, color non suscipit nigrum, sed egreditur exitq; cū albo, et amplius idem non permanet. Iāblicus autē more Pythagorico, magis proprietatē extēdens ad omnē substātiā, secundum quādam proportionē, eandem esse substantiæ ostendit. Nam inquit in substantia intellectuali, motus, statio, identitas: & diuersitas, simul cum substātia sunt, & cōtrarietas hic in substantia est, non diuisim successiueq;, sed simul, et esse susceptiuū capaxq; alio modo dicitur de ipsa, & alio modo spectatur, consideraturuè in ipsis cōpositis. Nam in substātijs cōpositis, habita et facta dimēsiōe, aliud est subiectū, et aliud est id ꝙ aduēit subiecto. At in substātia simplicissima, nō est aliud id in quo fit, et aliud ꝙ aduenit, neq; alia et alio mō, sed cūcta ibi sunt unū. Item in substātia semꝑ mobili, cōprehēsio ac uelut cōiūctio, & copulatio uniuersę naturę spectaī, & cōsideraī, ope ipsius cœli, nō eò dūtaxat ꝙ oīa cōtineat & extra se nihil sit, sed etiā quia nullū aliud mobile, ꝙ aliqua inclinatione, uel electiōe, uoluntateuè mouetur, siue sit animatū, uel inanimatū, pōt simul duas oppositas lationes inter se sustinere, ac ferre, dico (vbi grā ante & retro), uel ad dextrā & ad leuā, & sursum & deorsum, sed hoc dūtaxat cœlū uideī obtinere, ꝙ econtrario nō pōt una quauis mutatiōe sola moueri, uel duabus solis, uel tribꝰ, sed sīl oībꝰ mouetur, porrò circa ipsum q̃ddā supra opinionē & mirabile esse uidetur scilicet quod una contrarietas in ipso unā quāq; cōtrarietatē cōtineat, & cōprehēdat. Nā ea eleuatio quę apparet mediętatis cœli, ob sectionē orizontis, et ascēsus astrorū quę sub terra iam occulta erāt, & postea supra terram eleuantur, mox quędam deductio est contrarij motus, idest illius motꝰ, qui fit in altero hemisphęrio seu medietate orizontis, quę dicitur esse ab occasu. Nam propellit, & deuoluit quodammodo per seipsam uniuersum profundum cœli, ac inferioris partis

profectionem parat, ut illam non minus perficere uideat, quam si illa per seipsam efficeret motũ,ex prima impulsione. Simile quoq; intelligatur de lationibus in ante & retro. Nam in quouis climate habitationis spectetur ipsum,ante, secundum medietatem cœli,& ipsum,post, seu, posterius pars,secundum oppositam partem prioris medietatis, quæ pars dicitur opposita medietas cœli,tunc congrue poterit ostendi festinatio, & uicissitudinaria unius ad alteram impulsio,atq; mutua cohibitio inter se,qua pars prior impellit inferiorem,& posteriorem,& ab eadem deuoluitur uicissim continuo idem faciendo. Verum dictis his quatuor habitudinibus,circũstantijsuè cœlestibus, quæ in ipso uniuerso communiter,ut de nonnullis locis quę sunt circa polos,cum illis circũstantijs careant propter loci identitatẽ, instantia breuiter afferri potest. Sed ea quæ dicta sunt,in ipsis planetis quotum considerare licet. Nam planetę in suis orbibus eleuationes, & delationes, quibus deprimuntur, ac processiones,conuersionesq; faciunt,non modo per eas cœli partes quas diximus scilicet per dextram, & leuam, ac priorem & posteriorem partes,sed etiam quatenus sunt rectè incedentes,& retrogradi,quorum lationẽ ex dextra in sinistram longè luculẽtius clariusq; uidere licet,à medio in Boream Septẽtrionẽuè, aut in Austrum, & econtra ad mediũ,si utrinq; ferantur.quare motus ex motibus, & motus qui omnes continet inest cœlo , quod m sr oẽs contrarios motus simul continet, & efficit contrarios motus ex contrarijs.igitur cœlo contraria adsunt, & simul adsunt, et unus altero uicissim subsistit,atq; unus ab altero, & econtra pendet. Verũ eò contrarietas quę in cœlo est, à contrarietate intellectuali distincta est, quia hęc uni inest sm unã substantiam,sed illa in alio atq; alio est, ac circa aliam atq; aliam substantiam contrarias naturas efficit,ultima natura substantiæ,non habet utraq; contraria simul sibi connaturalia,sed licubi aliquod contrariorũ cõnaturale eidem est, profecto alterum ipsorum habet ueluti legitimum ac suũ, quæ etiam multa extrinsecus,ac extranea suscipit, & hæc non simul nec substãtia,nec tempore sed aliud, atq; aliud alio, & alio tempore,ac in alia, et alia corporis parte suscipit quare hæc proprietas substantiæ, quæ est suscipere contraria,competit etiam his substantijs quæ habent alterum contrariorum proprium,quatenus sunt aptę suscipere alterum itaq; hęc proprietas substantiæ competit communiter omni substantię.Sed uideamus quę ultra dubitet Arist. contra ea quæ dicta sunt.

Nisi aliquis instet orationem & opinionem dicens esse cõtrariorum susceptiua. Eadem enim oratio uera & falsa uidetur esse uelut si uera sit oratio sedere aliquem, surgente ipso falsa erit eadem hæc. Similiter autem & in opinione. si enim aliquis uere opinetur sedere aliquem,surgente ipso falso opinabitur,eandem habens de ipso opinionem. Si autem aliquis hoc acceptet,sed modo ipso differt. ea enim quæ in substantijs sunt,ipsa transmutantia susceptiua sunt contrariorum . ex calido enim frigidum factum,transmutatum est,alteratum enim est, et nigrum ex albo, & studiosum ex prauo . Similiter autem & in alijs unũquodq; ipsorum transmutationem recipiens, contrariorum est susceptiuum. Oratio autem: & opinio ipsa quidem immobilia omnino permanent. re autem mota , contrarium circa ipsa fit. oratio enim permanet eadem aliquo sedente. re autem mota , quandoq; quidem uera, quandoq; autem falsa dicitur . similiter autem & in opinione, q̃ritur secundũ modũ propriũ utiq; erit substãtiæ, secundum sui trãsmutationem susceptiuam contrariorum esse. Si autem aliquis & hoc acceptet, opinionem & orationẽ susceptiuam esse contrariorum:non est uerũ hoc, oratio enim, & opinio in eò quod ipsa susceperint aliquid , dicuntur esse susceptiua contrario: um sed eò quod circa alterũ quid paßio facta est, eò enim quod res est, uel nõ est, iccirco , pr oratio uera aut falsa esse dici tur non eò q ipsa susceptiua sit contrariorum . Simplr enim à nullo neq; oratio mouetur, neq; opinio, quare non utiq; erũt susceptiua contrariorũ, nulla in ipsis facta cõtraria paßione. Substantia uerò eò quod ipsa contraria suscipiat, hic susceptiua contrariorũ dicitur esse. Egritudinem enim, & sanitatem suscipit, & albedinem & nigredinem & unũquodq; talium, ipsa suscipiens, cõtrariorum esse dicitur susceptiua. Quare propriũ utiq; erit substantiæ, idem & unum numero ens: secundum sui transmutationem susceptiuam esse contrariorum: & de substantia quidem tot dicta sint.

Quoniam oratio,& opinio, uera uel falsa esse uidetur, & uerum est cõtrarium falso, ac oratio nõ est substantia, sed quantitas quędã est in prolatione, & qualitas in opiniõe, meritò ambigit, num soli substãtiæ conueniat hoc, scilicet contrariorum esse capax. Et soluit dubitationẽ, afferendo instantiam,& quippiã approbãdo contra instantiam. Nã primò cum orationem & opinionem concedat recipere uerum & falsum,ostendit q; hæc non suscipiunt cõtraria,uelut substantia. Nam substantia suimet mutatione, cõtraria recipit , oratio autem & opinio nõ mutatione earũdẽ, sed mutatione rei,ea contraria recipit. Deinde prorsus tollit ab opinione,& oratiõe,ipsum suscipere. Nam id quod recipit mutationem,permanet atq; illam fert,sed in oratiõe & opinione nulla mutatio fit,sed eò quod res mutatur,oratio & opinio dicit̃ uera uel falsa. Dixit autẽ proprie dicendo oratio,& opinio dicitur,& non fit. Sed potest etiã hoc mõ,fieri argumentum. Non est una & eadẽ numero oratio prior, cum secunda etiam sm ipsum Aristo. Nam inquit quod semel dictum est,aõn põt denuo sumi, quippe oratio sit de numero eorum quę successione mouentur, & ob id inter ea locatur oratio quę non hñt positionẽ quare prior , cum secunda,ac uera,cum falsa est eadem spẽ, & nõ numero, si cui dicebatur de substantia . Et cum opinio sit ipsa oratio in aio,ipsa etiam in successione uersatur, pinde quę de oratione dicta sunt, etiam de opinione dicerentur. Sed nonnulli ambigunt contra hęc argumenta,instantes & dicentes,quod & si oratio,& opinio, nõ extrinsecam passionẽ paterentur non tamen ob id non patiuntur, sed patitur, ut oratio,& in seipsam recipit mutationem, quæ est secundũ ueritatem,& falsitatem Nam orationis,& opinionis,eadẽ est contrarietas,alioquin dicendum esset, quod nec anima sit susceptrix,capaxq; contrariorum, quippe quæ albũ & nigrum non recipiat Non enim apta est suscipere hęc, sed quæ suapte natura aptã est recipere,hęc recipit, quæ sunt prudentia, & stultitia,igitur & oratio,atq; opinio , recipit mutationem orationis, & opinionis secundũ uerum & falsum,& non secundum ipsum sedere,& non sedere, ita; in his erit contrarietas secundum mutationẽ,quę sit cõgrua, & competat orationi & opinioni. Nisi itaq; eos qui medium afferrent inter rationes Aristo. & rationes eorum,qui contra illas Aristo. instant,oporteat dicere, quod hic modus suscipiendi alius est quando alio patiente,& ipsum nõ mutatur,licet aliam recipiat habitudinẽ , ceu uidemus etiã in his,quæ sunt ad aliquid. Nam id q prius erat dextrum, fit sinistrum nulla sui mutatione,sed alterius,similiter mirũ non est si oratio, opinio secundum habitudinem ad eas res quæ habent uere esse,uel false,mutauerint habitudinẽ,mutatis rebus,& ipse scilicet oratio & opinio nil paterentur. Aristo. ergo illum suscipiendi modum asseruit, quo necesse est id quod recipit pati aliquid oratio igitur , & opinio, quãuis dicerenẽ mutari mutatione orationis & opinionis, tamen non transmutarentur,patiendo aliqd,ceu corpus patitur,cum calidum,frigidumq; fit. Sed cui sententie cuiue concipiendi formule innixi, alia diximus substantias esse, alia uerò affectiones. Nõne eò quod aliquid est, & hoc aliquid,ac subiectũ,etiã quia non est in subiecto & quod nõ est alterius?Sed substãtia secũda, nullũ horũ ferme habet, etenim de alio dicit̃,& in alio est & alicuius, & hoc aliqd ipsi non competeret. Nisi qui hoc dicit, ad substantiã specificam

cificam habitudinis expertē, & ad generalem substantiam aspiciat, sed non in eam substantiā quę ordinata & sensibilis facta est, cui cuncta insunt, quę dicta sunt secundum constitutionem & ordinē individui. Sic illud esse in alio, et in alio, si adest eidem nō velut in subiecto, nec velut est album in corpore, sed velut partes substātię. Sed hoc quoq; sciendum est, quod supremorū generū, exactæ perfectęq; diffinitiones afferri nequeunt, sed eorum ratiōes assimilantur cōmentationi, & descriptioni cuidam, de quibus meliores, exquisitioresq; rationes, perendę non sunt, quam hæ quę afferri de ipsis possunt, itaq; sat est etiā afferre aliquod propriū de ipsis, quod in eisdē esse posse cognoscitur. Sed idipsum quoq; annotatione, animaduersioneq; dignū est, quo dicitur q substantia sumet mutatione, contrariorum sit capax. Nam nec materia (iuxta eorū sententiā, qui materiam expertem passionis aiunt) trāsmutatur, vel vertitur, vel patitur contraria, sed circa ipsam mutationes fiūt. Item si forma semper immobilis, & prorsus manens recipit contrarietates sm qualitatē, tamen nec ipsa habebit contraria sui met mutatione, si ergo aliqua substātia cōtraria recipit, solum cōpositū transmutatū ac versum, accipiet contrarietates, & sic hoc propriū assignabitur de sola individuali, & composita substātia, & planē talis propriū substantiæ assignatio, nō late in aliis vagabitur, sed rediget in angustū. Atqui si aliquorum Peripateticorū opiniones, usui nostro accōmodemus, profectò asseremus materiā pati. Quonam pacto fieri potest, ut materia simplex cum sit, & solū in potentia subsistens, transmutata ex eò quod est, & in actū deducta, non accipiet mutationem, quæ est corruptio? Nam simplex quod in alio non habet esse, & sm aliud mutatur, si universum à seipso degenerat, & deficit, profectò habebit mutationem, quę est corruptio. Quod siquis hęc admittat, asserens circa materiam fieri contrarietatem, sed nō eò q ipsa aliquid patiatur, vel mutetur, sed quia per accidens habebit contraria circa seipsam, etiam de forma erit eadem ratio. Nam si intellectuales qualitates eædem maneant, & circa sensibiles differentias, ipsius formæ contrariæ qualitates accidunt, profectò forma erit undiq; immobilis, & aliud erit q transmutatur, & non secundū mutationē, quę fit in ipsa forma, quod quidem est dictu, quod unūquodq; ut sua fert natura, ita etiam transmutetur. Et materia talē mutationem habet, cum recipit aliam, atq; aliam formam, perinde ac talis receptio, fit transmutatio eius. Nā ipsa vult esse quoddam susceptaculum, forma autem recipit alterationem, secundū qualitatem. Et forsitan tales ambiguitates, prius de medio sustulit, dicens. Idem & unum numero manens. Nam perspicuum est, quod oportet inquirere mutationem talem. Sed de substantia tot dixisse sufficiat.

De quanto prædicamentum Secundum.



QVanti autem, hoc quidem est distinctum, hoc aūt continuum, & hoc quidem expositionem habentibus adinvicem, his quæ in ipsis partibus constitit, hoc autem ex non habētibus positionem. Est autem distinctum quidem, velut numerus & sermo continuum autem velut linea, superficies, corpus adhuc autē præter hæc tempus, & locus. partium quidem enim numeri, nullus est communis terminus, ad quem copulentur partes ipsius. velut quinque, si sunt pars decem, ad nullum terminū communem copulantur, quinque, & quinque, sed distincta sunt. & tria, & septem, ad nullum terminum communem copulantur, neq; universaliter utiq; habebitur in numero accipere communem terminum partium, sed distinctus est, quare numerus quidē distinctus est. Quare numerus quidem distinctorum est, similiter & sermo. Quod quidem enim quantum sit sermo, manifestū est. Mensuratur enim syllaba brevi & longa, dico autem ipsum sermonem, qui cum voce fit, ad nullum enim communem terminum ipsius partes copulantur, non enim est communis terminus, ad quem syllabæ copulentur. Sed quælibet distincta est ipsa secundum seipsam. Linea autem, continua est. Est enim accipere communem terminum, ad quem partes ipsius copulantur, punctum & superficiem, & lineam. Plani enim partes, ad quēdam communem terminum copulantur. Similiter autem & in corpore, habebis utiq; accipere communem terminum lineam, & superficiem, ad quem corporis partes copulantur. Est autem, & tempus & locus talium. nunc enim tempus copulat ad præteritum, & ad futurum. Iterum locus continuorum est, locum enim quēdam corporis partes obtinent, quæ ad quēdam terminum communem copulantur. Igitur & loci partes quæ continent singulas corporis partes, ad eundem terminum copulantur, ad quem & loci partes. Quare continuum utiq; erit, & locus, ad unum enim communem terminum ipsius partes copulantur.

Post substantiam, quantum docere Aristo. proponit. Et in primis causam ordinis, cur post substantiam, secūdo loco quantum sit ordinatum, invenire operepręcium est. Quidam itaq; dicunt, hanc esse causam, q quantum unà cum ente subsistit. Nam ens aliquid est, & mox unū aut plura esse necesse est. Item quia plurima sunt communia substantię & quantitati ceu non habere contrarium, & non suscipere magis, & minus. Atqui quale utraq; hęc habet. Item dimensio expers qualitatis præcedit qualitatem: quę eidē dimensioni advenit. Item quia aliis sublatis, non tollitur substantia, modo dimensio reliquatur in substantia, alioquin ea sublata, substantia corporalis demeretur, quare magis affine, atq; vicium est substantię quantum. Sed proponit etiā quantum cæteris, quia inter cęteros motus, ille motus q est secundum quantitatem, idest auctio, & diminutio, proximior est motui substantiæ, idest generationi & corruptiōi, quam sit alteratio quę est motus secundum quantitatem. Et quāvis prope substantiam sit quantitas, tamen alia est à substantia. Nam mutatio quantitatis, fit circa substātiam, quando puer unius anni in maiorem evaderet, ac mutaret, manente eadem forma. Nam quod permanet, & subiicit, ac divisim, utrūq; recipit necesse est: ut sit diversum ab utroque, q vicissim ac divisim recipit, & sic quale eē diversum à substantia ostenditur, tāquā ipsa sit id q ab affectiōe in affectionem, & à dispositione in dispositionem mutetur. Verūtamen Architas post substantiam quale ordinavit sic quodammodo ipsi ordinem tribuens. Sed ipsorum ordo, sic se habet, primò ordinatur substantia, ob id hęc sola subiicitur aliis, & ipsa per se potest intelligi, alia autem sine hac esse nequeunt. Nam vel secundum hanc, vel hac ratione de subiecto prędicantur. Secundo qualitas erit, nam sine eo quod est quid, non potest esse quale quid. Sed in his inquirendum est, his qui discere cupiunt ad quid uterque Aristo. & Architas respiciens, alter quale prius ordinavit, & alter quantum. Videtur igitur Archytas, supponendo ens intellectuale per se, quod omnibus generibus verè complementum exhibet, atq; cunctis indivisibiliter adest, & ab eisdem participatur, prius esse, ordinem tradidisse generibus, secundum approximationem ad hoc, porrò substantiam universis rebus, & prædicamentis præordinat, quia cum aliis subiiciatur, suum esse omnibus exhibet, quemadmodum etiam substantia per se dat, ingeritq; esse cunctis. Item, inquit substantia per se est, atq; intelligitur, alia aūt ens, non sine hac: quibus igitur proximè se habebit ad per se, & absolutum ens, ab omni habitudine. Hoc igitur mō, prius ordinatur quàm cætera alia genera, sed quum intellectuales substantias non aliter quam per species cognoscimus, & si debeamus cognoscere sensibiles substantias, referentes easdem ad illas intellectuales, profectò à proprietatibus, & designationibus quæ sunt circa substantiā percipimus ipsas, quæ etiam cum spectentur, & cōsiderentur

secundum qualitatem, meritò quale post substantiam cæteris alijs erit ordine prius. Item si qualitate sublata, omnia proprietas, omnisq́; designatio, descriptioq́, cũ intellectualis substantiæ, tum uerò sensibilis tollitur, & quantitate de medio erepta, ac dempta, dũtaxat cõpositum & sensibile tollitur, perspicuum esse puto, non parum distare quo ad uicinitatem & approximationẽ substantiæ intellectuali, quale à quanto. Verum si quis intellectualem substantiã non fingeret habere habitudinem ad substantiam sensibilem, posset uelle hunc in modum ordinem alijs prædicamentis tradere. Nam cum substantia, quæ est forma, sit proprijssima substantia, & id quod proximum formæ est quale, igitẽ cum id quod uicinius, proximiusq́; est proprijssime substãtiæ id debeat cæteris alijs præcedere, iure quale post substãtiam habebit locum. Item si quale est impartibile, indiuisibileq́; expers dimensionis, & diuidit penes corpora, & quãtum est diuisibile cum dimẽsione, ac partibile, meritò prius ordinauit quale, tãquam incorporeis principijs magis peculiare, & familiare. Item hoc si uidetur, adijciendum est, quod quemadmodum substantia antecit quantũ, quia substantia impertitur, tribuitq́; esse ipsi quanto, sic etiam post quale, quantum erit, quia quantum suum characterem, & proprietatem habet à qualitate. Sed aduersarij aiunt, ꝙ quantum simul est, cum ente. Nam mox ens, uel unum, uel plura est. Nisi ante quantum, quale unà cum ente tanquã character eius quo unum esse dicitur, subsistat, quando quidem & ipsum unum, ac ipsa plura subsistant, secundum characterem qualis. Si autem plura communia insunt substantiæ, & quantitati, inquit Diuus Iamblicus, ꝙ non oportet ab accidentibus, & his quæ aliter consequuntur, ratiocinari ordinem ipsorum. Sed forsitã dicendum est: ꝙ ea quę eminus magis distant, sæpe euidentiorem dissimilem similitudinem indicant, & ostendunt, ceu unitas indiuisilis in numero, similis uidetur unitati, ante numerum. Vnde quidam dicũt, ꝙ materia primæ causæ similis, dissimiliter est. Sed Architas in hæc, uel ad aliqua huiusmodi respiciens, forsitan præposuit qualitatem ipsi quantitati. At Aristoteles statuens primam substantiam esse compositũ, & corporeã substantiam, quia hæc uulgato sermone, cõmuniq́; lingua notior est, meritò cum substantia ordinauit quantum, tanquam peculiare magis, ac notius, atq; id quod simul est cũ distantia talis substantiæ, & nihil mirũ est si uterq; Aristo. & Architas suis fundamentis ordinem consentaneum, & proprium tradiderint: Cæterum diuidit ut quantum, inquã tum continuum, & discretum. Nam hæc sunt sub genere, quod est quantum, quippè quantum prędicetur de ipsis in quo quid sit, quæ etiam nõ per accidens, neq; nomen commune solum habent, sed equaliter quanto participant. Nã ambo similiter æquale, & inęquale, ac duplum, & dimidiũ recipiunt. Verum sit diuisio ipsa non in spẽa quanti, sed in differentias, nam species quanti, sunt magnitudo & multitudo, & differentiæ sunt continuum et discretum, nam magnitudo est quantum continuum, & multitudo quantum discretum. Item ipse posuit species quanti, secũdũ differentiam quanti discreti, numerũ ipsum & orationem, & secũdum differentiam continui, lineam, superficiem, & corpus. Adhuc locum, & tempus. Et forsitan hoc longè exactius, & diligentius est. Nam uidetur etiam Iamblico, quod multitudo non equetur discreto, quia oratio etiam est discreta, quemadmodum etiam numerus est quoddam discretum, tamen oratio non est multitudo. Nam etsi oratio multa sit, tamen aliud est multum esse, quod multitudine participat, ceu multi homines, & aliud est multitudo qua unũquodq; multum denominatur, & designatur, neq; forsitã magnitudo est idem cum continuo. Etenim tempus continuũ est (ut ostendit) tamen magnitudo non est, nam tres sunt magnitudinis species, linea superficies, corpus, quarũ nulla est tẽpus, quãuis dicatur tempus lõgũ, & multũ, iuxta illud. Omnia longum, & innumerabile tempus.

Postea uerò subdiuidit quantũ, dicens, aliud esse ex partibus quæ habent positionem in ipso, & aliud ex his partibus, quæ non habent positionem. Differt autem hæc diuisio à superiore, quia continua non sunt eadem cum habentibus positionem, sed quæ habent positionem, prorsus etiã cõtinua sunt, sed econuerso non quæ cõtinua sunt, prorsus positionem habent. Equidem tempus continuũ est, nõ tamen est de numero eorum, quorum partes hñt positionem. Econuerso sit in quãtitate discreta, quod discretũ est: id ꝙ est de numero entum, quæ non habent positionem, non tamen omne ꝙ non est ex non habentibus positionem, iam est discretũ. Nam tempus iterum est de his quæ non habẽt positionem, & tamen non est discretum, & nil mirum eiusdem secũdum aliam, atque aliã cõceptionem, & considerationem, plures fieri diuisiones, ceu animalis diuisio fit in rationale & irrationale, & denuo in mortale & in immortale. Verum secundum tales differentias, membra diuisionis ac sectiones, omnino non coequantur diuisis. Nam sola rationalia nõ sunt pedestria, sed pleraq; alia animalia irrationalia. Reliquũ dicendum est, quę sint cõtinua, & quæ sint discreta. Porrò in libro de naturali auscultatiõe. inquit, ꝙ continua ea sunt, quorũ ultima terminiq́; sunt unũ, ceu ea sunt attigua, quorum extrema sunt simul, hic autem inquit continua esse illa, quæ copulantur ad unum terminũ communem, discreta uerò illa, quæ non habent terminũ cõmunem, ad quem partes ipsorum copulentur, & sub quantitate discreta, ponit numerum, & orationem. Nam ipsorum quinque, non est unitas medius terminus, cõnectens & copulans tria, & duo. Quod si quis dixerit, ꝙ unitas copulat secũdum alteram partem, cum unitas non sit terminus numeri, ceu punctum lineę sed pars est, profectò unitas alia, erit præter quinque unitates, & sic non erit tantũ quinq;, sed sex. Item neq; unitas illa, erit communis terminus, ad quem partes copulẽtur. Etenim numerus ex unitatibus cõponitur, & in unitates diuiditur, idcirco neq; diuisio eius abit in infinitum, sed usq; ad unitates procedit. At linea nõ cõponitur ex punctis, neq; in eadem diuiditur, idcirco in infinitum diuisibilis est. Item quia dicit orationem esse quantitatem discretam, ea oratio sanè intelligenda est, quæ in uoce, & non in intellectu est, nam hæc in uoce est quanta. Equidem oĩs oratio, nomine & uerbo constat, & omne orationis elementũ, syllabis constituitur, & omnis syllaba temporibus dimetitur, & temporibus, aut longis, aut breuibus. Porrò longę syllabę ad breues eam proportionem habẽt, quam tenent duo, ad unum. Vnũ autem, & duo numerus est, qui quidẽ est quantitas discreta, quare & oratio est discreta. Etenim in ea nihil cõmune, accipi potest, quod copulet eiusdẽ partes, ceu in hac dictione, Socrates, nulla syllaba communis accipienda est: quæ cõnectat easdem inter se, nam neq; significatum, est dicendum ꝙ copulet eas. Etenĩ uoces quædam nil significant, ut blitiri, quæ eodem modo dimetiũtur & copulantur, quo pacto itaq; oratio in uoce est discreta quantitas, sed in ipso intellectu prorsus non est quantitas, sed est, uel actio, uel affectio, aut utraq; simul, ceu Iamblicus inquit. Verũtamen Porphyrius ipsam dicit esse quale. Itaq; quãtitatis discretæ species, sunt, numerus & oratio, continuæ autem prima species, est linea. Nã linea quatenus diuiditur, punctum habet terminum cõmunem, & per illud partes lineæ copulantur inter se. Post uerò lineam, succedit superficies, quę habet terminum cõmunem ipsam lineam sm quam diuiditur, & post superficiẽ est corpus, superficie diuisum. Sed dignũ est animaduertere, quo modo inquiat partes corporis habere terminũ cõmunem ipsam lineam, uel superficiem. Est nãq́; corpus, ubi etiã superficies describitur. Etenim cõmunis terminus corporum, omnino superficies est, ceu linea est superficierum, & linearum pũctum hoc igitur Porphyrius cũ animaduertisset, inquit, quędam corpora sunt itee solida corpora, quæ habẽt continuationem secũdũ ipsam lineam. Etenim Herminus putat hic non intelligendum esse corpus naturale, quippę hoc sit substantia, sed mathematicum, ꝙ secundum nudas prorsus dimensiones accipitur. At qui pace Porphyrij, corpora mathematica non linea, sed plano mathematico diuiduntur.

duntur. Nisi itaq; dixerit hoc, ob angulum solidum, nam solida plana paralella scilicet ęque distantia per lineā angularem inuicem coniunguntur, & copulantur. Sed quomodo linea diuisa, pūctū habet terminum communem, et diuisa superficies, ipsam lineam uel corpus superficiem. Nā diuisa quæ proprijs terminis circūscribuntur, ac proprios terminos habent, amplius non habent terminum communem, ad quem partes ipsorum copulētur. Nisi consideranda sit diuisio, in potentia, & non in actu, quia potētia in linea, terminus communis est pūctū, & in superficie, est linea, & in corpore, superficies, si debeat esse unus terminus amborum, quod quidē quantitati continue adesse, atq; adiūgi oportet. Nam quę actu diuisa accipiūtur, & duo actu fiunt, si fuerint iuxta posita, & cōiuncta, efficiunt simul terminos, & ea quæ sunt terminata, fiunt attigua, si uerò nō fuerint iuxta posita, neq; poterunt esse attigua. Corpus autem, quatenus est trifariam diuisibile, & aptum metiri quātum est, quatenus tamē subiectum & idem atq; unū numero manens, contrariorum est capax, secūdum hoc substantia est quare sectatores Lucij, non rectè obijciunt Aristoteli, ꝙ ipse corpus de genere substantiæ transtulerit ad quantitatem. Sed annotādum est, qūo dixit. Adhuc pręter hęc tempus, & locus quanta sunt, quia non sunt unita corpori, nec tempus, nec locus, sed extrinsecus hæc cōsequunt corpus. Eȝdē loc⁹ circa corpus, & corporis dimēsionē cū sit, una cū corporib⁹ sese extēdit, & qten⁹ ipse etiā est interuallū et supficies quātitas erit, sed quaten⁹ est cōtinēs, & termin⁹, est ad aliqd Itē locus est continuū quoddā, qa eius partes copulantur ad terminum communem. Nam corporis partes, copulatæ ad aliquem communem terminū, quędam loca continent, quę loci partes sunt, & quædam loca ad eundē communē terminum copulantur, ad quē etiā corporis partes copulant. Vnde si locus est superficies cōtinentis, quatenus continet, & superficies est cōtinua, perspicuum est ꝙ etiam locus sit continuus. Verum non usus est hac demonstratiōe, quia nōdū perspectum est, quid sit locus. Nam hæc consideratio spectat ad cōtemplationem naturalem. Sed animaduersione dignum est, ꝙ hic corporis partes continuæ, per se in loco sunt. Nam etiam ipsę cōtinent locum. Verūtamē non per se, qa neq; sunt in loco per seipsa, neq; continentur per seipsa. Cæterum tempus quoq; quātum est, quia ipsum etiā in quadam distensione cōsideratur, & est numerus motus, continuū quoq; est, qa pręteritum eius, & futurum copulant ad terminum communem, qui est nunc, & cōnectuntur per illud, immo uidetur tempus esse proprijssimè cōtinuum. Nam unūquodq; aliorum continuorum, etiā diuidi posset, & diuideretur. At tēpus semper est continuum, & nūquā ex attiguis, quo igitur ab alijs cōtinuis differt? Item differt, quia illa hñt partes quę retinent positionem, tempus autem non est de numero eorum, quę hñt positionē. Hæc igitur dicta sint, quo ad explicationem, declarationēq; eorum, quę docuit Aristote. Sed nonnulli dubitant, quomodo quantum dicatur esse genus quanti, continui & discreti, siquidem quantū discretum sit prius natura, ipso continuo. Nam his in quibus est magis & minus, ac prius & posterius, non potest esse genus commune, quia unaquaq; specie sublata, genus non tolleretur, sed simul sublatis oppositis speciebus, tollitur genus, in quibus itaq;, magis & minus, ac prius & posterius sunt, si demeretur magis & prius, etiam simul tollerent minus & posterius, quare & genus, ob id ergo in quibus prius & posterius sunt, de eisdem nō potest aliquid, ut genus prædicari, ꝙ uerò quātum discretum, si prius natura quàm ipsum cōtinuum, ostendunt, eò quod sublato discreto, tollitur cōtinuum, sed non econuerso. Nam tribus sublatis, tollitur trigonus, sed trigono sublato, tria non tolluntur. Item quantū discretum, unà cum quanto continuo infert, nam trigonus infert, introducitq; tria. Item aiunt alterum esse simplex p se subsistens, & intellectum per se, aliud autem etiam positionem cōpręhendit. Itē idem ostendunt ex scientijs, quia inquiunt arithmetica est antiquior geometria, ꝙ quidē planè uerum nō esset, nisi numerus esset magnitudine antiquior. Idem etiam nonnulli pbant, eò ꝙ continuum est diuisibile indiuisibilia semper, igitur si non erit quātum discretū, neq; ipsum cōtinuum erit. Item puto etiam hoc esse dicendum, quia quantum dicimus esse mensuratum, at omne metrum, omnisq; mensura sm numerū fit, & numerus est quātitas discreta, igitur hoc præcedit cōtinuū. Vnde cōtra hec contendere, quod quantitas discreta non sit prior natura, quia ex cōtinui diuisione habet esse. Item quia sunt quędā cōtinua indiuisibilia, ut atomi & insectilia, uidetur esse insolentum, & furiosum. Porrò magis dicendum est, ꝙ quatenus continuum & discretum habent magis, & minus, ac prius, & posterius, non sunt sub eodem genere, sed quaten⁹ per seipsa, proximè communicant, & participant quanto, & hoc modo nihil uetat, quin cōtinuū (ut etiam discretū) æqualiter participet quanto, quo etiam pacto quantū erit genus utriusq;. Nam ut sint sub eodem genere sufficit communis participatio, & immediata. Nam quāuis tria sint ante trigonum quanta, tamen & continuum est quantū ante trigonum, quo etiam modo, uidemus in affirmatiōe & negatione. Etenim prior natura est affirmatio quàm negatio, & tñ nos uidentes ęqualiter ipsas se habere, quo ad enūtiare, atq; quo ad ueras, uel falsas esse, sub eodē genere easdē collocamus. Hæc autem Aristo etiam cum intellexisset, de quantitate discreta & continua, ubiq; prius ordinat discretum. Nam & in prima diuisione quanti, inqt. quanti aliud est discretum, & aliud cōtinuum, & numerādo singula horum, prius tradit ea quę sub discreta quantitate sunt, dicēs. Sūt aūt discreta numerus, & oratio. Verum quaten⁹ participant ęqualiter quāto, sub q̄ ueluti sub genere sunt, quārū ipsum opposito mō diuidūt. Sed adhuc Plotinus in libro primo de ente, q̄rit inquiēs, si cōtinuū quātū est, discretum nō est quātū: si uero ambo sunt quāta, oñdendū est qd sit ambobus cōmune. Et soluit q̄stionē in tertio, dicēs ꝙ cōmune eis est, hoc scilicet tantūdem. uidelicet ut termin⁹ & mensura consideratū, quatenus eò unumquodq; quantum cognoscitur. Nam hoc, numerus magnitudini nō impartiretur, ut quibusdā uidetur, sed est propriū metrū utriusque uniti, & inuicem coniuncti, & tamen cōpetit adhuc discreto. Nam unicuiq; peculiaris natura adest, ut in toto mundo spectare licet. Egdem natura cōtinui, quędam est ipsa magnitudo, secundum unionem, & duorū uel plurimū cōplexionem, coniunctionemq;, discreti autem natura uocat ipsa multitudo, secūdū cumulū aggregationēuē, & appositionem. Etenim secundum substantiam magnitudinis, est un⁹ mūd⁹, qetiam sphæric⁹ esse cōpręhendit, ac sibimet cognat⁹, digestus, et cōpage quadā connexus est, sed secōdū multitudine ipse est coordinatio, cōstructioq;, & ornamentū, uel digesta & cōcinna multorū elegantia, quę ex totidem (uerbi gratia) elementis, animalibusq; & plantis, ac ex tot tantisq; contrarietatib⁹, & similitudinibus, spectat, & cōpręhēdit, si ergo hęc in simulachris ita separata, sparsaq; sunt, longè prius erūt in ipsis intellectualib⁹ generib⁹, & ante hęc in ipsis specieb⁹ immaterialibus per se ea distant, quę habent cōmunem ut dixim⁹, mensurā, & terminū. Sed Lucius, & Nicostratus diuisionem refellūt, primò quidem, qa non uerè diceret magnitudo quantū. Nam pot⁹ magnitudo appellari debet tantūdem, & numerus, quantū, qb⁹ cōmune, siue quantū, siue aliud quid ęquocō uni speciei assignare, nominareq; debemus. Sed quanq̄ sępissimè cōtinuū sit tantūdem & discretū quantū, tamen sæpenumero uicissim unō alteri tribuit. Nam aqua cum continua sit, eam dicimus esse quātum, & non tantūdem. Nam multā esse dicimus, & non magnam. Item dicim⁹ tēpus quantum, quo circa meritò non fecit quantum, & tantūdem duo prędicamēta, neq; diuisit hoc predicamentum per tantūdem & quantū, sed per continuum & discretū, quorum unū alteri uicissim nūquam tribuitur, neq; cōpetit. Item nonnulli ceu Architas, & postea Athenodorus, atq; Ptolomęus mathematicus damnāt diuisionē in duo genera, qppè post numerū, & magnitudinem tertiam speciem ordinare debebat, quę

sit grauitas, uel inclinatio, momentũue. Sed dicendũ est, quod grauitas, est qualitas, ceu dẽsitas & crassitudo, quæ est non secundum quãtitatem, sed secundum qualitatẽ, & his cõposita, ut raritas, & tenuitas, subtilitasue. Sed mna & talentum quæ grauia esse dicuntur, ubi quouè compręhẽderẽtur? Nam si redigemus ea ad prędictas qualitates, nequaquã dicemus ipsa esse quanta, quod si eadem quãta per accidens esse dicemus, à uerò longè aberimus, quippè nequeant simpliciter, nec secundum numerũ, nec secundũ magnitudinem, seorsum quanta dici. Sed animaduertẽdũ est, quod nũquã sicut album est quantum per accidẽs, quia superficies in qua est quanta esse percipitur, ita inclinatio momentũq; est quantũ, sed ipsum per seipsum est quantũ, quia per seipsum suscipit quãtitatis proprium, quod est æquale & inæquale, ceu alia suscipiunt excessum, & defectum. Nam opus est nobis etiam adhibere mentem ipsi Architæ, diuidenti trifariam quantum. Nam sic scribit, tres sunt quãtitatis differentiæ, alia est ipsius unũ aliquid in momento, ceu talentum, & alia in magnitudine, ut bicubitum, & alia in multitudine ut decem, quã diuisionẽ etiã Iamblicus admittit, perinde ac facta sit secundum perfectissimam mensuram quantitatis, ac tanquã rebus cõgruens, & consonãs sit. Nam quantitas secũdum momentum, neq; in magnitudine, neq; in multitudine est, sed magis in motu uersari comprehenditur, & habet quantitatem secundum grauitatem & leuitatem, prætermissa igitur est. inquit hæc diuisio sic se habens, quantitatum, aut quantorum, alia habent momentum, alia non habent, quę diuisio (ut cõstat) nec cõtinuis, nec discretis, nec his quę habent positionem, nec his quæ nõ hñt positionẽ eadẽ est, et hęc diuisio. inqt. in uniuerso manifesta, euidẽsq; esse uidet, cũ quatuor elemẽta habeant momẽtũ inclinationẽuè, et cœlũ sit sine momẽto huc uel illuc inclinante, & inter motus nõnulli q in rectũ prodeũt in momento inclinante ad loca uersentur, habentea principium, & finem, ac statione intermedia intercepit. Ille uerò motus qui in orbem fit, continuus sine principio & fine, tanquã semp mobilis sine momento, & inclinatione est. Similiter talis differentia manifesta est inquit in quãtis incorporeis. Nam si quis statueret animam, tanquã quantũ per se, quatenus tendit in corpus, habebit momentũ deorsum, quatenus uerò ab inferioribus ad intellectuale consurgit, & tendit, inclinationem habet ad sursum. At mẽs, est quãtum sine momento & inclinatione. Sed inquit cur interualla uocis, ac extẽsiones quantas esse dicimus, & interualla inclinationis momẽtiuè non dicimus quanta? Porrò Iamblicus ad Cornutum, & Porphyrium (dicentes momentũ secundum grauitatẽ, & leuitatem, consideratum, esse quãtitatem) respondet momentum nõ esse grauitatem nec leuitatem, sed mensuram grauitatis, & leuitatis. Nam ipsa per se grauia uel leuia, in infinitum procederent, cum ex seipsis nullum terminum habeant, sed quum uis momentis ex mẽsuris ingesserit ordinem, & terminum, ipsis grauibus & leuibus, talia sane in bonã ordinationem, ac rectã constituta sunt. Cõmuniter itaq; hęc de quantitate solent dubitari, et hoc modo solui, sed seorsum & peculiariter de unaquaq; specie quanti ambigentes, imprimis de numero diuidentes, aiunt, quod alia quędam est natura numeri, qua est definitus, & quantum secundum accẽtum grauẽ, & alia est qua est quantum cum accentu acuto, & indefinite, & hanc esse manifestam, quando dicimus numerũ esse quantum cũ accentu acuto, alteram uerò tradunt fuisse prętermissam, ab his qui de ipso disputarunt, contra quos mox instãdũ est. Nam numerus, quando dicitur quantus cum accentu graui, non habet aliud esse, & aliud quando dicitur tãtus, Nã si omne quod numero participat, habet esse tantũ, quomodo numerus erit quippiam aliud à tanto? non enim quantum in numero est quoddam materiæ proportionabile, sed est discretum quoddam, quod iam numerus est. Nã discretum quantum, solum multitudinem efficit, & hæc determinatum numerum. Item compositorum & materialiũ, hoc proprium est, ut aliud sint ipsa, & aliud esse ipsorum, ceu aliud est ipse homo cõpositus, & aliud est homini esse scilicet ipsiua subsistẽtia per formã. At immateriales species, & incompositę (ut etiã Aristo. demonstrat) sunt eædem cũ suo esse. Quod si quis unãquãq; substantiarum, quæ sunt, uoluerit afferre atq; assignare, & aliã postulet esse substantiam ipsius, & aliam esse proprietatem, & formam is, intelligat, quod numerus specificus, & unaquæq; alia species, simul sint cum substantijs entium, quę nec priora ipsis, nec posteriora sint, sed substent per substantias, quemadmodũ substantiæ numerantur per numeros. Sed inquit Plotinus, cur cum ille numerus sit substantialis, hic uerò non est substãtia? Nisi quod neq; alia quæcũq; sunt hic, sunt uelut in diuersis diuersa, & in mente uelut accidentia considerantur, sed ipsa per se stant, ut iustitia, hic est habitus animę, quia subsistit participatione, & quale patitur, sed in mẽte est idipsum quod est. Etenim ratio iustitiæ in anima, substantialis subsistentia est, sic etiam numerus, & unaquęq; alia species, quę in sensibilibus (cum participet diuisim ipsis) accidẽs fit, sed in ipsis speciebus immaterialibus, unico modo indiuisibiliterq;, sunt definita & determinata, in substantijs acto. Hic igitur est alius dicendi modus. ut inquit Diuus Iamblicus. Sed de numero numerante, & constante unitatibus, rursus dubitat Plotinus, quo quinque ęquè spectantur, & alia similiter secundum unitatum compositionem, metiuntur, nũ is numerus insit rebus numeratis, an seorsum existens, ueluti regula mensuret. Etenim si seorsum existens, mensurat, quę numerantur non erunt quanta, cum non participent quanto. Deinde mensurę sint separatæ ut mensurant, cur quanta erunt, & non potiua ipsemet quantitates, nam ipsamet quantitas, non prorsus est quantum. Sed hoc soluens inquit, quod si numeri qui sunt in rebus, ad nullũ aliud prædicamentum reducuntur, sint ergo quantum. Verum Iamblicus inquit, quod sicut aliæ formæ, speciesq; materiales se habent sic etiam numerus adest, & simul est cum rebus numeratis, non tamen simpliciter in ipsis habet subsistentiam, quę nec comitatur, consequiturq; ipsas res aduenientes, nec aduenit ipsis uelut accidens, sed ipsa habet quãdam propriam cum rebus substantiam, qua determinat, & coordinat ea quæ numero participant, ad propriam mensurã. Item Iamblicus inquit, quantitatem quãiam esse non absurdum haberi, tãquã sibimet id prębeat, quod etiam alijs impertitur. Etenim inqt primò species separatæ ipsius ideę à seipsis incipiunt, & secũdũ actionem in seipsis propriam speciem seipsis exhibent, & alijs à seipsis simul impertiuntur. Sed puto animaduertendum esse, quomodo quãtitas seipsa participare diceretur, ut ipsa sit quantum, & ęqualitas ęquale, & in alijs similiter. Nam id quod participat, aliquod aliud est, & deinde participat, sed numerus quantum meritò dicitur. Nam differentia discreti, cum genere quantitatis, efficit totum quantum. Item numerus erit quędam quantitas, quia genera prędicantur de suis speciebus uniuocè, siue ergo numerus eò numerus dicatur, quia numerat, siue eò quod numeratur, hoc modo ubiq; erit species quãti sed tot de numero dicta sint. Reliquum de oratione ambigunt, quomodo ipsa in quanto collocetur, primò quia ea quæ sine complexione dicuntur, rediguntur & collocãtur in prędicamenta, sed oratio secundũ complexionem fit. Deinde si oratio est tanta, erit ergo secundum tantum per accidẽs quanta, quatenus tamen oratio significatiua est secundum percuasionem aeris subsistit, siue ergo oratio sit quędã percussio, siue sit imprẽssio figurationè percussionis, formãs ipsam, aut passio, aut actio. Actio inquam quatenus fit motu, impetuq; mentis, secundum phantasiã. Affectio passione est aeris, igitur oratio in uoce erit, uel in prędicamento actionis, uel passionis, uel erit actio, & passio, & non quantum. Si autem quispiam determinauerit uocem, & orationem secundum percuasionẽ solam, certè rediget ipsam in prædicamento motus, si uerò secundum aerem percussum, amplius non erit in uno prædicamento, siquidem non sit unum id quod significat, nec id quod consignificat, nec agẽs, nec id in quo agit, & operatur. Porrò cõtra

hæc occurrens Iamblicus inquit, uocem nõ ponimus simpliciter cõtillere, in percussione aeris. Nam & digitus percutit aerem, & nondum efficit uocem, sed si quãta erit percussio, & uehemẽs, tanta, ac talis ut fieri audiatur, & mensuræ auditus respondens, & equetur, atq; si habuerit in se ipsa excessum & defectum, hæc proprie existimaretur uox, itaq; Aristo. secundum magnitudinem uocis ponẽs uocẽ, mensuram, & quantum, meritò asserit ipsam esse quantã. Hæc igitur Diuus Iamblicus, suis uerbis scripsit. Puto autem dubitatione dignum esse, quomodo non hac ratione etiam propriũ sensibile gustus, & odoratus erit quantum, quippe tanta ac talis quantitas saporis & uaporis esse debeat, ut sensibilis fiat, & ipsa sit gustabilis, & odorabilis. Item neq; Aristo. uidetur dicere orationem esse quantum, secundum hoc commune, sed quia mensuratur syllaba longa, & breui. Atqui neq; hoc est sufficiens aiunt. Nam neque oratio, quatenus oratio mensuratur, neq; breuis syllaba, sed quia in tempore maiori uel minori profertur, quare tempus erit mensurans, tempus minus scilicet maius, ceu tempus syllabæ orationis tempus. per accidens igitur syllaba, quatenus syllaba, orationem mensurat. Sed Porphyrius ad hæc ait, q nõ eò q syllaba breuis breui tempore dicitur, ideo est breuis, sed suapte natura habet paruitatem, similiter autem, & natura sua longa est. Etenim ea quæ angustæ arteriæ spiritus tenuitate profertur, breuis dicitur, illa uerò longa appellatur, quæ late ampleq; propter multitudinem spiritus, quare ut sua natura breuis, in breui tempore profertur, & sua natura longa in longo tempore Verũ põt etiam natura breuis, longo tempore proferri, & natura longa in breui. Nam hoc differt metricus, ab eò qui rithmos efficit, quia alter utitur longitudinibus, productionibusq; literarum, secundum naturam, alter uerò utriusq; naturas uicissim mutat. Nam quando mutat metrum, qui dactilus uocatur in rithmum, pæonium, tũc longis syllabis, ut breuibus & econtra utitur. Metricus uerò si opus ei est, mutat elementa, ceu quando dicit xeron pro xero, & dionyson cum omicron, pro dionyson per omega. Si igitur quo ad hæc differunt, id quod natura breue est, & id quod tempore breue est non dicetur syllaba tempore breuis, sed eò q breuis est, in breui tempore proferretur. Sed dicũtur, cur literis non dixit mensurari orationem, sed syllabis? Fortè quia literæ iuxta suum caracterem considerate, non efficiunt prolationem, elementa uerò intellecta iuxta potentiam suam, & pronuntiationem, faciunt longitudinem secũdum quantitatem orationis, idcirco in uno atq; in pluribus nihil minus syllaba fit, & longitudo, & breuitas pronũtiationis fit, eo modo quo elementa suapte natura se habent. Item dicunt quomodo dixit Aristo. orationẽ longa & breui mensurari. Nam sufficiebat q breuis sit mensurans, & ipsam longam, uel non omnis breuis bis facta, mensurat lõgam. Etenim supponunt quãdam syllabam longiorem esse longa, oportet igitur longam quidem, longas, & breuẽ, breues mensurare, uel omnis breuis à breui mensuratur. sed non eadem semper, nec semel, sed alio & alio modo alia simili modo, & longa non semper ab eadem longa mensuratur, uel ab eadem breui, sed ut contingit cum extenduntur, in longitudine, ea quæ mensurant, his quæ mensurantur. Verum illud (mensuratum) potest significare hoc, componitur ex his. Si igitur oratio constat ex mensuris, quæ syllabæ sunt, oratio utiq; erit quantum secundum suũ esse sed non simpliciter quantum, secundum quantam significationem, quemadmodum locus non quodius quantum, sed quantum contentiuum dicitur, quod si etiã oratio tanta dicatur, non esset hoc aduentitium, quemadmodum neq; numero, neq; magnitudini hoc uocabulum tantum non est aduentitium. sed puto illud dubitatione dignũ esse, q si omne quantum est ut mensurans, proinde numerus mensurat discreta, & cubitus continua, oratio ergo qd mensurat? Fortè partes orationis scilicet syllabæ, mensurant, & oratio mensuratur, nõ enim quanta duntaxat mensurantia sunt, sed etiam mensurata. Cæterum ad illam primam obiectionum rationem, quæ dicebat quod ea solum ad prædicamenta reducuntur, quæ sine cõplexione sunt. At oratio, cum complexione consideratur. Dicendum igitur quòd nomen, & uerbum sunt oratio secundum hoc significatum orationis, quinimmo & omnis dictio, quamuis non significatiua sit, hoc modo dicitur oratio. Nam & ipsa syllabis mensuratur, & propter hoc quanta est. Deinde etsi oratio secundum complexionem sit, tamẽ ut quãtum est sub quantum, ut genus reducitur, quemadmodũ composita substantia, ex multis substantijs sub substantiam reducitur, & compositus color, sub colore & qualitate. Nam sub quo simplicia collocantur, sub eodem etiã composita, ex illis simplicibus rediguntur. Item aiunt cur enim dubitando dixit, si quinque sit pars ipsarum decem, forsitan non propter dubium, sed quia decẽ possunt multipliciter diuidi. Etenim i sex, in quatuor, septẽ, tria octo, duo, nouem, & unum diuiduntur. Totidem igitur de quantitate discreta, dubitata, & soluta sunt. Reliquum idẽ uir de continuo hæc dubitat. inquit corpus qua corpus, & superficies, & linea, ac prorsus magnitudo, qua talia nõ sunt quanta, sed dicuntur eò quod participant tanto & numero, solus igitur numerus est quantum. Soluens autem hæc, rursus in tertio. inquit processum puncti, & fluxum esse in longum, etsi fuerit ad unum linea fiet, si autem à duo superficies, si autem ad tria corpus, quod etiam si distãtia ampla fiet, magnum erit corpus, si uerò angusta, paruum, unde cum processus & fluxus fieret secundum cõmunem terminum tale, q oritur est cõtinuum, sed cum per propriũ terminum fluet, tunc erit discretum, & diuisum, magnitudo igitur est quanta, licet indefinite magna uel parua sit. sicut etiam multitudo indefinite est multa, uel pauca. Equidem quod est definitum aliqua mẽsura, uel numero, uel cubito, tale definite dicitur. Sed scire oportet: quod quãuis linea propria diffiniretur mensura, uel uniuersaliter continuum quantum, tunc quantum erit determinatũ, sed hoc habet secundum participationem. Verum sua ratione, solum est quædam distantia, & non quantum Nam si quantum ipsum est, quatenus etiam quantum est, dici potest, quantum & ipsa distantia participat quanto, uerumtamẽ non suimet ratione distantia, quantum est. Fortè igitur neq; quatenus mensuratur continuum suĩpsius ratiõe, definitum quantum est, sed secundum participationem. Item neq; quantum non mensuratum indefinitum est, sed dicẽdum est, quòd uniuersaliter suĩpsius ratione, est quantum. Atqui continuum quantum est, quatenus dimensum est suĩpsius ratione, ad unum uel ad duo, uel ad tria. Nam quẽadmodum numerus secundum discretum habet quantitatem; ita & magnitudo secundum distantiam, quanta est. Nam existimo quòd illud quod distat ab uno, & impartibili, atq; periclitatur ferri in infinitum, & indeterminatum, indigeat mensura etiam quatenus quantum factum est, ut eo determinatum sit, quo & quantum est. Et cum duplex sit quantum scilicet secundum discretum, & continuũ, duplici quoq; opus fuit quantitate. Item aiunt, cur cũ prius non docuisset de loco, uel tempore, non ipsis tãquam notis utitur? Nisi quia non proponit substantiam ipsorũ tradere, quippe hoc ad naturalem considerationem spectet, quam in naturali auscultatione, tractat. Sed quòd quidem sufficiebat logicæ contemplationi, secundum communem ipsorum intelligentiam, fecit reductionem ipsorũ ad quantitatem, ueluti ad proprium genus. Præterea dicunt quòd forte melius fecit Andronicus, qui cum fecisset diuisim & singillatim locum & tempus prædicamenta, sub eisdem locauit ubi & quando. Aut forte & ad hoc dicendum est, quòd alia est temporis conceptio, secundũ quam tempus est quædam extentio, & alia est ipsius quando, secundũ q̃ habitudo eorum quæ sunt in tempore, ad tempus considerantur. Similis conuenit ratio de loco, & de his quæ sunt in loco, quocirca Aristo. rectè alibi ponit quanta, & alibi ordinauit habitudinem ad hæc quanta. Sed meritò existimo quispiam quæreret, cur quemadmodũ

temporis & loci participationem in aliis prædicamētis posuit, non sic etiam participationem substantiæ, uel qualitatis, uel alterius cuiusdam quantitatis, ceu numeri & magnitudinis seorsum fecerit prædicamenta. Nisi forte quia accidentia in substantia considerantur, & substantia in accidentibus, unde hæc inuicem insunt, & propter hoc habitudo ipsorum connexa est, & non aliud quid est ipsa substātia, & aliud ipsa habitudo ad substantiam. Tempus uerò & locus, aliquo modo extrinsecus considerata alia quidem ipsa sunt, & alia est habitudo eorum, quæ sunt in loco, & tempore ad ipsa, Etenim eorum quæ consequuntur extrinsecus naturam, tempus & locus esse uidentur, quemadmodum de numero eorum quæ complent naturam, sunt materia, forma, & motus. Item forsitan quando non simpliciter significat, id quod est in tempore, neq; ipsum ubi quod est in loco sed temporis & loci proprietate quatenus talia sunt, quemadmodum distantiæ, & quanta, numerantur in quanto. Verum si quis tempus uelut mensuram motus putet reduci oportere ad genus ad aliquid, diuidēdum est duplicem mensuram dupliciter, aut est mensura secundum se, aut secundum relationem ad mensuratum, si uerò secūdū se mensura accipiatur ipsa, tum est quantum principium, et genus omnium quātitatum, sed si accipiatur ut respicit mēsuratum, erit ad aliquid hoc igitur mō etiam temp⁹ est mensura motus, ut autem est per se mensura quantum erit, quatenus mensurat, ut autem respicit motum ad aliquid erit, & nullum est incōmodum, iuxta alios & alios conceptus, in diuersa prędicamenta collocari. Deinde post tempus de loco dubitant, nūquid cōtētiuus corporis sit, ut locus igitur est uelut substantialis qualitas completiua substantiæ, & non amplius quantum, uel consideratur secundum solā habitudinem, & sic ad prędicamentum ad aliquid redigetur. Sed hoc etiam dicendum est, quòd secundum distantiam, quatenus est terminus continentis, & continet contentū, superficies est locus, & quo ad hoc necesse est ipsum quātum esse fateri, si uerò consideretur secundum habitudinē ad contentum, mirum non est, si locus etiam reducatur ad prædicamentum ad aliquid, quemadmodum & tempus. Hactenus igitur processerunt dubitationes, & solutiones, circa primam quāti diuisionem. Postremò Diuus Iamblicus suam cōtemplatiuam scientiam, hic etiam insinuās, prima principia duarum specierum quantitatis, & unius continentis ambas nobis indicans, sic scripsit. Nam cum ipsius unius uirtus, à quo omne quantum emanat, extenditur per omnia, & terminat unumquodq; à seipsa fluens, quę quatenus omnia penetrat indiuisibiliter continuum constituit, et qua fluxum unum efficit, & indiuisibilem, ac sine determinatione, & qua procedens stat iuxta quamlibet specierū, & qua determinat unumquodq;, & efficit unum esse unūquodq;, hac ratione quidem discretam quantitatem producit. Sed secundum unam principalissimam causam, continentem simul has duas operationes, dico quanta producit, & secundum identitatem ubiq; & totam naturam suā in singulis partibus, & in omnibus continuum efficit. Sed secundum identitatem uniuscuiusq; ipsorum ad seipsum, & quia tota est in unoquoq;, quantitatem discretam producit. Et secundum unionem intellectualium quantitatum, adinuicem continuum conficit, sed secundum unionem, unitatemq; separatam ipsorum adinuicem, discretam quātitatem. Item secundum stantem ipsius actionem discretam, efficit quantitatem, & secundum fluentem, & labētem, continuam procreat quantitatem. Cum uero simul manet, & fluit, progrediturq;, duas efficit species. Nam uirtus intellectualium mensurarum, simul continet utraque, manentia in uno & eodem. Vnde si quis intellectualibus & diuinis mensuris, diuersa istorum distribuerit, quandoquidem illa immobilia sint, longe a Peripateticis traditionibus deceptus erit, si uerò ea quæ fluunt, & progrediuntur illis eisdem tribuerit, tum à Stoicis decipietur.

Adhuc hæc quidem sunt ex habentibus positionem adinuicē earum quæ in ipsis partium consistunt, hæc autem ex non habentibus positionem puta partes quidem lineæ positionem habent adinuicem, quælibet enim ipsarum iacet alicubi. & habebis utique percipere & aßignare, ubi quælibet iacet in plano. & ad quam partem reliquarum copulatur. Similiter autem, et partes plani positionem quandam habent. Similiter enim utiq; aßignabitur ubi quælibet iacet, & quæ copulantur adinuicem. Similiter autem & quæ solidi, & quæ loci. In numero autem non habebit utiq; aliquis ostendere, quod partes ipsius positionem aliquam habeant adinuicem, uel iaceant alicubi, uel copulentur adinuicem partiū. neq; quæ temporis, nulla enim partium temporis subsistit, Quod autem non est permanens, quomodo utiq; positionem aliquam habeat? sed magis ordinem quēdam dicas utiq; habere, eò quod hæc quidem sit prius temporis, hæc autem posterius, & in numero autem similiter: eò quod prius numeratur unum, quàm duo, & duo, quā tria, & ita ordinem quendam utiq; habebit, positionem autem omnino nō accipias utiq;. & sermo quidem similiter, nihil enim partium ipsius subsistit. Sed dictum est, & non est adhuc hanc accipere. Quare non utiq; erit positio partium ipsius, si nulla subsistit, hæc quidem igitur ex habentibus positionem adinuicem, earum quæ in ipsis partium consistit, hæc autem ex non habentibus positionem. Propriè autē quanta hæc sola dicuntur: quæ dicta sunt, alia autem omnia secundum accidens, ad hæc enim respicientes, & alia quanta dicimus, puta multum album dicitur, eò quod superficies multa sit, & actio longa, eò quod tempus multum sit, & motus multus, non enim secundum se unumquodque horum quantum dicitur, uelut si aßignet aliquis quanta quædam actio sit, tempore determinabit annuam, uel ita aliqualiter aßignans, & album quantum aliquis aßignans, determinabit superficie. Quanta enim utiq; superficies fuerit, tantū, & album esse dixerint. Quare sola proprie & secundum se quāta, dicūtur hæc, aliorū aūt nullum ipsum secundum se. Sed aut forte secundum accidens.

Post primam diuisionem quantitatis, affert etiam alterā qua constituuntur ea quę hñt partes, quæ hñt in seipsis inuicem positionem, & quæ nō habent eas partes, quę mutuā hñt positionē unde hac etiam opus fuit, quia una nō suscipit uniuersas differentias. Etenim si oē illud qđ est partium habentium positionem, continuū est, nō tamen omne continuum, est de numero habentium positionem. Nā tempus positionem non habet. E contrario autem se habet discretum, quandoquidem discretum positionē non habeat, non tamen omne non habens positionem discretum est, qppe tempus non habet positionem, & discretū nō est. Porrò assumpta est secunda diuisio, ut apponantur differētiæ à priori sumptæ, & appellatur talis subdiuisio, cum sit quędam secunda eiusdem generis diuisio, secūdum diuersas differentias, ut enim hæc diuisio mortale & immortale, diuidens aial, nō suscipit differentias secūdū rationale & irrationale, neq; illæ econuerso easdē prędictas, ob hoc itaq; opus fuit subdiuisione, eodem quoq; modo hi fit. ut igitur oēs cōplectaī differentias, quæ sunt sub quantitate, duab⁹ utebaī diuisionibus. Quęrere dignū est, qd est illud qđ habeat positionē, nūqd tale egeat trib⁹ his. s. loco ī quo iacet, & tali coexistentia partiū (ne cum aliæ fiūt, priores intereant) & tertio, continuatiōe, & connexiōe mutua partiū ut quidam putant. Forsitan oportet coexistētiam partium, adinuicem omnino adesse habentibus positionem, sed in loco esse non omnino ei quod habet positionem, neq; secundū rerū naturā, neq; śm traditionē Aristo. opus est. Nam quæ nō distāt pluribꝰ modis, ceu linea in loco nō est, quare neq; in loco ponenī, sed dicunī habere positionē. Etiā Aristo.

non

non dixit simpliciter ea quæ habent positionem esse in loco, sed habere mutuã connexionem partium in seipsis. s. ne, inquit Iamblicus, quorũ omnes partes inuicẽ coexistunt, & acceptione talium simul connexa totũ ex ipsis habet esse. Nã eo ꝙ dicit adinuicem, ostendit ꝙ non dicit positionem ſm locum, sed ſm habitudinem, diuidẽs hæc contra ea quæ habent esse dum fiunt, quorũ partes nunquã permanent. Nam proprie positio dicitur, de his quę sunt in loco. Equidem unumquodq; q̃tum cuius partes simul existũt, dr̃ poni in illo in quo est, ut linea in sup̃ficie, & superficies in corpore. Etenim dicunt punctum, qñ dicunt unitatem hr̃e positionẽ, ut nõ in loco ponitur, sed uelut in linea. igiẽ unũquodq; cõtinuum, quãtum est, ut sua natura postulat ita etiam propriam positionem habet, equidẽ corpus quia in loco est, etiam in loco positionẽ obtinet, & superficies similiter in corpore, & linea in superficie. & punctum in linea. Etenim & Aristo. plane dixit, ꝙ partes lineę in plano iacent ponunturq́;, & uniuersaliter si uoluisset ea quæ habent positionem in loco, eandem positionem habere. nõ dixisset etiam partes loci habere positionem. Non. n. est locus in loco, ne in infinitum quæremus loca, ante loca, sed superficies cũ erit locus, habet positionem in corpore, cuius est, ut superficies. Item & ipse Aristo. inquit. ꝙ ut se habent mathematica ita & alicubi positionem habent. Sed forte quispiam admirationem de Diuo Iamblico, sic scribẽte de loco. capiet. Locus aũt, ut superficies qdẽ erit in corpore, cuius cũ sit cõtinet corpus, sed ut locus in cõtẽto sub ipso erit. Nã qa ipsum est, in loco est q̃ppe in loco poni dr̃. Alioqn locus in loco erit, & doliũ in uino, etenim hoc ſm ipsam proportionem sequetur, sed qũo non uidebitur, hoc esse de numero quæ affirmari non põt? Verũ processu operis, Iamblicus inquit. forte per accidẽs est in loco. Equidẽ locus, & superficies, subiecto sunt idem. Sed pace Iamblici, melius est ſm Aristo. sententiam de loco sic intelligere, sed si quis spatium interuallũq; dicit esse locum, qui semper habeat corpus & ipsum per se corpore uacuũ sit, atq; aliud pręter corpus consideratur. ergo non diceretur cum sit continuum, & habeat partes inuicem coexistentes, de numero eorum, quæ habent partes positionem obtinentes, in seipsis. Item ubi poneretur, cum neq; hoc sit alicuius terminus. Forte igitur ꝙ est ordo in discretis, hoc est positio in continuis. Nam ut discreta propter distantiam elongationẽq; ab uno indigebãt ordine, ut ſm eundẽ ꝓpe unũ iaceãt, & non inordinate sparsa confundantur, ita & cõtinua cũ ab illo impartibili decidãt, in quo ut in eodem oĩa erãt indigẽt positiõe, qua alię partes alĳs copulentẽ ad decorẽ spẽi, ne instar cumuli sit cõgesta, & ſm hãc intelligentiam, non necessariũ est alicubi poni posita, uelut in alio. Nam Thesis deriuatur (ut existimo) ab hoc thin, & teste, græce, quo pacto extẽsionem significat. sed de his quę habent positionem, hæc dicta sint. Cęterum Aristo. quũ numeret ea q̃ positionem non hñt, primo loco ordinauit orationẽ. & inquit. ipsam nec alicubi poni nec habere partes quę habeant positionem adinuicem. Nam si oportet ea q̃ habent positionem permanere, cum oratio simul semelque dicta elapsa sit, & non permaneat. qũo itaq; haberet positionem? Similiter de tp̃e idem censet. in quo etiam plane indicauit, ꝙ oportet ea quę habent positionẽ, ut possideãt partes quæ permaneant. Nã inquit. quod non est permanens qũo hoc quandam positionem haberet? Verum hæc dicuntur habere ordinẽ, quatenus ipsius orationis una syllaba dr̃ prior, & altera posterior. similiter quatenus una pars temporis prior sit, & altera posterior. Iccirco tẽpus etiam cum continuum sit, non dicitur habere positionem, nã cum tp̃s comitetur & sequatur motũ, & oĩs motus iõ est, qa semꝑ fit, & tp̃s idipsum patitur & sortitẽ. iõ q̃uis sit utrunq; cõtinuũ tñ neutrũ habet positionẽ qm̃ partes eius eorum non permanent. Sed cur numerus non habet positionem, qñquidem partes eius uideantur ꝑmanere? Rñdet Iãblicus, quia unitas est punctum sine positione, & numerus cum ex unitatibus constet, ideo non habet positionem.

Item dicit, ꝙ neq; partes eius permanẽt, quippe neq; si numerata sunt, ideo alicubi est numerus, quia neq; oratio est alicubi, quamuis significata eius sint. Porro ut oratio dum profertur subsistit, ita & numerus dum numeratur superest. & ꝓꝑ hoc neutrius partes permanent, quare non habent positionẽ. Hęc quidẽ diuus Iamblicus dixit. Verum admiror, ꝙ numerus non dicatur habere positionẽ, quia partes eius non permanent. Non enim ut oratio est qñ ꝓfertur, ita & numerus, cum numeret aliq; quinq; digitos meos, tñ numerati sunt ſm suã spẽm, quapropter dicendũ, ꝙ numerus non habet positionẽ, quia cõtinuũ nõ est. Nã quæ hñt positionem, oportet ea esse continua atq; extẽdi. sic. n. & positio partiũ adinuicem uidebitur nõnullas partes, nullis copulare. Nam in ternario numero non est dicendum talẽ unitatem. ad talẽ cõponi, sicut in linea euidens est talẽ partem tali copulari. Sed cur non sic à numero euidenter sustulit positionem, quẽadmodũ plane sustulit ab oratione, & tp̃e? Forte quia positionẽ ipsius. penitus accipere nõn potes, uel (sicut expositores dicũt,) quia uidetur numerus recipere positionem, ꝓꝑ numerata. Forte quoq; quia designatiuũ, indicatiuũq; huius. s. hñtium positionem maxime est hoc partes, permanere, & cum oratio, & tp̃s plane non habeant partes quę permaneãt. & numerus habeat, qua de cã si haberet continuitatem, esset etiam de numero hñtium positionẽ, iccirco tacuit numerum. Veruntamen si oratio, tp̃s, & numerus, non habent positionem, tñ hæc ordinem loco positionis obtinẽt, ut dictum est. Equidem ordo proprie cõsideratur in discretis, quatenus prius & posterius in ipsis accipiuntur, unde in tp̃e, quatenus pręteritum pręcedit tp̃s præsens, & hoc futurũ, sic in eodem ſm ipsius discretionẽ ordo ur̃ considerari. In numero autẽ ordo non est in unoquoq; quippe non est ordo unitatum in ternario numero, sed in latitudine numerorũ, quia unitas p̃cedit dualitatẽ, & dualitas trinitatẽ, & sic deinceps similiter in oratione ordo est, quatenus aliæ partes p̃cedũt alias, & alię syllabę alias ante eunt. Sed ipse etiã hic dubito, qũo Diuus Iamblicus de oratione ait, ꝙ ut ipsa nõ insinuare ordinem, si quis spectet & consideret solam longitudinem eius & uocis successionem, etiam si fuerit non significatiua. Nam cur magis una syllaba, pręordinatur alteri? Sed pace Iamblici, cuiq; compertum est, ꝙ in orõne est ordo, & ꝙ si quis hoc nomen Socrates proferret, non prius proferret hanc syllabam, cra. sed, so. Verum contemplationis causa. Inquit Iãblicus, adĳciens hoc genus quãtis habentibus positionem, existimo illum dicere illam positionem, quæ est genus, perinde atq; omnibus simplicioribus in cõpositis, & his quę sunt in simplicibus, quæcunq; quanta sunt prębeat sedem, & basem. Nã dupliciter cũ accipiatur illud simpliciter, unum tanq̃ cõe ipsis compositis ordinatum, & ab eisdem contentũ, ut superficies ab ipso corpore habet positionẽ, alterum aũt est quod ut excedens, & separatum isdẽ & positionẽ in se ipso hñs, præbebit cõpositis. Itaq; indigemus positione, ut in secundis q̃tis continuationem intelligamus. Sed notandũ est, quòd secundum primam diuisionem, quinq; erant continua, & duo discreta, & iuxta secundam diuisionem, quatuor quidem sunt habentia positionem, ut linea, superficies, corpus, & locus, & tria sunt q̃ non habent positionem, ut numerus, tempus, & oratio, quorũ duo Iamblicus, inquit. ordinem habere, scilicet numerum & tempus, sed oratio aliquo modo habet ordinem, & aliquo modo non habet. sicut in superioribus determinatum est, quare & alia tertia facta est diuisio, secundum quam, quantorum alia quidem habent ordinẽ, alia uero non habent. Item adĳcit deinceps aliã quartã diuisionẽ, ſm quam, quantorum alia quidem sunt principaliter quanta, quæcunq; per se talia sunt, ut numerus, magnitudo, tempus, & id genus, de quibus quantum in quid est prædicatur, alia uero per accidens, quæcunque ſm aliqd aliud q̃ta esse dñt, ceu albũ dr̃ multum, uel magnũ, nõ quatenus albũ, sed quatenus in superficie est. Eqdẽ hõ ẽ lõgus, ſm lõgitudinẽ et motus multus, uel

pp tempus, uel propter locum. Nam si quis tradiderit quãtitatem eius, dicendo, uel illam esse annuã, certe is assignabit q̃titatem eius secundũ tp̃s, uel dicendo illã esse unius stadij, tunc secundum locum quãtitatem eius tradet. Itaq; uidetur fm hæc, & motus participare quantitate, & nõ esse quantus de se. Vnde uidetur esse quędam magna ambiguitas, & concertatio circa motum, siquidem nõnulli motum redigi ad p̃dicamentum ad aliquid fateantur, & nonnulli ad plura prædicamenta illum reducant. in quibus cõsideratur. Etenim motus est in quanto, ut auctio, & diminutio, & in qualitate, ut alteratio, & secundum locũ, atq; fm substantiam. Verum quidam alij actum & potentiam cõiter in omnibus generibus considerantes, aiunt motum esse cõem decem prædicamentis, cum ipse sit actus mobilis, quo mobile est fm traditionem Aristo. Alij uero collocant ipsum in duobus generibus. s. in actione, & passione. Plotinus tamen ipsum per se ante actionem, & passionem, tanquam genus proprium singulis motibus separauit, & determinauit. Atqui Iamblicus ipsum quantum esse uult, nam si motus subsistit in spatio seu in distensione, & interuallo, atq; ut inquit. habet per se successionem extensione sua q̃tus erit per seipsum, q̃nquidẽ & oĩo q̃ta considerẽ, q̃a ex interuallis q̃tis tãta subsistit & quatenus tãta lõgitudine mensuratur, & est mensurabilis. Vñ mirum non est motum esse quantum secundum suam extensionem, & secundum mutationem ex potentia in actu, in omnibus prædicamentis considerari, atq; fm aliam, & aliam suipsius naturam, aliter & aliter spectari & intelligi. Forte autem, & album non fm superficiem simpliciter extẽditur, sed habet album propriam extensionem in generatione coextensa superficiei q̃ alia est ab albo, sicut etiam motus dicebatur habere propriam extensionem, pręter tempus, & locũ. Etenim quantitatis quæ ad generationem procedunt, non seruant indiuisibilitatem specificam sed fm seipsas in generalem extensionem sese fundunt, & extendunt. Dubitant quoq; hi uiri, contra ea quæ hic dicta sunt, dicentes nihil habere positionem Nam si ea dicuntur habere positionem quorum partes permanent, & quum omnibus fluentibus nihil permaneat, igitur neq; positionem aliquid proprie habebit. Nisi materia quãquam continue fluat, & hoc aliqs cõcederet, atq; corpora in infinitum abeant, & additiones & ablationes, tamen est aliquid quod plane manet, siue illud sit secundũ subiectum, ut quidã aiunt, siue illud quod est proprie quale, ut alij sentiunt. siue sit substantia specifica, aut indiuidua substantia & composita siue etiam aliud quippiam tale, quod permanet in transmutationibus, & à principio usq; in finem cognoscitur. Nam sermo habetur de manifestis, & non de occultis, & his quæ in dubiũ uocantur. Secundo inquiunt. qua rõne album per accidens, est quantum, ut Aristo. dicit eo q; superficies est quanta, eadem quoq; ratione superficies erit quãta per accidens, quia participat multitudine. Sed respondemus q; oportet ad memoriam reuocare ea quæ prius dicta sunt. ubi dicebamus aliam esse speciem quanti secundum multitudinẽ, et aliud esse proprium quantum, quod quidem se habebat opposito modo ad quantum, fm multitudinẽ. Item si principalibus quãtis quæ numero septem sunt, insunt quædã indefinita prædicata, ceu multitudini multũ, & paucũ, & magnitudini magnũ, & paruum, & hæc prædicata ponere consueuimus, de his quæ sunt p̃prie quantis, sed de alijs p accidens. propter principalem quantitatem, ceu pp superficiem. Equidẽ constat q; pp tempus alia sunt quãta, & pp supficiẽ. quæ ostenduntur esse quanta principaliter, siquidem pp hæc & alijs ea insint, q̃ consequuntur quantum.

Adbuc aũt quanto nibil est cõtrarium. Indeterminatis quid enim manifestũ, quod nibil est contrarium, uelut bicubito, uel tricubito, uel superficiei, uel alicui talium. nibil enim ipsorum est contrarium. Nisi forte multum pauco dicat quis esse contrarium, uel paruo magnum. borum autem nullum est quantũ, sed magis ad aliquid. nibil enim ipsum secundum sed magnum dicitur, aut paruum, sed in referri ad alterum. uelut mons quidem paruus dicitur. milium autem magnum, eo quod boc quidem sit maius bomogeneis, boc aũt minus bomogeneis. Igitur ad alterũ est relatio. Quoniã si secundum se paruũ aut magnum diceretur nunquam utique mons quidem paruus diceretur. milium aũt magnũ. Rursum in uico quidem dicimus multos bomines esse, Athenis autem paucos. quamuis sint multo plures ipsis. & in domo quidem multos, in theatro autem paucos, quamuis sint ipsis multo plures. Adbuc bicubitum quidem & tricubitum, & unumquodq; talium quantum significat. Magnum autem, uel paruum, non significant quantum, sed magis ad aliquid. Ad alterum enim considerantur, magnum & paruum. Quare manifestum, quod bæc sunt eorum quæ ad aliquid. Adbuc siue aliquis ponat bęc esse quanta, siue non ponat, non est ipsis contrarium aliquid. Quod enim non est ipsum secundum se accipere, sed ad alterum refertur, quomodo utiq; erit buic aliquid cõtrarium? Adbuc autem si magnum & paruum sunt contraria, idem accidet, simul contraria suscipere, & ipsa sibiipsis contraria esse. accidit enim simul idem magnum & paruum esse. Est enim boc ad quidem paruum, ad alterum autem idem boc magnum, quare idem & magnum & paruum secundum idem tempus esse accidit, ut simul contraria suscipiat. Sed nibil uidetur simul contraria suscipere, uelut in substantia susceptiua quidem contrariorum uidetur esse, non tamen simul aliquid egrotat, & ualet, neq; simul album & nigrum. Sed neq; aliorum aliquid simul contraria suscipit. Et ipsa accidit sibiipsis esse contraria. Si enim magnum paruo contrarium est, idem autem est simul magnum & paruum, ipsum sibiipsi erit utiq; contrarium. Sed impossibilium est, aliquid ipsum sibiipsi esse contrarium, non est ergo magnum paruo contrarium, neq; multum pauco. Quare & si non eorum quæ ad aliquid ipsa quis dicat, sed quanti, nibil contrarium babebunt.

Quemadmodũ in prædicamẽto subæ, post diuisionem specierũ ipsius, & d̃riarum, transiuit ad ea quæ sunt p̃pria eius, & q̃ cõsequũtur illam eodem quoq; modo in q̃titate facit. Et primo tradit ea q̃' cõia sunt q̃titati, & alijs p̃dicamẽtis, deinde sic p̃pria eius considerat Inquit igiẽ, q; nihil est contrariũ quanto. Verũ forsitã ante expositionẽ Arist. rectius erit quãlibet specierũ q̃titatis, pauloante pertractã uidere. q̃uo nõ habeat contrarium, & q̃uo contraria q̃ in unaquaq; spẽ q̃ti esse uidentur, ipsi nõ insunt, quatenus q̃tum, sed quatenus ad aliud p̃dicamentum reducẽ. Equidẽ linea quatenus linea est, nullã habet contrarietatẽ, sed quatenus linea qualis, secundũ rectitudinẽ & curuitatem cõsideraẽ, & tales affectiões sortiẽ. Itẽ supficies quatenus duplici extensione extẽdiẽ, nullũ cõtrariũ hẽt q̃d si asperitas & lenitas circa ipsam cõsiderãtur, pfecto hæc nõ quatenus supficiem, sed quatenus talem superficiem, secũdum qualitatem eius, ceu albedinem, & nigredientem lineæ, non quatenus linea inesse dicimus, sed quatenus qualis linea. Silr dicendum est de superficie. Præterea corpus quatenus corpus. i. quatenus hẽt tres dimẽsiones, nullũ cõtrariũ habet. Nã incorporeum nõ est cõtrariũ corpori, ut Iãblicus quoq; ait. q̃a cõtraria sub eodẽ gñe collocanẽ, incorporeũ aũt, & corpus, nõ sunt sub eodem genere. Forsitã nihil p̃hibet subam esse genus ipsorũ. Nã dicimus subg, alia q̃dẽ corpus, alia uero incorporea. Vñ si incorporeũ negationẽ, & priuationẽ significat. certe nõ erit cõtrariũ corpori. Nã cõtraria in affirmatiõe, & positiua sunt q; si affirmationẽ significat. uel ergo q̃ppiã corpe melius & eiusdẽ causa, uel deterius q̃d etiam in corpore sit. Sed neutro mõ corporeũ & incorporeum erunt contraria. Nam cõtraria uigore, & potentia æquali, prędita esse debent. Similiter etiã quę sunt p̃xima proprio generi. Item neque tempori

est aliquid

est aliquid contrariũ, quatenus determinat propria mensura motum. Vnde si quis putes diem contrarium nocti, is certe non facit contrarietatem in tempore, quatenus tempus, etenim idem est, siquidem quando alicubi est dies, alibi nox sit, sed quatenus alicubi illuminatus est aer, & alibi obscuratus, qui etiam non quatenus aer est quantus, sed qualis, tales sortitur contrarietates. Item neq; numero aliqd est contrariũ. Nã discretus ẽ, & nihil habet cõtrariũ, ceu duo, uel tria. Nam oẽ discretũ unũ aliquid est, & ſm hoc nullum excessum, neq; defectum suscipit, quẽadmodum æquale, sicut etiam inæquale magis & minus suscipit, quo circa indefinitum est. Sed quid diceremus? si quis assereret par & impar esse contraria numeri, eadem ponẽdo duas species esse? similiter si quis eiusdem quanti continuum & discretum fateretur esse contraria? Nisi diuisio in substantiam, sit per opposita. Nam aĩalis aliud est rõnale, aliud uero irrationale. Item mortale & imortale, & tñ concedimus substantiæ nihil esse contrarium. Nam aliud est considerare contrarietatem circa substantiam, & circa q̃ntum penes ipsas qualitates quę accidunt ipsis, & aliud est ipsi subæ, uel ipsi quanto non esse contrarium. Item oratio quatenus quãta est, non habet contrarium. Nam uerum & falsum insunt orõni, quatenus significatiua est, sed non quatenus extensione profertur, & mensuratur syllaba breui, & longa. Reliquum est de numero quantorũ, locus, de quo etiã hunc in modũ dubitatur, nunqd suscipiat contrarietatem penes sursum, & deorsum, quæ quidem uel species, uel partes loci esse uidentur? Veruntamen nonnulli putant non esse natura sursum, & deorsum, sed ſm habitudinem ad nos considerari, ceu illi quid dicũt supra caput nostrum sursum esse, & deorsum qđ sub pedibus iacet. Vnde hi ponunt idem sursum & deorsum esse, ſm differentes habitudines, quo plane fit, ut hęc hoc modo non sint contraria. q̃nquidem contraria, in eodem secundum idem esse nequeant. Verum si sursum & deorsum accipiunt, nõ ſm habitudinẽ, sed uniuersi distãtiã, & intercapedinem, à medio ad extremũ & econuerso ab extremis ad mediũ, tum sursum & deorsum distabunt atq; differentia erunt secundum naturam. Sed ad istos dicendũ est, q; sursum & deorsum non significant locũ, sed p̃dicamentum ubi, sicut heri & hodie non significant tp̃s, sed prædicamentum q̃n. i. illud quod tempori adiacet. Hæc quoq; Andronico uidenť, & placent. Sed forsitã sursum & deorsum sunt loci differentiæ, & heri & hodie temporis, non tñ quatenus locus est quantum, & tempus similiter hoc habent, sed locus secundum positionem, & localem proprietatem quæ in prędicamento ubi assignata est tales differentias habet, tẽpus uero secundum mensuras à motu tales differentias hodie, & heri obtinet. Etenim locus & tempus, in quanto secundum solam extensionem assignanť. tamen ſm propriũ caracterem designationemq;, locus est in prędicamento ubi. & tp̃s in p̃dicamẽto q̃n. quare locus quatenus q̃tus est nõ habet sursum & deorsum, sed quatenus tale, quantum. Verũtamen Arist. ait, nisi quis multũ pauco, uel magnũ paruo, dicat esse contrarium. Nam quũ hæc sint quanta, uidentur esse contraria, tamen ostendit primo q; hæc non sunt quanta, sed ad aliqd. Deinde q; etsi quanta essent, siue non essent, adhuc non essent contraria. Quod uero magnum & paruum non sint, quãta, sed ad aliquid, hoc modo ostẽdit. Nam si parua magna dicuntur esse, & econtra magna parua cõparata, ad ea quæ sunt eiusdẽ generis, nullũ erit per se magnum uel paruum, sed habebunt relationem ad diuersa, & erunt ad aliquid sed antecedens est uerum, ergo & consequens. Verum in hoc syllõ coniunctũ, & deductũ tanq̃ manifestũ p̃termisit. Nã si magna dñr parua. & ecõtra magna parua, p̃fecto nihil erit per se tale, assumptionẽ autem ostendit, quòd mons paruus dicitur, & milium magnum si comparentur ad ea quæ sunt eiusdem generis, cũ illis. Deinde ostendit idipsum, in multo & pauco. Equidẽ plures in uico, uel in domo dicimus esse, tanquam ad domum & uicum comparatos, paucos tamen qui in ciuitate & theatro, si comparentur ut ad ipsa. Secundum autem argumentum adducit, ab actu significandi, q̃nquidem tricubitum & magnum aliquid simile non significent, sed tricubitum quantum significat, & magnum ad aliquid quo iure à significationibus efficit demonstrationem, quandoquidem secundum se prædicamenta differant. Vnde is syllogismus, talis est, omne quod significat quantum est, quantum, sed multum & paucũ, uel paruum & magnum, non significant quantum ergo non sunt q̃ta. Deinde probat ex superabũdãtia, q; etsi magnũ & paruũ q̃ta sint, siue nõ, adhuc nõ sunt cõtraria. hoc ãt oñdit hoc mõ, magnũ & paruũ multũ & paucũ nõ sunt per se, sed ad alterum referuntur, sed talia non sunt contraria, quandoquidem contraria per se sunt, & in propria natura subsistunt. Deinde idem ostendit, per deductionem ad impossibile. Nam si paruum & magnum erunt contraria, accidet contraria simul in eodem recipi, quod quidẽ fieri nequit. Deductum autem, p̃spicuum est quia idem potest esse magnum, & paruũ. Subdit deinceps in eisdem assumptis, aliã conclusionem hoc modo, Adhuc absurdissimum est, idem sibimet contrarium esse. Etenim hoc patet, siquidem idem sit magnum & paruum. At uero fieri nequit, ut idem sibimet contrarium sit quia contraria sic se habent, quod unũ alterum uicissim expellit, & tollit de medio. At nihil tollit, destruitq; seipsum naturaliter. Item constat q; ea q̃ sunt ad aliquid, nihil p̃hibet simul habere cõtraria, qa ad aliud, & ad aliud referuntur, sed quod contraria simul existant, impossibile est. Nam unum cum altero uicissim pugnat, nisi forsitan inquit Iamblicus respondendo Andronico, q; magnum & paruum, multum & paucum non solum ad aliquid sunt, sed etiam quanta indeterminata. Nam quando dicimus magna, tum q̃tum indefinitum significamus, quãdoquidem non indicatur quo quanto, uel qua magnitudine magna sint, uel quanta multitudine multa sint, sed q̃n maius & minus dicimus, tunc considerantur secũdum longitudinem, quam unum ad alterum habet. Vnde Arist. magnum & paruum duntaxat, ad aliquid tantum contẽplatus, est quẽadmodũ Plotinus eadem simpliciter duntaxat considerauit. Nam magnũ ad aliquid, inquit, dici pro maiori, sed cum Arist. asserat q; illud quod non potest per se accipi, sed ad alterum refertur, idipsum nõ habet contrarium, quidam instant dicentes multa contraria etiam esse in prædicamento ad aliquid, ceu scientiam ignorantiæ, & uirtutẽ prauitati. Forsitan igitur Iamblicus inquit, q; hoc nõ sine defectu dictum est, sed tale hoc modo est perfecte dictum, quod non est per se, sed ad alterum refertur, nulli eorum ad quæ præfertur contrarium est. Nam magnum milium ad paruum refertur. & non est magnum paruo contrarium. Forsitan quoque melius dicẽdũ est: q; Arist. non sustulit omnem oppositionem à quanto, quia non abstulit oppositionem, quæ est inter ea quæ sunt ad aliquid, sed sustulit eam solam, quæ secundum contrarietatem dicitur quare etsi aliqua oppositio secundum ad aliquid in quanto fuerit, ob id non destruitur sermo Aristote. dicentis quãto nihil esse contrarium. Scire autem oportet, quòd quanti aliud est indefinitum, aliud uero discretum, determinatum iam circunscriptum est, & intellectum secundum mensuram determinati, ceu duo, uel tria, uel cubitale, indefinitum autem sine circunscriptione, & incertum secundum aliquem excessum excedit, uel secundum aliquem defectum deficit, huiusmodi sunt multa, uel pauca, magnum & paruum. Item ipsum quantum indeterminatum, dupliciter dicitur, aliud quidem simpliciter, aliud uero ad aliquid. Nam illud quod non refertur ad alterum, homogeneum est, intellectum secundum propriam differentiam, qua ad ea quæ sunt dissimilis generis simpliciter dicitur, ceu quando paruus mons non ad homogenea, sed ad magnum domum referentes, tanquam ad homogenea ponentes, magnum dicimus, hoc tum simpliciter, dicimus ipsum esse magnum. Nam per se magnitudine participare, dicitur id

quod maius est domo, sed quando fuerint comparata ad ea quæ sunt eiusdem generis & magnum, & paruum, tanquam secundum comparationem habentium, tum hęc nõ simpliciter, sed secundum habitudinem ad aliquid considerantur, quo fit ut eadem ratio, pluribus cõgruat. Nam multitudo per se considerata aliud est, & aliud est quũ cõsideratur ſm habitudinem ad alterum. Vñ talia, suscipiunt magis & minus, & contraria eisdem simul insunt. Verum Diuus Iamblicus uult magnum & paruum, multũ & paucum, in his speciebus quæ sunt per se, & materiales, considerari Equidem quæ sunt per se, partim excellentiam uirtutis, partim secundum multitudinem purarum rationum sunt. At uero ea quæ sunt ad aliquid, & secundum comparationem, dicuntur in ipsis materialibus est uidere, in quibus magis & minus, atq; contraria simul ſm relationẽ, ad alterum & ad alterum sunt. Nam quũ accedit forma materiæ in ambabus, tum ista quædam uirtus fit. Nam quatenus materia participat forma, eidem assimilatur, & tum materiale multum & magnum fit. sed secundum propriã infinitatem horum. s. magis & minus, & habitudinis ad aliquid, sic etiam participat transmutatione, ad contraria. Cum itaq; sic se habeat Iamblicus inquit, non recte arbitrantur hi qui putant hæc omnia simpliciter dici, quemadmodum Plotinus opinatus est. Etenim consuetudo, utitur magno & paruo, & alijs huiusmodi sæpe, in his quæ sunt ad aliquid. Vnde qui aiunt milium magnum, secundũ cõparationem ad sibi simile in genere, tanq̃ maius significãs dicunt idipsum milium magnum, secundum quod est ad aliquid. Atq; uero Plotinus, inquit magnitudinem non esse de numero eorum, quæ sunt ad aliquid, sed ipsum maius, quemadmodum & duplum. Nisi forte non ita se habet sicut Plotinus dicit nam intelligentia magnitudinis extenditur ad ea quæ sunt per se & ad ea quæ sunt inuicem cõparata. Neq; enim magis diceretur id quod nõ participat magnitudine, atq; non insinuaret excessum, ſm magnitudinem. Sed nonnulli dicunt multa nihil aliud esse, quã multa multitudo in numero considerata quare non erit ad aliquid. Nisi facile sit aliam speciem numeri opponi, quæ dicatur ad aliq̃d quantum, in qua decem habitudines rationum continentur. Nam in eodem est plus & minus quod si quis numeri extensionem diceret esse simpliciter multitudinem, & paucum numeri contractionem, certe nihil minus est & in progressionibus differentiam numerorum, quædam consonans differentia inter se, qua excedunt mutuo, & exceduntur, atq; plures sunt & minores similiter in pũcto continuo procedente. prope uel eminus multæ fiunt differentiæ habitudinis, & excessus, & defectus, aut mox stante dum procedit uel tarde, uel etiam determinante excessum & defectum secũdum rationem, uel irrationabiliter. Nam sicut unum ad multa, uel ad pauca procedens, facit uarietates numerorum, ita & punctũ differentes magnitudinum habitudines operatur, sed aliquis terminus est processus ſm multum & paucum, aut magnũ & paruum, quia non procedunt in infinitum, sed habent aliquam mensuram procedendo. Nisi manifestum sit, q̃ unaqueq; species simul cũ sua proprietate, & quanto procedit, & facit aliquam mensuram suæ proprietati commẽsuratam. Non enim figura solum secum fert formam, sed etiam & magnitudinem, quæ aduenit materiæ cum extensione, & habet latitudinem magnitudo hic, propter indeterminationem aliqualiter materialis naturæ, quod si excesserit terminum magnitudinis, sese porrigẽs ad maius uel ad minus, tunc id quod constat tali magnitudine monstrum esse putatur, ceu apud nos quædam mulier Cilispa uisa est quæ habuit longitudinem quatuor cubitorũ. Et nanã, comitionesuę, in plerisq; locis nascuntur. indeterminatio igitur quædam, secundum unumquodque genus ingreditur in ipsis materialibus, iuxta excessum & defectũ. Veruntamen rationes ipsę participatæ, quæ per omnia penetrant, & permeant, efficiunt talia esse participantia, quales quidem sunt ipsę, ceu magnitudo & pulchritudo, & id genus aliorum. Vnde ea quę absolute participant ipsis, erunt simpliciter specie designatæ, & ea quę sunt in habitudine erunt ad aliquid. quemadmodum si quis diceret calida simpliciter, & calidius esse ad aliquid. atq; nonnulla tanquã per se. nonnulla uero in alijs, & nonnulla ut materialia. Sed Diuus Iamblicus perspectius, exploratiusq;, de quantitate tractans. q̃ ea quæ dicta sunt inquit. communis cuiuslibet quantitatis conceptio, intelligentiaq; talis est. Quantum equidem est diuisibile, in partes inexistẽs. Nam hoc similiter extenditur ad multitudinem, & magnitudinem. Item huius aliud est numerabile, aliud uero mensurabile, & horum utrunq; dicitur aliquo determinate & indeterminate, ceu lõgitudo dicitur determinate, quia cũ terminis est, & indeterminate quia incertũ est, usquequo termini extenduntur, & statuãtur. Vñ si omnia ſm cõionẽ ipsius generis, siue quantitatis. determinatæ sunt, nihil interest, si alterum ad unum definitũ sit, alterum ad duo, & alterum ad tria. Equidem non ob id neganda est participatio communis generis, ipsis numeris, quia dualitas præcedit trinitatem, & trinitas quaternitatem, & sic deinceps. Non enim binarius, dualitasuę efficit ternarium, tanquam ipsa prior sit ternario sed secundum aliud quidem prius ipsius, & posterius dinumerantur, & secundum aliud communitas eiusdem generis inest secundum quam. neq; magis, neq; minus diuersa in ipsa in eodem continentur. Verum in his uidentur mihi ea quæ superius dicta sunt, longe rectius dicta esse. Vnde quomodo inquiat Iamblicus quantum esse diuisibile, in partes existentes, non admodũ percipio, quandoquidem esse diuisibile in partes, potius naturam totius, q̃ quanti exprimere mihi uideatur Equidem alia est totius intelligentia, & alia quanti. Nam totum dicitur partes habere & substantiæ inesse non quatenus q̃tum, sed quatenus species, uel indiuiduum est. Quocirca & Aristo ait. non turbent nos partes substantiarũ, tanquã in totis sint uelut in subiectis si igitur substantia quæ est species, habet partes completiuas speciei, ceu animal rationale mortale, & substãtia indiuidua habet partes completiuas indiuidui ceu caput, manus, & pedes, profecto constat q̃ etiam diuidatur in partes inexistentes, quare nõ est proprium quantitatis esse diuisibile in partes inexistentes, sed illud quatenus dictum, possibile est unumquodque q̃tum esse, ceu duo tria, uel bicubitale. Nam mensura est ꝓprium quanti. Nam etsi fuerit, quantum, indeterminata sic profecto dicetur, tanquam nondum eius mensura perspecta. & nota. Similiter, etsi infinitum supponatur aliquid esse, sic certe infinitum supponitur, tanquam mensura percurri, cognosciq; non potest. Nam quod q̃dem, & prius dixi, neq; dimensio sola secundum se uidetur mihi quanta esse sed magis quale, linea tñ. superficies, & corpus, quia altera distenditur ad unum, & altera ad duo, & alterũ ad tria sunt quanta per se. Sed forsitan Diuus Iamblicus, determinauit quantum secundũ q̃ diuisibile est, sed non secundum id, quo in partes solum distribuitur. Nam diuisibile in partes est, non ut totũ duntaxat, sed etiam uelut unũ in multa diuiditur, quod quidem inest quanto, ut quanto.

Maxime autẽ contrarietas quanti, circa locũ uidetur existere. Sursum. n. ipsi deorsum cõtrarium ponũt eã, quæ ad mediã regionẽ. deorsum dicentes, pp plurimã distantiam medij ad terminos mundi esse, uidentur aũt & aliorum contrariorũ diffinitionem ab his inferre, nam plurimum abinuicem distantia, in eodem genere, contraria diffiniant.

Cũ dixisset q̃to nihil esse cõtrariũ. admodũ scite nũc ꝓponit q̃ uidenſ q̃ta, & cõtraria esse. Nã cur hæc confutata fuerit deinceps scimo certus, firmusq; erit. qui uniuersaliter ostendit, q̃to nihil esse cõtrariũ. Et prius magnum & paruũ, uelut q̃ta cõtraria in mediũ producens, ostendit q̃ hęc non sunt q̃ta, sed ad aliq̃d. Itẽ neq; si q̃ta ipsa esse aliqs cõcederet, adhuc cõtraria essent. Nũc aũt locũ ꝓponit, dicẽdo cõtrarietatẽ que est in ꝑdicamẽto ubi circa locũ maxime esse uideri q̃bus uerbis oñdit hoc sibi nõ placere. q̃d

uidetur

uidetur esse. Nam plane dixit, ꝙ quanto determinato, nihil est contrarium. Equidem pars loci sursum, est quantum determinatum. Dicit itaq;, ꝙ neq; circa hoc contrarietas est, licet uideatur esse. Cur igitur id quod sursum est, nō opponitur ei quod deorsum? Nisi quia non quatenus quantū opponitur. nam locus est quātus, quatenus est superficies, & bina dimensio, quo pacto nullam habet oppositionem. quæ etiam sursum & deorsum, si oppositionem aliquā habent forsitan eam obtinēt, ut est ad aliquid. uel quatenus sunt ubi Nam eorum quæ sunt ad aliquid. quandam suscipiunt contrarietatem, sicut & ipsum ubi. Et sępenumero dictum est quod multa etiam secundum aliud & aliud ad diuersa prædicamenta reducuntur. Sed forte melius, est dicendū, ꝙ uelut ad uniuersum illud deorsum est, à quo grauia feruntur. & sursum ad quod leuia petunt. Itē deorsum est. & centrum ipsum medium: sursum uero sunt quæ circa medium & circa centrum sunt. Nam in sphęra imū & supremum ita considerantur, sed imum quo ad nos, illud dicitur esse quod sub pedibus nostris iacet, sursum autem supremumq; quod supra caput nostrum est. His itaq; sic se habentibus. quæ dñr sursum & deorsum, quo ad nos, hæc duntaxat ad aliquid sunt. Nam unumquodq; commutatur, & non est natura, sed ea quę sunt in mundo, sursum & deorsum quatenus unum supra aliud uicissim eleuatur, ad aliquid sunt, sed secundum suam naturam, talia sunt, qualia dicuntur semper esse, & nunquam transgrediuntur. neque excidunt quo pacto sunt etiam contrariorum susceptiua tamen quatenus plurimum distant, sic contraria sunt. Quare neq; quatenus ad aliquid sunt, contraria esse dicendum est quod tamen prius affirmari uidebatur. Item neq; quia magis, quatenus quanta sunt sic ad aliquid sunt, uel contraria, sed ambo hæc. s. ad aliquid & contrarium eidē, quanto secundum locum iuxta dictas differētias accidūt & non quatenus quanta sunt. Præterea & ipse dicēdo nō quanto sed quanti esse contrarietatem insinuat, non loco, sed circa locum & non esse simpliciter, sed uideri contrarietatem esse. Nam tales adiectiones determinationesúe, illud plane indicant, quia quēadmodum rectum & curuū non quatenus quanta contraria erant, sed quantis existentibus, quippiam aliud accidit. sic etiam circa locum hęc accidunt. & sicut animal ipsum nullum habens contrarium partitur & diuiditur secundū differentias contrarias, sic etiam locus per cōtrarias drīas diuidit. Ita qđ cōtrarietas facta nō est ſm qđ locus est quantus, sed ſm q̄dam alia, q̄ adueniunt loco, qui est quantus, & quia circa alia quanta contrarietas accidit, ideo loco inter alia maxime contrarium apposuit quia & alia contraria ob distantiam quæ est in loco designantur. Nam appellant contraria, quæ inter se plurimum distant. Verum in qualitate, distātia formalis & specifica est, in quantitate autem dimensionalis, quæ & principalior distantia dicitur & ab hac aliæ proficiscuntur, & denominantur. At uero si illud quod plurimū distat, contrarium est. & in sphæra ea plurimum distant, quæ ſm diametrum distant q̄ūo igitur non dicit hæc esse contraria, sed medium cōtrariū fatetur esse concauo orbis lunæ quod sursum est in circuitu? Nisi quia illud quod distat secundum diametrum, ita etiam contrariatur secundū diametrum, sed ut in sphæra & in mundo, & secundū speciem eandem. ea quæ secundum diametrum in circunferentia sunt, ambo eiusdem naturæ sunt, & nullum ab altero uicissim differt. At uero medium distat ab ipso concauo orbis lunæ & circuitu secundum eandem speciem, quo circa & ipse dixit à medio mundi, usq; ad terminos maximam esse intercapedinem, & distantiam, ut totum sursum accipias, tanquam eiusdem naturæ comparatum ad totū, quod inferius est. Et ne qs existimet sursum & deorsum quo ad nos dici, adiecit medium & concauū, seu circuitum sublunarem secundū naturam, quæ habent immutabilem differentiam. Sed rursus, quomodo sursum erat corpus circulare? Nam ipsius leuis & ignis, hæc regio suprema est. Nisi locus sursum sit natura ignis, & secundum accidens erit quinta substantia. Nam propria eius natura, est circularia, & hæc est ipsius circuitus. Veruntamen accidit ipsi, ut si superior igne sicut Iamblicus inquit, qui fatetur hoc accidens aliud esse ab eo, quod in generatione alicui extrinsecus aduenit. Veruntamen dicenti ꝙ corpus circulare, quia ultra sursum est, & eiusdem est contentiuum, ob id merito diceretur supremum, & maxime sursum. Sed adhuc aiunt sursum & deorsum, quæ non ad aliquid dicuntur, hæc inter se contraria sunt, & tn̄ partes loci esse dñr & non differentiæ. quæ de partibus prædicantur. Nā deorsum est ipsum medium, sursum uero est ipse circuitus, siue gyrum sublunare, quandoquidem hæ determinent naturalem grauium & leuium motum. secundum locū. quæ etiā plurimum abinuicem distant Item aiunt, ꝙ si locus esset causa motus ad tantūdem spatium, et terminationis corporum quo ad quietem & lationem eorum, quispiam dicere posset, ꝙ locus secundum se terminat ea quæ mouent. sed si consistentia corporum. & motus secundum substātiam terminos loci determinat, non erit secundum se locus, neq; habebit tales partes. unde non exigua fuit differentia opinionum, de loco Nam alij aiunt ipsum determinari. definiriq;, secundum relationem, & ad aliquid. Nam ut est contentiuum corporis. sic intelligitur ut locus, & continens ad contentum dicitur, ut ad aliquid. Alij autem dicētes locum, & spatium, fatētur ipsum esse quantum & nō ad aliquid. Item nonnulli sursum & deorsum dimittunt, & contraria ipsa ponunt. Alij autem hæc contraria esse concedunt. neq; in uniuerso subsistere dicunt. Nam esse de numero eorum, quæ sunt ad aliquid fatentur, ut dextrum & sinistrum Pythagorei uero aiunt. locum esse terminum omniū quæ sunt, qui quo ad uerba idem asserere uidentur, quod Aristo. dicit sed quo ad ueritatem longissime discrepant. Nam inquit Aristo. locum esse terminum continentis. quatenus continet contentum, idcirco ultimum cœlum negauit in loco esse. At Pythagorici, locum asserunt esse terminū uniuscuiusq;, et ac terminū uniuscuiusq; speciei, in quo locatur, & à quo continetur. Sic autem uniuersalius, atq; exploratius assignato loco, & declarato, & sursum ſm excessum substantiæ puritate & uirtute, excellens considerandum est, & deorsum id esse quod omnibus aliis oppositis, infimius, deteriusq; est. Vnde constat, ꝙ hoc modo communiter. & absolute hæc in omnibus considerari queunt, atq; secundum propriam uniuscuiusq; naturam ipsa comprehendi. Nam ob id. uirtus quæ cuncta in uniuerso sustinet, & complectitur, in cœlo collocatur. secundum excellentium termini qui omnium rerum est terminus.

Non uidetur aūt quantū suscipere magis, & minus, uelut bicubitū. Non. n. est alterū altero magis bicubitū; neq; in numero uelut tria, ipsis quinq;, nihil magis tria dicitur, uel quinq; neq; quinq; tribus, neq; tēpus alterum altero magis dicitur tempus, neq; totaliter in aliquo dictorum, magis et minus dicitur, quare quantum, non suscipit magis & minus.

Etiā hoc q̄tum. habet simile cū sub̄a. s. nō suscipere magis & minus. Etenim ipsum ēt (quēadmodū sub̄a) nō participat infinitate, secundū magis & minus, quocirca in specie diffinita cōtentū est, & ꝓꝑ hoc ostenditur non esse cōtrarietatem in quanto. Nam principiū transmutationis, in contrarium est remissio, & diminutio ꝑexistentis formæ. Nā mixtione cōtrariꝝ fit obscuratio & cōfusio, quo fit ut his quibus est contrariū, insint magis & minus. & econtra. Verum Aristote. demonstrationem ex inductione fecit in quantis definitis. determinatisúe, ꝙ non suscipiunt magis & minus, cū dicit bicubitū. & tria atq; in ipsis q̄tis in determinatis qn̄ dicit neq; tp̄s altero est magis tp̄s. Existimo tn̄ cām, ꝙ q̄titas nō suscipit magis & minus esse hāc ꝙ alia q̄to determinanī, & mēsuranī. Si igitur q̄tū sit aliorum terminus q̄ūo participabit in determinatione, ſm magis & minus? qđ si dicimus magnitudinē maiorē magnitudine. & numerū numero multipliciorē, & hoc mō in his, multū magis & minus cōsideramus. Nā caucasus, maior ymera diceretur, magis q̄ athus, atq; magis plura tribus dñr septē, q̄ quinq;. cū decem⁹ magis & min⁹ q̄ sunt ad aliqđ,

ipsis inesse. Equidem si magis caucasus & minor athus, & adhuc minor ymetus est, certe aliquis concederet quantũ suscipere magis & minus, secundum indeterminationem, quemadmodum & contrarietatem. Num magnus non ad aliquid, sed secundum se opponitur ei, quod secundum se dicitur paruum. Et hoc modo Andronicus determinat. Verum plotinus fatetur magnum prorsus nõ esse ad aliquid, sed improprie nos dicere sæpe magnum, loco huius scilicet maius.

Proprium aũt maxime quãti, æquale & inæquale dici. unũquodq; enim dictorum quantorum, & æquale & inæquale dicitur uelut corpus, & æquale & inæquale dicitur, & numerus & tempus, & æqualis, & inæqualis dicitur. similiter autem et in alijs dictorum unumquodque, æquale & inæquale dicitur. Reliquorum autem, quæcunq; non sunt quanta, non ualde utiq; uidebuntur æquale & inæquale dici, uelut dispositio, non ualde æqualis & inæqualis dicitur. sed magis similis & dissimilis & album non ualde æquale & inæquale dicitur. sed magis simile et dissimile. quare quanti maxime utiq; erit proprium, æquale et inæquale dici.

1 Cum tradidisset communia quæ quanto insunt, impræsentia tradit proprium, contra alia prædicamenta, quod etiã soli quanto inest, & hoc est æquale & inæquale dici, rursus ostendit per inductionem in quãtis continuis, & discretis, discurrendo per singula. Quod autem hoc sit proprium quanti hũc in modum ostendas. Quantũ qua quãtũ est, mẽsurabile, est sed mẽsurabile aliqñ natũ est mensurari eisdẽ mẽsuris, & aliqñ pluribus uel paucioribus, illud igitur quod eisdem mensuris mensuratur, æquale est, quod uero pluribus, uel paucioribus inæquale erit, igitur quantum quatenus quantum, æquale & inæquale dicitur. Quandoquidẽ quatenus quantum, mensurabile sit, & quatenus mensurabile, hæc eidem insint. Etenim & alijs mensuris hæc insunt propter quantũ. non enim lignum mensurat lignum qua lignum, sed qua magnitudo & quantitas est, igitur quale et inæquale, propriæ & principaliter in quanto esse dicuntur similia, & omnia quæ determinata sunt secundum qualitatem, proinde & dispositio dispositioni æqualis proprie nõ diceretur, sed similis. si igitur æquale & inæquale omnibus quantis insunt, ut per inductionem demonstrauit, nunc ut solis quantis inesse ostendit. Non enim in qualitate proprie dicitur æquale, sed simile, neq; in substantia quatenus substantia sed quatenus participat magnitudine, & quanto, itaq; merito dicitur æquale & inæquale, quanti ꝓpriũ. Architas quoq;, cũ assereret æquale, & inæquale esse quãti proprium, fatetur quantum spectari consideratiue, in multitudine & magnitudine, atq; in ipso momẽto, inclinatiõeue qñquidem nihil horum substantiam aut qualitatem assequatur Vnde ipse etiam diuidit ęquale & inæquale tripliciter, secundum tres differẽtias quanti. Verum Alexand. sequutus Aristotelem, inclinationem momentumue non locat, statuitq; in quanto, sed in quali. Itẽ asserit æquale & inęquale in grauibus nõ ꝓprie dici, sed abusiue. Nam his potius competent simile & dissimile, ut alijs qualibus competunt. Item metiri, mensurariue tradit commune esse, etiam his per accidens, sicut alijs qualitatibus. Nam ut consueuimus dicere, hoc albo alterum album dicimus magis album esse, ubi non decima pars albi dimetitur, sed decima pars superficiei in qua album est, quo fit ut album mensuratum sit per accidens, ita etiam grauia mensurantur, quandoquidem grauitas mensuretur ob id corpus in quo est. Nam graue fit secundum qualitatem, sed non secundum magnitudinem, quãdoquidem omne quod erat grauius, mox & maius leuiori fit, quia plurium mensurarũ erat, quod si non mensuratur graue, itaq; neq; illi competet æquale uel inæquale. Vnde hęc Alexandri uerba, plurimum sæpeq; ab eodem dicta occasionem dederunt, ut recentiores interpretes, tria genera quanti sequuti, Architam ponentes, asseruerint grauitatem metiri posse non propter ut alijs uero non proprie, nam album non dicitur æquale albo proprie, sed improprie. Nam alba proprie dicuntur corpus alioquin eadem esset mensura grauitatis & corporis. At plerisq; in locis corporis & inclinationis momentiq; mensuræ aduersantur inter se, & contrarię sunt, ceu in plumbo & lana. Equidem mensuratio corporis, inæqualia forte fortuna est, & inclinatio est æqualis. uel econuerso moles æqualiter se habebunt, & inclinationes inæquales. Et certe in cunctis fere corporibus, inclinationes momentaue inæqualia sunt moli & magnitudinibus corporum. Etenim alia est species quanti, ipsa magnitudo, & alia species est inclinatio. Nam talentum & mna, specie differunt à pede & cubito, quare etsi ab alio quanto mensurantur pondera & grauia, non tamen sunt qualia, neq; in aliquo quantorum continentur, sed sunt una species quanti distincta. ab alijs. Alexander autem, nescio quo pacto, assumẽs, petensq; id quod est in principio, conclusit inclinationem, non quatenus inclinationem, non esse quãtum, sed quale. Atqui pace Alexandri, si graue ac graui secundum qualitatem differret, euariaretq;, profecto euariatio, atq; discrimen factum fuisset ipsorum caracterum, per aliquas differentias sicut etiam idem uidere est in alijs, quæ qualitatibus discrepãt, & uariãtur. At inclinatio quatenus inclinatio eandem habet proprietatem, & eũdem caracterem, sed solum trahendo tantũdem ponderis, aut tantũdem inclinationis momentiue, secundũ propositionem inclinationis, ad medium cõparãtur. Tres igitur sunt quanti species, & tripliciter in ipsis æquale & inæquale considerãtur. Pręterea ambigunt quidam, contra ea quæ dixit Aristo. quoniam si simile & dissimile non sunt quanti proprium, sed qualis, qũo igitur magnitudines dicuntur similes? Nam à geometris habemus quadrata descripta: cum similia, cum etiam dissimilia. Forsitan igiẽ ut ęquale inest qualitatibus propter quantum quod est simul cum ipsis, ita simile quantis competet, propter quale quod est in ipsis quantis. Nam triangulus quantus est, secundum mensurabilem intercapedinẽ, atq; aream eius. sed qualis est secundum formã & proprietatem, per quam similis esse dicitur, sicut per quantitatẽ dicitur æqualis, quo circa ea quæ sunt similia, sæpe etiã sunt inæqualia. perinde atq; eisdem per aliud insit similitudo, & p aliud æqualitas. Itẽ alij dubitãt qũo Arist. remouendo contrarietatem à quanto, statuerit (assignãdo hanc proprietatem ipsius quanti) contrarietatem æqualis. & inæqualis. Et soluunt, asserentes oppositionem quæ est inter ęquale & inæquale, non esse ut contrariorum, sed esse ueluti in ea quę sunt ad aliquid, circa quantum considerata, sicut etiam simile & dissimile, quo ad aliquid, sunt circa quale, sed prorsus ęquale & inęquale, qualitercunq; se habeat non idem est quanto, ut quantum ob id contrarietatem in seipso habeat, sed aduenit quãto. Itẽ si aliquis æquale & inæquale in substantijs statuerit, dicẽdo turrim ęqualem turri aut in dispõibus, uel in actionibus. Dicendũ est, quod æquale & inęquale non cõperãt subę qua suba est, neq; qualibus quatenus qualia sunt, sed quatenus participant q̃to. Qualis ãt sit mẽsura in uirtutibus, & actiõibus, an numerus, uel q̃titas inclinationis momẽtiuè acquisitione, discutiendum est. Tertio quoq; dubitant, qũo quale & inęquale dicantur proprium quanti siquidem non insit omni quanto. Nam neq; unitas, neque punctum, æqualia uel inęqualia dñr. Cum æqualia ea sint, quæ eadẽ mensura ęqualiter mensurantur. & inęqualia quę inęqualiter mensurantũ sed utrũlibet horũ. neq; ęqualiter neq; inequaliter eandẽ mensura mẽsurantũ, alioqn punctũ nec unitas, essent indiuisibilia. igitur perspicuũ est, neutrum eorum ęquale & inęquale esse. Sed hanc dubitationem alij quidem soluunt, supponentes punctum & unitatem esse quanta, ostendentes eadem esse ęqualia, & inæqualia. Et erit (ut existimo) talis demonstratio eorum unitas, que seipsam & alias unitates equaliter mensuret. Nam semel una est, quare æquales erunt unitates. Similiter quoq; de puncto dicendum est. Nam si omne punctum cuilibet puncto adaptetur, semel seipsum mensurat & alia. Verum quidem alij soluunt dubitationem.

bitationem,non admittentes onitatem,& punctũ, quanta esse. Nam si non sunt quanta continua,neq; discreta, & in his duabus speciebos quanti,omnia quanta continentur, igitur punctum & unitas non erunt quanta,neq; mensurabilia.quare neque congruet ipsis æquale uel inæquale dici. Etenim unitas quidem est principium numeri,& non numerus,similiter punctum est principium magnitudinis, & non punctum, quare ambo sunt principia quantorum, & non quanta igitur æqualis & inæqualis principia sunt igitur neq; quanta,neq; æqualia,uel inæqualia erunt, tamen neq; penitus ab his exciderunt,quoniam principia ipsorum sunt. Cæterum cum Porphyrius hic secotus Andronicum,dearticulare,determinareq; periclitatur,contendat ue intellectionem,conceptũq; unius unitatis, & puncti, quæ non dicuntur sm ideas,sed manifesta sunt sensu uel intellectui,de quibus etiam intentio pręsens tractat. Age,& nos dicta eorum prosequamur. Nam quando ae unam dicimus uel longitudinem,uel latitudinem,uel profunditatẽ, tum profecto considerandũ est,quomodo unum dicimus. Nisi constet:q̃ qñcunque aliquis considerauerit corpus, continuum quidem,ac totũ sibi ipsi circa omnes partes circunscriptum,tamẽ seorsum & sigillatim atq; ab omnibus alijs seiunctum;tum tale continuum unum esse nominamus,& cõtinuationem partium,eiusdem adinuicem, unionem unitatemúe appellamus & sic unum numero intelligimus. Specie uero unum & eiusdem speciei tunc cognoscimus,quando accidentia aptorum indiuiduorum,sm differentias eisdem Inseitas separamus. Sed qñ non solum unũ sed etiam seorsum ab omni alio eiusdem generis,uel eiusdẽ speciei,uel prorsus cognati,affinisq; extiterit.tum solũ, nominamus compositum, quod iam est solum,insinuantes, quod ob unum & unitatem,quatenus à ceteris alijs secernitur & unum euadit,dicitur postea unum. Nam unitas cõcurrens,atq; conueniens cum uno,appellatur solum. Neque interest si solitudinem uel unitatem dicamus,qñ quidẽ ambo hæc de una re subiecta dicantur. Attamen non amplius in duobus,tribus,& cæteris deinceps,aliquod proportionale unitati,solitudiniq; dicitur,quia unusquisq; numerus,consistit in multitudine. Est igitur habitudo unius, secundum oppositionem ad alia omnia, qñ ab illis omnibus sigillatim in unitatem quippiam redigeretur,& separaretur. Verum cum nõnulli asserant punctum esse unitatem positione, & unitatem punctum sine positione,sic intelligendum est,non q̃ unitas fiat punctus secũdum adiectionem temporis,quandoquidem neq; manens unitas positionem assumat,neq; punctũ manens punctum positionẽ abijcit,igitur uſ solã ꝓportionẽ identitatis indicate,manifestateq;,& subsistentiã pũcti alterã esse ab unitate insinuare qñ quidẽ nõ minus pũctũ sit pricipiũ,et terius magnitudinis,sicut unitas numerorum. Sed si quis manifestã intelligentiam,clarumq; conceptum puncti somere auet,id assequetur ex resolutione magnitudinũ. Equidem principiũ resolutionis,fit ex naturali conceptu,intelligentiaq;. quæ de omnibus magnitudinibus habetur. Nam corpus longitudinem,latitudinem,profunditatem habet,quarum dimẽsionum unaquæq; secundum aliud est pars ; & secundum aliud est terminus. Et pars corporis(cum triplici sit dimẽsione extensa)easdem habet dimẽsiones cum toto. Pars autem superficiei similiter,quæ habet extensionem iuxta duplicem dimensionem,& lineæ pars, unã tantum possidet sicut etiam totum eius. At terminus, semper à terminato deficit,& eo minus est una dimensione. Nam si linea subsistit secundum unam dimensionẽ,terminus profecto eius hanc distensionem non habebit, quare punctum erit sine dimensione, & impartibile. Vnde negationes in quantis, atq; defectus,similes sunt cum negationibus in substãtia. Verum in ipsis multitudinibus,discrepant. Nam ut de uno non cõgruit proferre,declinareq; pluraliter,ita neq; de pluribus singulariter. Veruntamen bicubita,magna & multa dicuntur,sicut bicubitum dicitur multum & magnum. Itẽ dicitur aliquid priuatiue in quanto. Nam infinitũ dicitur secundum priuationem illius,quod habet terminum,similiter quoq; impartibile dicitur,quandoquidẽ cum quantum sit genus,hæc non habeant ea quæ generi insunt, ceu unitas in numero se habet,& punctum in linea. Proinde sunt nõnulla in quantitate,quæ denominata à q̃tis, sicut in qualitate,nonnulla à qualibus,ut iuste à iustitia,& hęc sunt,ceu quotiens à quanto,& trifariam totidem,bis,ter, sæpe,raro,quorum unumquodq; dici potest unum & totum,sed punctum & unitas,non dicuntur tota. Nam totũ dicitur,quod omnibus suis constat,absoluiturq; partibus. At punctum & unitas sunt indiuisibilia. Cæterum Iamblicus,formulis quibusdã,tradit modum,quo propria quanti,& aliorum prædicamentorum sigillatim inuenire possimus. Vnde inquit accipienda sunt ea accidentia,quæ unicuiq; prædicamento suapte natura insunt,atq; considerare ea quæ communiter in omnibus speciebus uniuscuiusq; sunt,ceu quod omni quanto inest excessus & defectus, q̃ suapte natura omnibus speciebus quanti communiter insunt,quo itaq; itinere maxime inquirendum est proprium quanti? Nam cum excessus, & defectus,ut unum simul utrunq; inæquale esse ponimus, merito huic ex opposito ponimus æquale,quocirca propriũ quanti erit æquale uel inæquale. Similiter in substantia considerandum est illud, quod naturaliter insertum,& cõmuniter est omnibus substantijs ortui interituiq; obnoxijs, & hoc est q̃ subiectũ substantiale uirtute apte præperata,susceptrix sit contrariorum. Similiter in qualitate simile & dissimile sunt. Eodem quoq; modo in cæteris prędicamẽtis inueniri possunt propria uniuscuiusq;. Sed ad sequens prędicamentum una cum Aristo. commigremus.

Prædicamentum tertium quod ad aliquid appellatur.



D aliquid autem talia dicuntur, quæcunq; ipsa quod sunt aliorum esse dicuntur, uel quomodocunq; aliter ad alterũ. puta maius hoc quod est alterius dicitur. aliquo.n.maius dicitur. & duplũ hoc qd ẽ alterius dicitur. alicuius.n.dicitur duplũ. Similiter & alia q̃cunq; talia. Sũt aũt et talia eorũ quæ ad aliquid, puta habitus, dispositio, sensus, scientia, positio. Omnia enim dicta hæc, quæ sunt aliorum esse dicuntur, uel quomodocunq; aliter ad alterum, & non aliud aliquid. habitus enim alicuius habitus dicitur, & scientia alicuius sciẽtia, & positio alicuius positio, & aliud autẽ similiter. Ad aliquid igitur sunt, quæcunq; ipsa quod sunt aliorum dicũtur esse uel qualitercunq; aliter ad alterũ, uelut mõs magnus dicitur ad alterũ. ad aliquid enim magnus dicitur mons, et simile alicui simile dicitur: et alia aũt talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & reclinatio, et statio, et sessio positiones quædam, positio autem eorum quæ ad aliquid. reclinari autem uel stare. uel sedere, ipsa quidem non sunt positiones. denominatiue autem à dictis positionibus dicuntur.

Cum nonnulli euadant eas dubitationes, quæ de assignato ordine prædicamentorum afferri solent, fatentur eorum doctrinam tradi,exhiberiq; sine ordine,atq; asserunt prędicamenta casu forte fortunaq; assequi dinumerationem, qui ignari profecto sunt,quomodo in deteriores angustiaresque dubitationes, hęc asserentes incidant. Nam qui ita sentiunt atq; autumant,tollunt sane de medio rerum ordinem, quem inter se obtinent, & uerborum suorum concordiam demunt operęprecium igitur est. doctrinam prædicamẽtorum ordinatam esse existimare. Et cum duplex sit ordo,alter secundum naturam & essentiam uniuscuiusque pręedicamenti alter uero secũdum doctrinam,& eruditionem,qua facile doceri possumus,impresentia opus erat ꝓsequi modum tradendi,quo facile instrui doceriq; posse-

mus, & minime uel ordine secũdum naturam. Rursus quo ad ordinem secundum naturam, qui præstantior, ꝓpiorq; est ordinis quo ad doctrinam merito substantiam prius ordinamus, qñquidem ipsa sit omnium generũ prima, & cõsideretur secundũ se, atq; sit causa cur alia sint ac existant. Vnde cũ aliorũ prædicamentorum ordo fuerit assignandus iuxta naturam existendi, atq; secundum quandam affinitatem & cognationem eorum ad substantiã, ut ea quę sunt cognatiora substantiæ, prius locentur & præcedant, & quæ eminus, magisq; sunt aliena, posteriora numerentur, si ergo prius ordinantur ea quæ sunt per se q̃ ea quæ ad aliquid esse dicuntur, ac ea quæ insunt, insertaq; sunt, subiectis, ordine præcedunt ea accidentia quæ adueniunt profecto quale præcedet ea quæ ad aliquid sunt. Siẽ quale cognatius est substantiæ, q̃ id quod est ad aliquid, ut etiã Lucius obiicit. Nã tradit conuenictius Socratẽ insinuandum esse ex symi, prominentiumq; oculorum, atq; uẽtricosi proprietate, quæ certe qualia sunt, quàm ex dextero ex amico, & ex his quæ ad aliquid sunt. Item aliter dicũt, quoniam cum quæ hic dicuntur in duo diuidantur scilicet in ea quæ sunt per se, atq; in ea quæ sunt ad aliud, & iam incœperit dicere de his q̃ sunt per se, ubi de substantia & quantitate hactenus egit operęprecium quoq; erat, quale adĳcere statim, & sic deinceps transire ad ea quæ sunt ad aliquid. Item si secundum Arist. ea quæ sunt ad aliquid, assimilantur his quæ adnascuntur, atq; his quæ per se intelliguntur, perinde ac posterius adueniant, quomodo igitur ad aliquid non locabitur post ipsum quale? Vnde archi- tas quoq; tradit hunc in modum prædicamentorum ordinem, dicendo. Primam quidem substantiam oportet esse atq; ea quæ simul sunt cum ea, & ita qũo hęc se habeant aliqualiter ad aliquid aliud, postea uero hanc habitudinẽ eorum quæ extrinsecus adueniunt, dicere. Substantiam itaq; primam cum ponat in qua omnia sunt, ac sine qua nihil esse potest, & postea illa quæ simul sunt cũ ea. s. qualè & quantum, innuit his ita dispositis ordinatisq; ac effectis pluribus, necesse esse, ut adueniat eis habitudo, qua ipsa plura, uel cognate uel extraneo modo se habeant cum subã, & ita perficitur habitudo, eorũ q̃ sunt ad aliqd. Post uero habitudinẽ, sunt cætera alia p̃dicamenta, q̃ non secundum ingenitam inditãue, sed secundum aduentitiam, uarieq; consistentẽ habitudinẽ, considerantur. Huius quoq; ordinis testis est Aristo. Nam à principio cum enumerasset prædicamenta, quale prius locauit, & statuit, quam ipsum ad aliquid. Qđ si quispiam secus senserit, assignando cãm talis ordinis dicens, iccirco post quantum mox adiecisse ad aliquid, ne aliquid interponeretur, quod qualitatem ab ipsis prædicamentis agendi & patiendi separet, q̃ sunt indita, unaq; ingenita, cum qualitate Etenim qualitatis ope, agens agit, & patiens patitur. Is etiam intelligat, q̃ neq; uirtus, neq; actio, neq; efficientia, neque motus, efficerent aliquid in altero, nec ab aliquo quidpiam paterentur, nisi præiret quædam habitudo aliquo modo habentis se ad aliquid, quę connectat agens cum patiente, ut alterũ agere queat, & alterum pati igitur oportebat aliter habitudinem ipsius ad aliquid ordinari, tanquam communẽ, & cum omnibus ingenitam atq; cum ipso esse cõsideratam. Nam etiam ipsum esse aliquo modo se habet ad aliquid, cum dicatur prius esse cæteris aduentitĳs habitudinibus.

Sed præter ea quæ uidentur, talis etiã est Aristo. defensio, quippe qui non intelligit habitudinem actionis cũ aliquid mouet, & alterum mouetur, ad uirtutem per quam necessario eorum quæ proxime agunt & patiuntur, prius ordinantur ea quæ sunt ad aliquid, quare nõ oportebat trãsponere prædicamentum qualitatis posterius, neque è loco suo dimouere. Sed neque Andronicus acceptandus est, qui posuit ipsum prædicamentum ad aliquid, post omnia prædicamenta, quia ipsum est quædam habitudo, & quia assimilatur his quæ adnascuntur. Nam habitudo ingenita connaturalisque eorum quæ sunt ad aliquid præcedit aduentitias habitudines, ut etiam Architæ uidetur. Hæc igitur narrata sint, iuxta diuersa dogmata, instituta, sententiasúe de ordine prædicamentorum. Atqui denuo quærendum est, quonam pacto Architas cum prius ordinauerit qualitatem, quàm quantitatem. Aristo. uero non modo q̃titatem ante qualitatem, sed etiam prædicamentum ad aliquid locauit, & statuit. Nisi Architas (ut prius diximus) ueluti amicus intellectualium specierum mox post substãtiam ordinauerit qualitatẽ, qua proprietas specierum determinatur, qui etiam illico subiũxit quantũ perinde acq; ingenitũ, inditumq; substantiæ, & principium eorum q̃ per se subsistũt. Vnde quantũ locauit post substantiã, & qualitatem, & post quantitatem statuit communem & ingenitam habitudinem ad aliquid. quam etiam ante cæteras aduentitias habitudines posuit. Aristo. uero cũ in præsenti doctrina pluris faciat generalem corporeamq; substantiã prius ordinauit quantitatem, quam qualitatem, quandoquidem illa sit magis corporea deinde subiũxit post quantitatem ad aliquid, & cætera alia secũdum omnes modos ordinis. Subiunxit itaque post quantitatem ad aliquid, iuxta unam eandemque rationem naturæ, quia quanti aliud est secundum se, aliud uero ad aliquid. Ea, porro de causa, sermo de his quæ sunt ad aliquid, continuus est sermoni de quantitate. quia excessus, defectusq;, quanto insunt. Vnde cum excessus, defectusq; ꝓportiones, spectantur consideranturue, & subsistentibus iam magnitudine, multitudineq;, quibus aduenit maius, & breuius, plus, atque minus. in quibus subsistunt habitudines nonnulle ad aliquid, merito post quantum, ordinantur ea quę ad aliquid sunt. Item quũ aduenit multitudo substantiæ, ob ipsum quantum. & mox habitudo simul apparet. qua communitas & differentia eorum quę mutuam inter se cõparationem habent, consideratur, itaque prædicamentum ad aliquid secundum naturalem ordinem, sequitur quantitatis prædicamentum Item secundum doctrinam. talis ordo congruus est. Nam cũ in sermone de quanto, ostenderit magnum, & paruum, multum, & paucum (quæ uidebantur quanta esse) potius ad aliqd esse. idcirco opus erat statim afferre ea quæ sunt ad aliquid quę circa etiã in contextu hoc, proponit exempla ipsius ad aliquid, quæ prius erant dubia persuadendo illa per hæc, pariterq; ostendendo hæc contraria esse illis. Nam inquit, maius. hoc q̃ est alterius dicitur. aliquo enim maius dicitur. Equidem subdit montem magnum, ingentemq; dici ad alterum montẽ. Quare si quæ proxime pauloq; ante in dubium reuocabãtur, ipse iam describendo hæc esse ad aliquid, nunc ostẽdit locari in prędicamento ad aliquid, consentaneum utique erit, ut talis ordo statuatur, eorum quo illa per hæc uicissim persuadeantur. Equidem operępretium est etiam in tradendis docendisq; rebus, rebus perspicere prius atque animaduertere, quomodo recte facileq; discere possimus, præsertim quum id ordini naturali congruit. Icciro quispiam iure meritoq; dicet, quod ea quę sunt ad aliquid, suapte natura posteriora sunt, tamen sermo de ipsis priore doctrina indiget: atque præcedere debet, ut mox habitudines à subiectis describere ualeamus, & minime ipsas sub eodem prædicamento cum subiectis collocemus, ceu constat in magno, & paruo. Nam cum hæc ad aliquid essent, tamen q̃ta esse uidebantur, quia ea in quibus est habitudo, quanta erant. Porphyrius uero cupiens fauere ordini, quem secutus est Aristo. inquit ipsum quale oriri, trahereq; generationem ex conu, synodoq; quanti, cum ipso ad aliquid, ut etiam quibusdam alĳs, & Empedocli placitum erat, qui qualitates produci ex consonanti, armonicaq; complexione elementorum, asseruit. Item Plato per proportiones hemiolias. i. sexquialteras, duplas, sexquitertias, sexquioctauas. & id genus, quæ in quantitate considerantur, ut ad aliquid sunt talem speciem animæ & corporis determinantam, secundum talem qualitatem constituit. Et certe dicẽdi copia. ac mirum tractandi artificium laudãdum est. Dicendum tamen est, quod in effectibus compositisq;, nõ est absimile alienumq;, à uero prorsus illa etiam hoc mõ produci,

duci, quãquam in rõnibus quę ſunt cauſę ipſorũ ſm unionem, atq; ſecundum unum principium, hæc omnia contineantur congruo, & conuenienti ordine. Non enim opus eſt in rationibus quæ ſunt cauſæ, prius ordinare multitudinem, quã unitatem, atq; habitudinem prius quã id quod eſt expers habitudinis, & commenſurationem in compoſitione prius quam illud quod eſt unius ſpeciei, & incõpoſitum. Item, (ut fertur,) neq; ea quæ fabuloſe, & ſecundum nullam demonſtrationem dicta ſunt, ſic ad res transferri debent. Sed de ordine eorum quæ ad aliquid ſunt, talia dicta ſint. Cęterum ad uerba contextus. Dicimus itaq; non poſſe afferri diffinitionem eorum quę ſunt ad aliquid. Nam primorum, ſupremorũq; generum diffinitionem, afferri impoſſibile, atq; alienũ ab arte eſt, ob eas cauſas quas prius diximus, tñ per aliquã deſcriptionem quæ cõgruat ipſis, quæ ad aliquid ſunt, noſter intellectus moueri, atq; ea percipere poteſt, quod quidem facit imitatus Platonẽ, quando primam aſſignationem eorũ quæ ad aliquid ſunt, ipſe tradit, ut Boethus inquit. Nam fertur etiam Platonẽ hunc in modum aſſignaſſe, ac diſſeruiſſe de his quæ ad aliquid ſunt. ſ. ea eſſe ad aliquid, dixit, quęcunq; quidẽ quũ ſunt, alterius eſſe dicuntur. Sed (ut uidetur Boethus) obliuioni mandauit ea, quæ a Platone diſputata ſunt. Nõ. n. dicerem quod ignorabat, cum uir eruditus eſſet. Nam nõ per id quo inuicem dicuntur, ſed per id quo ſunt, deſcribit & deſignat ea quæ ſunt ad aliquid, ceu etiam Ariſto. uidetur. Equidem hoc indicat in libro de ciuili dicens. Atqui ego eram quæcũq; ſunt talia, qualia ſunt ea quæ alicuius qualis ſunt. Item in Sophiſta, cum uoluiſſet inſinuare alterum eorũ quæ ſunt ad aliquid eſſe, ſic inquit Qm̃ alterum erat neceſſario accidit, ut idipſum alterius ſit, quod quidẽ eſt. Verum cum Ariſt. pluraliter dicat. Ad aliquid talia dicuntur, ceu Achaicus & Sation putauerunt, inquiunt non eſſe dicendum ſingulariter, & pluraliter, in his quæ ſunt ad aliquid, ut id quod eſt ad aliquid, uel ea quæ ſunt ad aliquid, ſicut ſingulariter, & pluraliter dicimus in ſubſtantiã & cæteris prędicamẽtis, ut ſubſtantiam dicimus, & ſubſtantias, quantum, & quanta. Nam neq; ut ſubſtantia una eſt animal, ita etiã q̃ ſunt ad aliquid, in uno ſunt, ſed in pluribus, ceu pater, filius, dimidium, duplum. Nam ea quę ſunt inuicem, mutuaq;, non ſunt unum. Item neq; aliquis diceret, id quod adinuicem eſt, ſed tantũ ea quę ſunt adinuicẽ. Cum ergo hi talia notent, animaduertantq;, ueteres prædicamẽtorum interpretes, ceu Boethum, Ariſtonem, Andronicũ, Eudorum, & Athenodorum accuſant, quandoquidem hæc ignorarint, nec notauerint, ſed ſermonibus confuſe uſi ſint, atq; protulerint ſingulariter, interdũ hoc modo, quod ad aliquid eſt, & tamen Ariſto. ea ſemper pluraliter profert, ceu perſpicuũ ſit, quando ait. Sunt autẽ & talia eorũ quæ ad aliquid ſunt. Rurſus alias. Diſpoſitio eorum, quæ ſunt ad aliquid. Item alias. Contrarietas autem exiſtit, in his quæ ſunt ad aliquid, & contrarium ad utrũque eorum quę ſunt ad aliquid Item deinceps ſubdit. Nõ omnibus autem his quæ ſunt ad aliquid, contrarium eſt. Vnde in uniuerſo ſermone ſequenti, mentionem quoties facit de ipſis, certe pluraliter & nuſquam ſingulariter ꝓfert. Nam & ſi dicat. Non tamen hoc eſt ipſis quod eſt ad aliquid eſſe, attamen non ſingulariter affert, dicitq; id quod eſt ad aliquid, ſed ipſum eſſe, tum dicit ſingulariter, ad qđ referendum eſt illud relatiuum quod, perinde ac diceret. Non tamen hoc eſſe, eſt his quæ ad aliquid ſunt. Inde motus Porphyrius, hos ſermones fere ſibi acceptos reſcribit. Verum Iãblicus loquit, q̃ dicta ſunt, aduerſari pugnareque contra rectum ſermonem, atq; oppugnare ueterum cõſuetudinem, quippe qui ipſis quæ ſunt ad aliquid ſingulare, & pluraliter utuntur, ceu cõpertum eſt uerbis Architæ, & Ariſto. atq; ex his uerbis, q̃ & Boethus, & alij ueteres imitati proferunt, qui certe utraq; nomina pariter, & æque in uſum receperunt. Item ratio cenſet, utroq; modo, dicendũ eſſe, quandoquidem omne prædicamentum unum ſit, & multa. Equidem unum eſt ſecundum genus, multa uero ſecundum multitudinem eorum, q̃ continentur in ipſo, itaq; ea quæ ad aliquid ſunt, multa erunt ſecundum multitudinem eorum, quæ habent habitudinem, & dicuntur inuicẽ ſed ſecundum unam habitudinem, quæ ſimiliter in pluribus eſt, unum eſſe intelliguntur. Nam ob hoc unum dicitur eſſe prædicamentum ad aliquid. Item adiecit Iamblicus, ꝙ omnis habitudo quæ in pluribus ſpectatur, & conſideratur ab una proprietate habitudinali continetur. Verum ut ſatisfaciamus locis compluribus, in contrarium adductis dicimus ꝙ ſicut ea quæ ſunt adinuicem, nequeunt ſingulariter proferri, ita quæ ſunt ad aliquid, nihil mirũ eſt. Nã tum ea accipimus, quæ participant habitudine, ſed non ipſam habitudinem. Item neq; opus eſt illi qui uult diuidere prædicamenta, ſecũdum naturam rerum, ut conſuetudinis enormitati adhibeat mentem. Nam pleraq; ſunt ſuapte natura ſingularia, quæ pluraliter proferuntur, ut Athenæ & Thebæ ſimiliter pleraq; ſunt pluralia per naturam, quę ſingulariter dicuntur, ut exercitus, tribus Item quamuis cum pluribus in locis, ea quæ ad aliquid ſunt pluraliter nominauerit, tamen à principio quum prædicamenta enumerauit ſingulariter tum illa proferre potius uidetur, ceu etiam ſingulariter protulit ea quæ enumerauit ante ipſum ad aliquid, quando dicit. Vel ſubiectum ſignificat, uel quantũ, uel quale, uel ad aliquid. Et rurſus ſubdit. Ad aliquid autẽ ut duplum, dimidiũ. Qđ ſi quæ ſunt ad aliqd, hoc in loco Ariſto, pluraliter protulit, id certe fecit, qa apertior ſit doctrina, per ea quæ participant habitudine. Nam ob ea q̃ habitudinem habent ipſa habitudo facilius eluceſcit. Hęc itaq; ſunt ex Minerua Iamblici. Sed forſitan ꝓprietatẽ eorũ quę ſunt ad aliquid quãq; poſſimus ſingulariter ꝓferre, ac contemplari hoc modo, ceu unam ꝓprietatem triũ, atq; cęterorũ numerorum, atq; fieri queat, ut in hoc prædicamento, (quẽadmodũ in cæteris alijs) ualeamus nomen eius proferre ſingulariter, & pluraliter, tamen non ſimiliter. qñquidem ibi idem genus erat unum, & ea plura erãt ſpecies, quę continebantur ſub genere. At hic non ſunt plures ſpecies eorũ quę dñr ad aliqd, ſed ea ſunt plura in hoc prędicamento, q̃ conſtituũt habitudinem, in quibus etiam habitudo conſideratur. Nam proprium ſolius habitudinis eſt in pluribus duntaxat ſubſiſtere, qđ qdẽ nulli aliorũ ꝑdicamẽtorum cõpetit. Tm̃ igitur ex dictis (ſi uidetur) colligendum eſt, qđ hoc prædicamentum ad alia habet hanc differentiam, quia ea q̃ pluraliter, & ſingulariter in illis proferunt non ſimiliter ſe habent cũ iſtis, quæ hic utroq; proferuntur modo qñquidem hæc ſubſiſtant ſolũ in multitudine eorum, quæ dicũtur adinuicem. Cæterum diuiſionem eorũ q̃ ſunt ad aliquid, quæ conſimilis eſt illi q̃ alibi facta eſt, impreſentia facit in maius & breuius, plus atq; minus, atq; in duplum & dimidiũ, & quęcũq; huiuſmodi. Nam inquit hæc omnia ad aliquid ſunt, & habitus ac diſpoſitio. Nam omnia dicta hoc quod eſt ad alterum, dicũtur. Sed Diuus Iamblicus, ſic ait. Diuiſio eius qđ eſt ad aliqd, ſecatur in ea quæ ſm exceſſum, & defectum dñr, quorũ duplũ, multiplex, & prorſus uniuerſaliter, q̃ ipſum multũ ſunt. Item diuiſio eiuſdem fit, in ea quæ dñr ſm inæqualitatem, quorum eſt æquale, ſimile idem. Item fit in ea q̃ conſiſtũt, & uerſanẽ in actione & paſſione, ut calefactiuũ, & calefactibile, quorũ aliud eſt ſm potentiam, alterũ autẽ ſm actum. Item fit in ea quæ ſm priuationẽ potentiæ ſunt, ceu id qđ uideri nequit, refertur ad id qđ non poteſt uidere. Itẽ in his quę ſunt ut iudicãs, & iudicatum, ceu metrum, ſenſus, ſcientia. Nam omnia hæc ſunt uelut ea quę iudicant, ad iudicata relata. Item in his quæ referũtur. ad genus ſuũ, ceu grammatices ad aliquid eſt ſecũdũ relationem ad genus ſuũ. i. ad ſcientiam, ſimiliter uirtus & malitia, ſecundum eam relationem ad aliquid ſunt, q̃ inter habitum & priuationem dici ſolet. Sub hac deinde diuiſione includunt (inquit) ea quæ nunc dicta ſunt, atq; alia perſpicua. At poſitionis & diſpoſitionis relatio, redigenda eſt ſub relatione, quę eſt inter agere & pati, & habitus, relatio, ad eam quæ eſt inter iudicans, & iudicatum. Sed cum hæc

Iamblicus dicat, inquisitione dignũ est, quę necessitas est diuisionis, uel ab ipso, uel ab Aristo. traditæ, si hæc oĩa rediguntur ad prædicta. Nam hæc uidetur esse quædam enumeratio, & non diuisio. Nisi igitur Aristo. fecerit diuisionẽ eorum, quæ ad aliquid sunt, iuxta prædicamẽta, & primo secundum quantum, & cuius habitudinem primo dicit secundum indeterminationem. Nam indeterminatũ est maius, deinde subdit relationem, secũdum ea quæ sunt determinata, ceu est duplum. Deinde subiungit, quale. Nam relatio qualis est inter habitum & dispositionem. Equidem habitus erit ipsius habere, sicut dispositio ipsius pati. Sensus uero & scientia si considerentur s̃m actionem, erunt relatiua merito actiõis, & dispositio merito ipsius positiõis, cętera uero quæ ad aliquid sunt secundum priuationem, in quocunq; pręedicamento erunt. Sed forsitan uocabitur in dubium, quonã pacto hic prætermissa sint, ea q̃ sunt in substantia ad aliquid, ceu pater, & filius. Itẽ quonam pacto omissa sint ea quæ in prædicamento ubi collocantur, ceu sursum & deorsum. Equidem paulo ante diximus, hęc esse ad aliquid. Quod si ea quæ in pręedicamento quando prætermissa sunt, siue significent aliquod indeterminatum ut olim diuq;, siue determinatum, ut heri, non immerito id fit, quandoquidem dicantur secundũ se, & nõ ad aliquid. Forsitan uero neq; substantia iuxta suam rationem, quatenus subsistit per se, considerando eam, est ad aliquid. Porro magnus mons si est ad aliquid merito quanti erit ad aliquid, & non substantiæ, similiter pater erit ad aliquid quatenus generauit, ac fecit, sicut etiã filius dicitur ad aliquid, quatenus sub hoc genito comprehenditur, quod est ad aliquid, aut sub hoc pati. Sed non deerit adhuc locus inquirendi hæc. Interea ueniamus ad explanationem descriptionis, itaque hoc in loco ea particula. s. quæcunque ipsa q̄ sunt aliorum esse dicuntur, indicat ea quæ sunt ad aliquid, suapte natura referri ad alterũ, ceu Socra. homo Philosophus, simus uel id genus talium, quæ dicuntur per se, & non suapte natura ad alterum referuntur. Verũ si quodlibet istorum dixeris, aut patrem, aut filium, aut doctorem certe hæc & non illa ad alterum referẽtur. Nam pater est filĳ pater, & filius patris filius, doctor quoq; discipuli doctor, & econtra, itaq; ea quæ suapte natura aliorum esse dicuntur hæc sunt de numero eorum, quæ sunt ad aliq̃d. Sed quũ non omnia quæcunq; dicuntur ad aliquid, eodẽ casu portantur, ut casu datiui. s. alteri neq; omnia casu genitiui ut alterius, sed aliqua genitiuum postulãt, ut maius minoris maius, & minus maioris minus. Quædam autem datiuum petunt, ut æquale æquali ęquale, & simile simili simile. Quædam quoq; utrũq; datiuum & genitiuum flagitant, ut maior & excedens. q̄ alteri excellit quum excedit, ceu quum excessu excedit id quod exceditur, atq; alterius excessi est excedens, uel dici solet denarius excedit septenarium, ipso ternario. Quædam etiam nec genitiuũ, nec datiuum uolunt, sed requirunt hanc propositionẽ, ad, ceu nõ dicitur magnum parui magnum, neq; paruo magnum, sed magnũ dicitur ad paruũ, & paruũ ad magnũ, ceu paruum milium ad magnum milium. Item nonnulla petunt propositionem, a, uel ab, ceu q̄ secatur, incidi dicitur ab incidente, & quod mouetur à mouẽte. Item q̃dam ab aliquo dñr & non alterius, ceu munus à largiente. Cum igitur multiformis sit relatio eorũ q̃ sunt ad aliq̃d alterũ, ob id nõ sufficit dicere, quæcunq; ipsa quæ quidem sunt aliorum esse dicuntur. sed opus fuit sequẽtium mox uerborum appositione, ubi ait. Vel q̃uocunq; aliter ad alterum se habet. i. siue sit relatio s̃m genitiuũ casum, siue s̃m datiuũ, uel prorsus sine casu, sed alio quodammodo, ut diximus. Vnde siue hæc diffinitio q̃ modo tradit̃, sit Platonis siue alicuius alterius philosophi, non additur ea particula. Et q̃uocunq; aliter ad alterũ, ut corrigat præcedẽtem descriptionẽ, sed est pars diffinitionis quod quidẽ Arist. etiam indicat exẽplis mox adductis, ceu mõs magnus dicitur ad alterũ, perinde atq; dicat mons magnus non dici s̃m casum genitiuũ ad alterũ, sed alio mõ. Itẽ sĩe alicui sĩe dr̃, q̄a nõnulla relatiua p̄ casum datiuũ assignant̃. Et q̄q̄ Boethus uniuersum librũ cõscribẽdo, de eo q̄d est ad aliq̃d, atq; de eo q̄d aliqualr̃ se hẽt ad aliq̃d cẽseat diffinitionẽ à Platone traditam fuisse, usq; ad eũ locũ. q̄d sunt aliorum esse dñt, & eã particulã quæ mox succedit ab Aristo. fuisse positam præcedentem corrigendi causa, uidetur t̃n uniuersa totaq; desinitio assignata esse, ab eodẽ qui eam tradidit, & declarata esse per exempla, ubi prius assignantur conuenienter ea q̃ aliorũ dicuntur esse. Nam inquit maius alicuius maius dicitur, & duplum alterius dicitur, ubi per genitiuum casum relatiua explicantur q̄ est conueniens primo relatiuis. Deinde subdit exẽpla secũdæ particulę descriptionis, quę erat. Et q̃uocunq; aliter ad alterũ, qñ dicit, ceu mons magnus dicitur ad alterũ, & simile alicui simile. Atqui Boethus dãnat perfectã, cõplectamq; diffinitionẽ, dicens. Videt̃ aũc diffinitio quæ ita se habet, nõ sine errore esse, quippe non oportebat eũ qui diffinit ad aliquid, aliud q̄d aliter se habet accipere in diffinitione hãc particulã, q̃uocunq; se habens aliter ad aliud. Nã id proponebatur diffiniri, & erat diffinitũ. Item neq; opus erat accipere, illud uerbũ alterum uel aliud, in diffinitione. q̃ diffinit ipsum ad aliquid. Nam hæc etiam sunt ad aliquid. Sed Boethus ignorare uidetur, q̄ praua sit diffinitio, non qñ scribit̃ per ea quæ cũ assumantur in diffinitione, sunt similis gñis. Equidẽ cũ homo sit sub̃a, diffinitio profecto quæ dicit animal rõnale mortale, assignata est per substantialia eius, sed quum nomẽ p̄ noie assignaretur, ceu si quis diffiniens hoiem partem aliquã assignaret, quare si ea q̃ ad aliq̃d sunt, dixisset tantum ad aliud esse. Equidẽ tũ esset positũ nomẽ, pro noie. Q̄d si diffinitio in hũc modũ fuerit, q̃ sunt ad aliquid aliorꝫ dñt esse &c. p̄fecto erit quędã descriptio, & minime nominis permutatio, declaratione per nomẽ. Vñ nõ est inconsentaneũ descriptionem compleri ex partibus ipsius ad aliquid q̄d etiam Boethus procedens asserit, quũ rñdet primorũ generum descriptionem necesse esse per posteriora. & per seipsa assignari. Præterea, cũ habitum & dispositionem de numero eorum quæ sunt ad aliquid dicat esse, quærendũ est, nunquid habitus ad ipsum quod habitu induitur, dici põt atq; ad id quod habetur, referatur. Equidem dispositio ad disponibile referẽ, sicut sensus ad sensibile, & scientia ad scibile. Nisi habitus referatur ad habentem. Nam habentis est habitus, dispositio uere refertur ad id quod disponitur, sic positio refertur ad id q̄d ponitur, quo pacto magis sensisse Arist. & ipsius expositores uidentur. Nam si habitus fuerit in eo ipso predicamẽto haberi, profecto ad habentem refertur uel ad eum qui recipit ab ipso. Verum Adrianus philosophus, quęrens propter quid sensus ad sensibile dicatur. & scientia ad scibile, & habitus nõ ad ipsum q̄d habitu indui potest referatur, sed ad habentem, forsitã inquit, quia sensus fertur ad sensibile tanquã ad desiderabile, & tãto magis scientia ad scibile, habitus aũt & dispositio non sunt ordinata ad aliquid, sicut nec habitus corporis, quippe qui s̃m se est, sed cũ desiderabilia sint determinata, ob id ad hæc dñt, sed id quod habitu idui põt, & disponibile indeterminata sunt, ob id habitus & dispositio non ad hæc, sed ad habens magis tanquã ad determinata referuntur. Et hic quidem ordo congruus est, his quæ his in locis tractantur. Verum in quarto metaphy. ipse Aristo. asserit hęc neq; ad habentem referri, sed ad ea in q̄bus est actio. i. habitus referẽ ad id q̄d habitu indui põt, & dispõ ad disponibile. Nã qñ habitus & dispõ tãq; aiæ dñt, tũ talia s̃m participationẽ sunt, perinde ac aĩa habitũ & dispositionem habeat, sic corpus uestimentum, quo pacto non sunt de numero eorum quæ sunt ad aliquid, sed sicut dicere consueuerunt, sunt de numero eorum, quæ secundum defectum dicuntur ad aliquid, quia inuicem pugnant, sed quando habitus tanquam aliquid medium inter habens, & id q̄d habetur acciperetur, non amplius uelut id quod habetur, consideratur. Nam habitus non habetur, ne fiat p̄cessus in infinitum, sed est habitudo, & ad aliquid similiter quoque dispositio, & positio sunt. Nam

& alterius

aliud est id quod dicitur secundum defectum, ad id quod sine defectu est, & aliud est hoc (ad alterum) & in altero, & alterius ad ipsum sm habitudinē consideratū. Quod si igitur idē fuerit qualitas & ad aliqd, ceu habitus, tñ hæc discernēda, distinguēdaq; sunt scdm significationē defectus, tanq̃ determinātes qualitatē, qd etiā habitudine ad alterū, in altero, & alterius ad ipsum, tanq̃ ad aliquid hoc modo dicimus esse. Præterea quū dixisset Aristo. illā particulā aliorū, adiecit hāc, & nō aliud quid pp cōtraria. Nā illa quidē aliorū cōtrariorū sunt. Nā contrariū est cōtrarij cōtrariū. & sm hoc ad aliqd sunt, q̃ etiā aliud qd sunt. nā album uel calidū est, ultra q̧ sunt, ut cōtraria ad alterum, sunt etiā aliquid aliud. tñ ad aliqd, ut ad aliqd nihil aliud est, quū hoc quod dicitur. nā dextrū, uel pater, uel maius, quatenus ad aliqd sunt, nihil aliud sunt, sicut ibi albū, uel calidū. Item subdit reclinationem, sessionem, & stationem esse de numero eorū quę ad aliquid sunt, quia positiones quædam sunt. nā unumquodq; ipsorum, aliqualem positionem significat, & positio inter ea quæ sunt ad aliquid numeratur. nam positio ponibilis positio est, & ponibile positione ponibile est. Vnde si positio est de numero eorū quę sunt ad aliquid, species quoq; positionis sunt ad aliquid. nā reclinatio est recumbentis, & recūbens reclinatione recumbit. Id etiam in alijs similiter euenit. Notandum autem est cur hæc ante dicta, non scdm se dixit esse ad aliquid, sed dici ad aliquid pp relationem ad positionem, qd etiam causa fuit, ut Iamblicus diceret, eorum, quæ sunt ad aliquid esse unam speciem quandam, secundum relationē genus ad genus. Nisi quia illa secundum quæ dicūtur, ceu recumbere, sedere uel stare non sunt de numero eorum q̃ ad aliquid sunt sed sub ipso prædicamento positionum ducuntur. Nam si à statione stare, & à sessione sedere, & nullum denominatiuum, est eiusdem prædicamenti cum illo à quo denominatur, ceu grammaticus non est in eodem prædicamento in quo grammatica est, siquidē ipsa sit sub qualitate grammaticus uero sub substātia. Similiter statio etiam sub ad aliquid redigitur, stare aūt sub positione. igitur ob ipsum stare, & illa quæ sunt huiusmodi stationi proxima, ac cæteris eiusmodi, profecto hæc ipsa non per se. sed propter positionem tanquam euidētiorem sub ad aliquid reduxit. Sed recumbere & stare. non sunt positiones propter quòd neq; ad aliquid sunt, sed secundum ad ea quæ ad aliquid sunt dicuntur esse ad aliquid. Nam quod ponitur non positione ponitur. sed in positione quum, fit ponitur. Quocirca neq; statio, neq; reclinatio, neq; sessio poni dicuntur, nisi dicant causam, quia dicūtur denominatiuè, & denominatiua non sunt in eodē prædicamento, sed neq; hoc prorsus uerum est. nam ala, & alatū denominatiue dicuntur inuicem. & tamen ambo sunt in eodem p̃dicamento. Sed quum alterius prædicamenti sit id quod denominatur, ceu reclinans à reclinatione. Itaq; diligentius denominatiua diuidentes, negabimus denominatiū esse sub alio prædicamēto, nisi quando migrauerit ad aliud genus. Sed cur dixit, sunt aūt & alia similiter eorum quæ ad aliquid dnr. Forte quia eorum quæ numerata sunt, hic nonnulla in qualitate erant, ut habitus. & dispositio, sensus & scientia, inquātum, & qualia sunt. Positio uero se habet cognate ad ipsum poni. Vnde de ipsis mentionem fecit, tāquam de his quæ sunt ad aliquid, & propter hoc dixit talia esse eorum quæ sunt ad aliquid. Hæc itaq; circa uerba contextus, dicta sint. Cęterum Stoici pro uno hoc genere, hoc in loco duo genera numerant, ponentes aliqua esse in his, q̃ ad aliquid sunt, & aliqua in his quæ aliquo mō se hñt ad aliquid. Item ea quæ sunt ad aliquid diuidunt contra ea quæ sunt per se, & ea quæ aliquo mō se habēt ad aliquid, dicunt differre ab his, quæ sunt ad aliquid, ceu dulce, amarum, & id genus, & quæcunq; taliter disponunt q̃ se habent aliquo modo ad aliquid, ceu dextrum, pater, & similia. Item aiunt ea differri, quæ secundum aliquam speciem designantur. Igitur sicut alius est intellectus conceptusq; eorum, quæ secundum se sunt, & alius eorum, quæ secundum differentiam dicūtur, ita alia sunt, quæ ad aliquid dicuntur, & alia quæ aliquo modo se habent ad aliquid. Vnde horū quatuor coniugationes. contrario modo se habent. Nam in his quæ sunt per se, insunt ea, quæ sm differētiam sunt. Nam quæ sunt per se aliquas differētias habēt ut album, & nigrum, attamen non omnia quæ differunt, sunt per se, qñquidē dulce, & amarū differentias habeant quibus specificātur, tñ nō sunt talia per se, sed ad aliquid. At quæ ad aliqd aliquo modo se habent, quæ etiam opponuntur his quæ secundum dñam sunt, semper etiā sunt ad aliquid. Nam dextrum, & pater, ultra hoc quo se habēt aliquo modo, etiam ad aliquid sunt, dulce quoq; cum contraria sint in prædicamento ad aliquid, differunt etiam & secundum differentiam sunt. Equidem quæ ad aliquid quodammodo se habent, non possunt esse secundum se, uel secundum differentiam, quia ex sola habitudine ad alterum oriuntur, & sunt ea uera quæ ad aliquid sunt, licet p se nō sint, quia non sunt absoluta, tamen semper erunt secundū differentiam, qñquidem considerentur cum quadam designatione, ac proprie descriptione. Verum si operęprecium est clarius, dilucidiusuè accipere ea quę ad aliquid dicuntúr, profecto dicemus ea ad aliquid dici, quæcunq; secundum proprium caracterem disposita, aliquo modo ad alterum annuūt. Ea uero quæ aliquo modo se habent ad aliquid, dicentur esse quæcunq; nata sunt accidere alicui, & non possunt accidere sine transmutatione, & alteratione circa ipsa, cum respectu ad id quod extra est, quare quando aliquod dispositum secundum differentiam ad alterum respicit, hoc certe erit solum ad aliquid, ceu habitus, scientia, & sensus, sed quando non sm differentiam inexistentem. sed secundum nudam habitudinem ad alterum consideratur, tum erit ad aliquid aliquo modo se habens. Nam filius & dextrum, extrinsecis aliquibus indigent, ut subsistere queant. Quocirca nulla fit circa ipsa transmutatio, æquidem tum non amplius pater esset, filio mortuo, dexter quoq; id pateretur, si quod prope stat ad qd dicitur dexter, alio migraret. Similiter dulce & amarum non fierēt altera, nisi simul permutaretur uirtus utraque, illorum. Si igitur ea nihil patiendo transmutantur secundum habitudinem alterius ad ipsa, constat igitur quòd hæc sunt secundum habitudinem sola, & non secundum aliquam differentiam, quæ ad aliquid aliquo modo se habent, sed ad talem diligentiam diuisionis unius generis. dicendum est, q̧ hæc differentia eius, quod est ad aliquid, & ipsius quod ad aliquid aliquo modo se habet, non est sm res, sed solum uerbis fit, quum ambo supersint secundum aliquam differentiam inexistentem, & secundum habitudinem ad aliud. Quod si alicubi quidem differentiæ magis incidunt, & alicubi magis habitudo, hoc certe non facit generis differentiam. Vnde q̧ habitudo subsistat proprio caractere peculiariq; proprietate, cum his quæ ad aliquid sunt omnes fatentur, quod uero necesse sit caracterem ppriamúe designationem inesse, his quę ad aliquid aliquo mō se habent sufficienter Boethus ostendit, & ipsum per se manifestum est. Nam habitudo de se non habet naturam subsistēdi, sed necesse est esse in eo qd suo pprio caractere differt iste uero caracter, seu proprietas alicubi qualitas est ut magis albū colore est tale, & alicubi est quantitas, ceu in eo q̧ plus & longius est alicubi quoq; est motus, ut in eo q̧ uelocius est alicubi quoq; tempus est, ut in eo q̧ magis antiquū est, & alicubi est locus, ceu in eo q̧ superius est. Dexter uero, & sinister. cum pluribus differentijs subsistūt. Nā simul cū loco, & cū tali parte insinuantur. Nam dici solet, tales partes, scilicet dextrum, & sinistrum nos prohibere quoniam lapis à lapide non erit dexter, nisi aliquis hunc comparet ad nostras dextras, & sinistras. Item in ipso eodem est ad aliquid inopinabiliter, quandoquidem nō ad alterum sed ad seipsum dicatur. Equidē quo semel est ens, & non secundum aliquid, neque aliquo modo se habens idipsum idem est. & ita semper habitudo subsistit, cum caracteribus differētiæ, & hoc genus nō est duo, sicut suspi-

cantur Stoici, sed unum simul utrunq; complectens. Item Stoicis accidit, & illud inconueniens. s. facere genera composita ex quibusdam prioribus, & posterioribus, ut ad aliquid ex quali, & ex ipso ad aliquid fieret iuxta sententiā eorū. Praeterea de illa illatione qua ea quę sunt ad aliquid sequūtur ea quę ad aliquid aliquo modo se habent, & nō econuerso, scilicet quod ea quae ad aliquid aliquo modo se habent, non sequātur ipsa quae ad aliquid sunt neq; ita est, ut Stoici dicunt, neque ut Boethus defendens ipsos ait, quod ipsum ad aliquid consequuntur ea quae ad aliquid aliquo modo se habent. Nam quū acceperint, hęc aliqualiter se habere ad alterum, & propriam differentiam, tum certe non consequentur quae ad aliquid sunt, ea quae ad aliquid aliquo modo se habent, quia non oibus q̄ sunt ad aliqd, insunt ea quae hn̄t habitudinem ad alterum & dā hn̄t differentiam propriam. Sed pace Boethi, longe melius dicendū est, φ haec adinuicē mutuoq; se cōsequūtur, adeo, ut quodcūq; quod est ad aliquid, & aliquo mō se habens, sit ad aliquid. Nam oportet esse etiā aliquā uirtutem respicientē, & secundū drīam consideratā, & ipsum respectum, habitudinemq;. Nam qn̄ horū alterū defecerit, non saluatur tale praedicamentum. Nā neq; habitudo nuda secundū se est neq; differentia sine habitudine facit hoc predicamentum Item neq; differentiam & habitudinem abinuicem separare oportet, sed ea opus est profecto secundum unā cōem proprietatem consistentem, & habētis habitudinem, & ad quod aliqualiter se habet considerare. Haec igitur tanq; contra Stoicas suppositiones sufficienter disputata sint. Deinceps āt Iamblicus, hoc problema, hancq̄e qōnem secundum se inquirit, numquid in his quae ad aliquid sunt, hęc caracterem, & proprietatem magis insinuarent, ut dulce, & delectabile, & haec magis habitudinem, ut pater & filius, & haec aequaliter utrunq; insinuaret. s. qualitatem quae in ipsis est, & habitudinem ad alterā, ut ambus faciant differentiā, in his quae sunt ad aliquid. Deinde & si esset drīa, nunquid illa fm genus fieret, uel fm aliquid aliud adueniens, uel utr. neq; secundum genus differunt, neque secundum aliquam aliam drīam. Vnde quum haec indagasset, tradit unam esse omnium istarum solutionem. s. noscere naturam eorum, quae sunt ad aliquid, quia habitudo eorum quae sunt ad aliquid, siue sint secundum excessum, siue ad aequationem, siue defectum non perficitur, quatenus simul existunt, sed secundum ipsam rationem habitudinis, & quamuis proprietas eorum quae ad aliquid consideratur, conferat, congregetq;, qūocunq; in communione ea quae differunt, & fm hanc cōionem distinguat, attamen tales uicissitudines abundantiū, & eorum quae deficiunt adequātur, & habent multas reales differentias, quę nihil differunt secundum illud habitudinis genus, quod omnino superatum est ab his uicissitudinibus, quę incōpositis sunt penes participatam, & etiā in habitudine considerantur. Praeterea quum plura sint, eorum quae ad aliquid sunt, hic ab Aristo. dicta, ut maius, & duplum, habitus, & reclinatio, ac reliqua huiusmodi, atq; nonnulla alia sint, quae ab ipso Plotino afferuntur, de quibus prius mentionem fecimus, ut de his, quae secundū excellentiam, & defectum. & secundum potentiam, & impotentiam, & id genus. dubitat Plotinus, quae communitas sit in his oibus relatiuis, an illa sit generalis, uel alio modo s. secundum relationem ad unum, ceu dicimus herculidas ad unum communem herculem. Nam si comprehendamus subiecta & habentia habitudinem, quorum alia sunt in substantia, alia autem in quanto, alia quoq; in aliīs, profecto ea quę sunt ad aliquid. cum aliīs simul alterabūtur. At si nullam communionem habent ad habentia habitudinem, sed praedicamentum ad aliquid est, sine habitudine eorum quae ad aliquid referuntur, certe non habebunt quidem habitudinem, neq; erunt ad aliquid, neque communitas illorum erit, haec. s. esse ad aliquid. Forsitan igitur non oportet φ simul alterentur, cum rebus, neq; prorsus ab eisdem remota sint, sed simul secundum ipsam habitudinem proprietatem contineant hanc communionem, scilicet adinuicem eorum differentiam, quorum unum ab alio pendēt. Nā si differentibus, & his q̄ contrario diuiduntur, aderit unum idemq;, ubique profecto illud separabunt, erit & longe melius his contrariīs differentibusque? quare non continebitur, neque impedietur hoc commune ab altero illorum, quin alteri insit. Quod si haec uera dicimus, profecto quęcunq;, & quales fuerint differentię eorum, quae ad aliquid, omnes sub uno separabili praedicamento collocabuntur, quod nullo pacto egredietur, seiūgeturue ab his differentibus, quae ipso participant, quamuis fm se unū sit. Item dubitant nunquid haec habitudo sit quaedam subsistentia, uel nomen solum simul prolatum. Nam necesse est aut nullam habitudinem rerum esse, aut quasdam habitudines subsistere, & quasdam sine subsistētia esse, sed φ nō omnis habitudo tollenda, demendaq; sit. eo perspicuū est, quod oportet, sicut substantia, & quantitas, & qualitas, et unumquodq; aliorum generum est, sic etiam habitudinem ponere de numero rerum, qn̄quidem sit maxime opportunum. Nam neq; gn̄a neq; ea q̄ sub ipsis generibus sunt, haberent cōionem aliquam inter se, nisi foret in rebus aliqua eō habitudinis, sed absurdum est tollere de medio cōionem eorū quae dissecunt adinuicem. Nam inconueniens etiam est armoniam auferre nō illam solum quae sonis ictibusq; uocū fit, neque eam quae in numeris comprehenditur, sed etiam illam, quae in substantiīs uirtutibusque omnibus, & operationibus habentur. quae quum fiat, in his quę sunt eadem, colligit in idem, et facit ea habere hītudinē adinuicē. Item si rerum habitudo deleretur, commensurabile, aequale, scibile, & scia tolleretur. Vn̄ si geometria, & musica uersent circa habitudines, & hae habitudines sine subsistentia essent, pfecto ridiculę spernēdeq; essent, quū uersarent circa quae non subsistunt. Item qūo diceretur deus esse aliqd̄ à cunctis desiderabile, si nulla esset habitudo desiderabilis ad desiderabile? Item quum nonnulle res priores sint, nōnulle uero posteriores, profecto si demerentur, prorsus habitudo etiam priorum rerum, ac posteriores, & posteriores ad priores habitudo tolleretur, quae, sublata nulla iam eisdem relinquitur communitas. Nam neque ipsis inesse cōmunio potest. nam neque haec Inuicem sunt eiusdem substantiae, ceu corpus, anima, intellectus, & deus, neq; eandē naturam habent, qn̄ quidem non sint eiusdem naturae, sed haec subsistere necesse est fm solam habitudinem sic differentium, quae communicāt inter se. Vnde si supradicta absurdissima sunt, genus habitudinis, non solum in solis sensibilibus, sed etiam in intellectualibus, atque in ipsis incorporeis, quae post intellectualia sunt maxime opportunū est igitur omnes utūtur ipsa habitudine, & nihil potest tractari disputariue sine habitudine. Item de medio tollūt (ne scio quonam pacto) ipsum quod dicitur idem, qui habitudinem demunt. Equidem aspernuntur subsistentiam ipsius (idem) non intelligentes, quod idem & alterū sine quibus nihil loq; possumus, hn̄t proprie habitudinē ipsius ad aliquid, & ignorant φ cōpositorum consistentia facta secundū eorum, & conuenientiam differētium, propter habitudinem subsistit. Atqui obiīciunt hoc mō dicentes, si asserimus ea q̄ ad aliqd subsistere circa idē contraria erūt. Nā qn̄ idem ad aliud magis, & minus erit pfecto idē magis & minus erit. Sed hoc nihil est incōueniens, mō illud idē maius & minus sit ad aliud, et ad aliud cōparatū. Eqdē cōtraria ad idē utique essent, si eiusdem idē ęquale, & inęquale essent. Atqui dicere possunt, φ idē pōt fieri respectu eiusdē maius & minus, appositione. & oblatione, nisi neque hoc Inconueniens est, quādo quidē nō superueniat minus manente maiore, quare non erunt simul contraria, neque omnis habitudo interimenda est. Quod si dimiserimus qualēcunq; habitudinem, & praedicamentum ad aliquid susceperimus tanq; subsistēs, a quod ois habitudo reducitur. Forte non erit incōueniēs, sed denuo instant dicētes, cur Aristo. in moralibus ad eruditionem popularem, & in metaphysica p̄dicamēta explicans, non fecit mentionē

de his quæ sunt ad aliquid, siquidem eorum gen⁹ similiter subsistere cum alijs prædicamentis censuit. Nisi quod ibi non principaliter de omnib⁹ generibus erat sermo, proinde nō exactè circa omnia prædicamenta sermonem fecit, sed illis præsertim utitur, quibus operepręcium erat ad suum institutum. Forsitā etiam dicendum est, quod quę sunt ad aliquid, quia subsistunt in alijs generibus, icirco contemplatur, cōsideratq; ipsa ad aliquid cū eisdem, quāquā de ipsis principalem mentionem non fecerit. Præterea, ambigūt hoc modo de communi subsistentia habitudinis, qui quidem aiūt, quod si intelliguntur ea quæ secundum habitudinem sunt, nō ob id mox sunt, sicut neq; affirmandū est ea subsistere, quorum communis significatio fit sine subsistentia. hoc autem perspicuum fit, in quibus relatio aliqua sola permanet, ceu illa quæ aliquando fuit, ceu intelligitur habitudo mortui, ut mortui. Nam ipsa dicitur, uerbi causa de ipso puero non existente, quandoquidem à memoria eorum, qui mortuum audierunt, uel uiderūt proficiscatur. Unde si negē esse subsistentia rei, & non res, quāuis ibi habitudo existimetur esse, tamen nostra existimatio, non sufficit in rebus, ut ipsa subsistant. Equidem habitudo permanere solet, usq; ad tantum temporis, deinde cessare, ceu in orphano pupillouè usq; ad decem & octo annos. Nam cum inceperit alium generare, non amplius uocabitur orphanus. Itaq; si fine his quæ circa differentiam permutata sunt, habitudinē prius habuit, ex sola temporis uicissitudine, successioneuè, quomodo utiq; habebit eam habitudinem quæ subsistit? Item id quod prius dextrum est, alio translato, & ipsum non trāsmutatum sinistrū fit, & permutat habitudinem quo fit igitur, ut difficile sit suscipere subsistentiam habitudinis? Item difficile est ostendere, quo communi, res uniuicem habeant habitudines. Nam hoc commune non potest esse corpus, neq; incorporeum. Nam si esset corpus, profectò non cōsideraretur in ipsis corporibus differentibus, similiter si esset incorporeum, uel in ipsis, quę ad inuicem se habent, uel extrinsecus erit, & si quidem alia, & alia in unoquoque participantium habitudo est, profectò ipsum ad aliquid æquiuocum erit, & non amplius gen⁹ unum, quod si eadem habitudo ubiq; uniuocè fuerit, certè & genus unum esse poterit differentijs distinctum, sed quomodo diuideremus ipsum, difficile est uidere. Nam quomodo partim eorū, quæ sunt ad aliquid, nonnulla nihil plus indicant quā subiecta eorum, ut similia, & æqualia, & partim nōnulla sunt actiua, quæ differentibus operationibus subsistunt, æquidem dulce est, quaten⁹ sic operatur in sensu, & diuisiuum, quatenus operatur in corpus, similr pater & filius eo inuicem dicuntur, quia hic quidem dat principium, ille uerò alteri fit effectus, ut solum nomen subsistendi parti tribuatur, & filio subsistentię, ita ; quomodo hæc erunt proxime species eiusdem generis, quarum una sit sub altera? Item dubitandum est, nunquid duplum seipso conduxit, produxitq; dimidium, uel extra dimidium duplū, an simul inuicem sint, an hæc quidem hoc modo, illa aūt alio producātur. Item quærendum est nūquid aduenīant istę habitudines, uel non adueniunt. Cum igitur hæc dubia sint, dicendum est de subsistentia, quod sicut qualitates suapte natura sine corporibus intellectæ sunt incorporeæ, sic etiam habitudines suapte natura, præter sua composita intellectæ, sunt incorporeæ. Nā habitudo, & quædam proportio ratione est secundum se, & hæc ratio habet proprietatem substantialem, an scilicet respicientiam ad alterum tāquā proprium opponētiū? Verum differentia sumenda est, non quatenus ad aliquid solū differt à qualitatibus, et substantijs, sed etiam quatenus differt à quibuscūq; rebus. Nam secundum rationem habitudinem differentiæ, species ipsorum ad aliqd determinatur. Si enim ad aliquid secundum se habet propriam differentiam, assimilatur quoq; alijs generibus. Equidem si ad altera respiciunt, & annuūt, & non in seipsis stant, hac pſectò propriatate ab alijs distinguetur. Verū non opus est, ut id q̄d respicit, uel annuit ad alterū habitudinem accipere, sed ipsa resp cientia, uel insinuatio ad alterū, siue hęc in diuersis existat, & ad alterum, siue in eisdem, tanquam ad alterum. De subsistētia igitur ipsorum ad aliquid, hęc dicenda sunt. Nam quum habitudo, ad alterum, in diuersis sit, ob id generatio ipsorum ad aliquid, & corruptio illorum habetur, & fit cum his ad quæ aliquo modo se habent. Et quāuis ipsa, secundum se, nihil patiantur, & transmutētur illis trāsmutatis, eo tamen modo transmutantur ipsa ad aliquid, ut nata sunt transmutari, igitur dextri, patris & filij, transmutationem sumemus, quatenus talia sunt. Nam patris transmutatio, est filij alteratio, similiter trāsmutatio dextri, atq; in omnibus alijs ad aliquid eadem sufficiat ratio. Nā si natura ipsorum in altero est, & ad alterum modo illud alterum trasmutetur, profectò simul, & ipsa transmutātur. Verum hoc quam plures conturbat, quippe qui nequeunt circa ipsa ad aliquid transmutationem uidere. Atqui hoc non est dignum obiectione. Non enim quatenus sc̄d͞m se sunt, oportet considerare circa ipsa transmutationem, sed quatenus ad aliquid sunt. Nam si ea quæ ad aliquid sunt, de numero rerum sunt, quia sunt ad alterum, quid mirum est, si illius alterius trasmutatio, & alteratio fieret, quod etiā simul aliquo modo transmutaret illud quod se habet ad aliquid. Nam consideranda est ipsius transmutatio, quaten⁹ ad aliquid, & nō quaten⁹ qualis, neq; qualis quanti transmutatio Quare ad aliquid fit, & corrumpitur cum alteratione, & mutatione, quæ ipsi conuenit. Unde Stoici nō rectè putant, qui aiunt ea quæ ad aliquid aliquo modo se habent, ab omni proprietate secundum differentiam seiuncta esse, quia nata sunt aduenire & recedere ab aliquo, nulla trāsmutatione facta circa ipsa. Sed mediusfidius hoc quod dicunt falsum est, quandoquidem etiam fiat transmutatio ipsorum ad aliqd, sicut nata sunt transmutari siue ipsa in qualitatibus, siue in alijs generibus subsistant, & propriam habeant subsistētiā in illis, siue separata sint, ut quędam ratio adhuc magis subsistūt. Itaq; utroq; modo, ipsa ad aliquid talem subsistentiam habent, qualē diximus, et differētiaa simul, & habitudinem consistere Quod igitur quæ ad aliqd sunt, subsistant, & quā habeāt naturā, per hæc satis dictū sit. Reliquū est, ut de illo, quod dicebatur esse commune in omnibus quæ sunt ad aliquid, & tātā habēt differētiā idē dicētes soluunt dubitationem, quod ad unam similitudinem dictionis, & ad unā proprietatem significationis reducuntur, & ob id commune in ipsis dicitur, iuxta qualitercūq; considerantis communitas significationum, ceu hæc est alterius dici, uel dici qualitercūq; ad alterū, uel alterius esse, uel aliud ad seipsum aliquo modo se habere. Nam quę sunt secundū similitudinem significationis sub eadem reducuntur communitate, quāuis non eandē habeāt naturam. Unde negationes, & denominationes, aliquando in eodē genere ponim⁹, quādo pſertim circa idē sunt cum affirmationibus, et q̄d significat affirmatio esse, idipsum negatio significat non esse, sed horū subsistentia quidem nullaten⁹ est, sed similitudine significationis ad idē predicamētū reducūtur. Atqui reprobant talē dubitationē, tāquā admittētē dubitationem, quæ dicit secūdū similitudinem dictionis, ad aliquod unū cōmune reducta ea quæ sunt ad aliqd: Unde oportet esse etiam aliquod genus ipsorum ad aliquid in quo diuersitates diuidantur ipsorum, quæ se habent ad aliquid aliquo modo secundum speciem considerate. Non enim sunt de numero analogorum, ut unum ab uno est, sed eadem ratio habitudinis in omnibus intelligitur, secundum quam commune genus determinatur, sicut etiam in alijs prędicamentis fit. Quocirca operepręcium est diuidere ad aliquid in ipsum, quòd per se est ad aliquid, & in ipsum quod per accidens est ad aliquid, ne sæpe erremus deducti ab alio genere, in aliud genus. Nam quia hic quod est per accidēs semper aliquod pricipale sequitur, ob id aliud habebit pricipaliter, q̄d pcedit. Accidēs aūt aliter sequeł, & ubi appar⁹erit tale, qle esse apparet, itaq; hęc dicanē per se ad aliquid, ut ęquale, & simile. Nā hęc principalem habent habitudinem, cuius meritò subsistunt, & non propter aliud ad aliqd in habitudine ↄsiderant, ꝑ accidēs uerò hō

diceretur ad aliquid, quia accidit ipsi duplum esse. Postremò post communes dubitationes & solutiones, neq; omittamus eas quæ particulariter adducuntur. Nam aiunt, simile nihil aliud esse, quã quodam quale in utroq; simili, q̃d ante habitudinem existit. Vnde uel habitudo nihil erit, uel erit quodam iudicium nostrũ, & opinio qua comparamus inuicem, ea quæ per seipsa sunt, & dicim⁹ hoc, & illud habere eandem magnitudinem, & eandem qualitatem. Item instant quid sessio, & statio est, pręter sedens & stans. Sed ad omnia talia communiter obuiandum est, quando si quidem iudicium mentiretur hęc, uanus esset huius intellect⁹, profectò nihil esset habitudo, quod si iudicium nostrũ uerum dicit, & aliquid esse ipsum simile, & æquale intelligimus, etiam eorum positio credenda est, quæ apud nostras conceptiones referat ea tanquam existentia, atq; ponenda est habitudo eorum quę sunt in habitudine, & ipsum ad aliquid, in propria subsistentia. Nam quale, & quantum per se quidem subsistunt, sed similia & æqualia talia non dicũtur, priusquam participẽt ipsis habitudinibus secundum se. Nam aliud est ipsum æquale præter quantum, & ipsum simile, præter quale. Equidem ipsum idem quod indifferentibus est æqualiter, uel similiter dictum, etiam ipsum habet subsistentiam, non illam aduẽticiam, sed principalem cum principalibus generibus, per quam specificantur quanta, quæ dicuntur æqualia ad commensurationem redacta, & ipsa qualia determinantur per simile, quod idem est in ipsis qualibus determinatis, & non tenet aduenientis habitudines, sed secundum principales ipsorum existentium habitudines, uel simul existẽtes cum ipsis. Porrò quum dicimus, q̃ iste fecit hoc, & iste dominatur, huic non nudas res accipimus, sed ultra consideramus aliquod opus intermediũ, quod connectit, & adaptat agens ad id quod fit, & dominans ad id quod obtinetur, & sub dominio est. Equidem oportet esse communem applicationem efficientium, ad effectus. Hi uerò stationem, & sessionem ens esse negant, qui quandam Stoicorum consuetudinem imitari uidentur, quũ nihil aliud putant esse, quam subiectum, & existiment differentias subiecti non subsistere, quas uocãt aliqualiter se habentia, perinde ac hoc ipsum quod est aliqualiter se habere in subiectis habeant. Nam si statio est unum genus rerum, quippe quæ collocatio alterius in altero est habens propias subsistentias profectò, & ipsa statio erit altera à stante, & sessio erit diuersa à sedente, & uniuersaliter priora erunt quæ participantur, quam ea quæ participãt, atq; longè priora erunt ea quæ per se sunt, quam ea quę in alijs collocantur. Item aiunt, quod Plato inquit habitum q̃ dicitur secundum id quod habetur, ut armatorum habit⁹ quale esse, hic tamen secundum ipsum habere magis significat ipsum habere. Sed non opus est his qui sic distinguunt, intelligere, habens, & id quod habetur esse ad aliquid, sed esse ad aliquod medium, quod est inter habens, & id quod habetur, quod consideratur, quatenus cõnectit, & adaptat utrũq;, similiter oportet considerare commune illius, quod disponitur, & disponibilis subsistere secundum habitudinẽ ipsorum adiuncti. Item dicunt dextrum ad sinistrum, & ante ad posterius, q̃ magis dicerentur dum talia mouerẽtur, quandoquidem hic quidem sic, & ille sic moueretur, nostrum intelligeremus dextrum & sinistrum, & prius & posterius, eodem modo poneremus. Sed illud rursus dicendum est, q̃ pri⁹ dicim⁹, q̃m siquidem uerũ asserim⁹, quũ de aliquo quippiam dicimus, & intelligim⁹, pfectò habitudo aliq̃d erit alioquin ipsa nihil erit. Quod si neq; dicentibus nobis, neq; intelligentibus sinistrum, & dextrum, & cæterę quatuor positiones habent quandam naturam determinatam, perspicuum inconueniens erit, illas quo ad nostram positionem mensurare. Hæc quoq; ad particulares dubitationes dicta sint. Vltimò Eudorus accusat Aristo. cur quum diuidatur ipsum per se, contra ipsum ad aliquid Aristo. disputauerit de ipso ad aliquid, & dimiserit id quod est per se. Sed respondendum est, q̃ ipsum per se comprehenditur, & consideratur in nouem prædicamentis, & secundum per se nouem prædicamenta considerant, quum igitur Aristote. acceperit ipsum per se, iuxta nouem prædicamenta, adiecit ipsum ad aliquid è regione diuisum, contra ipsa decem prędicamenta, quod tamen circuit ipsa decem genera. Nã dubio procul in ipsis nouem prædicamentis est, sed in substãtia non sine dubio ponitur, ut ipse dicet. Equidem in qualitate habitus est ad aliquid. In quanto duplum. In ubi ultra, & circa. In quando senius, & recentius. In facere, & pati, ustio, incisio, in quibus actio, & passio etiam eodem nomine participant. In prædicamento poni, id quod superponitur, & supponitur. In habere, illud quod denominatiue dicitur ab eo à quo habet, ut calceario. In substantia uerò, pater, & filius, quibus nonnulli putant ipsum ad aliquid alijs prædicamentis tãquam ingenitam atq; innatam, quãuis principale sit, & secundum propriam differentiam consideretur. Nam communitas ipsius ad aliquid, per omnia prædicamenta penetrat, ac per contraria, & qualitercũq; differentia, atq; per uniuersa genera, & omnia ea quæ sub ipsis ordinant, quod si hæc communitas, non singulis prædicamentis adesset, atq; sparsa esset, profectò omnia ab omnib⁹ prorsus distraherẽtur. Vnde talis communitas est quędam habitudo, quę specie, et ratiõe subsistit, & participatio eiusdem participantibus est, non per generationem, uel nutũ, uel aditum, alium modum habens, ingressum, transitumq; internum adesse, neq; enim alienatio, neq; appositioneq; introductio, neq; diffusio, neq; additio, uel ablatio, uel partiũ positio, uel uniuersaliter talium aliquid, habitudinem constituit. Quandoquidem & eadem defetãtur contrarię habitudines, sed & contraria eorũdem sit, itaq; dũtaxat proprię causa habitudinis est participatio, species habitudinis & ipsum ad aliquid secũdum habitudinem solam rimatur, pręsertim quum nos conceperimus res, quarum est habitudo. Deniq; habitudinum alię simul sunt cum subiectis, ceu quęcũq; considerantur cum ipsis, ut dextrum & sinistrum in partibus animalis, aliæ uerò manentibus subiectis, eadẽ deserunt subiecta, ut dextrum secundum stationem, præsertim quum ipsum aptè se habuit ad habitudinis participationem. Item aliæ sunt quæ magis accidunt, alię uerò quę corruptis subiectis permanent, ceu sunt illę quæ eorũ sunt, quæ prius subsistebant, atq; illius poster⁹ ad prius secũdũ tempus, quæ etiam secundum se habent specialem rationis habitudinis. Sed de his quidem satis dictum sit, deinceps uerò prosequamur propria ipsorum ad aliquid, atq; ea quæ assignauit Aristoteles.

Existit autem, & contrarietas in ipsis ad aliquid, uelut uirtus uitio contrarium, utrũq; ipsorũ ad aliquid existens, & scientia ignorantiæ, non omnibus autem ad aliquid inest cõtrarietas, duplo enim nihil est contrarium: neq; triplo, neq; taliũ alicui.

Post diffinitionem, uel descriptionem ipsorum ad aliq̃d, hoc in loco tempus erit proficiscendi ad ea quæ insunt ipsis ad aliquid. Equidem cum unaquæq; res communibus, & proprijs rationibus, secundum substantiam compræhendatur, iccirco ipsorum ad aliquid quædam sanè erant communia cum alijs prædicamentis, quædam uerò peculiaria, & propria, quæ post communia tradit. Primò itaque inquit contrarium inesse ipsis ad aliquid, quod quidem in substantiam, & quanto negabatur esse, uerũtamen in qualitate, atq; in alijs prædicamẽtis plurimum inesse ostenderet. Dicit ergo contrarietatem esse in ipsis ad aliquid, tanquam ipsum quod ad aliquid, contrarium sit illi, ad quod refertur. Nam alia est oppositio relationis, & alia contrariorum, ut in sermone de oppositione postea intelligemus, sed quum quædam quæ sunt ad aliquid inter se etiam contraria sint, non secundum rationem sunt ad aliquid, sed quia quum sint ad aliquid, iam erant contraria. Verum ait ipsorum ad aliquid esse uirtutem & uitium, scientiam, & ignorantiam, non quia uirtus, & uitium, uel scientia, & ignorantia sint ad aliquid, sed

secundum

secundum relationem quàm habent ad genus idest secūdū habitum, ipsa erunt ad aliquid. Nam habitus est de numerò eorum, quæ sunt ad aliquid. Sed aliquis utiq; instabit: quomodo Aristo. postea scientiam & uirtutē, atq; ea quæ sunt his opposita, qualitates ponit. Nisi quia idem secundū aliud, & aliud, in alio prędicamento collocetur. Vnde prædicta quatenus efficiūt subiecta sua qualia, erunt qualitates, sed quatenus insinuant habitudinem ad alterum, erūt ad aliquid. Item subiungit non omnibus quæ sunt ad aliqd inesse contraria, quandoquidem nec duplo, nec triplo, neque alicui talium quæ sunt ad aliquid, inest contrariū. Sed cum ipsis ad aliquid, partim inest contrarietas, & partim non inest. Nisi quia sine alio prædicamento, ipsa ad aliqd intelligi non possunt. Equidem semper simul cū aliis subsistunt, ob id ergo quando accipiuntur, & sunt in prædicamento habente contrarietatem, profectò & ipsa habebūt contrarietatem. Similiter si fuerint in prędicamentis nō habentibus contrarietatem, neq; ipsa habebunt cōtrarietatē: Nam quæcunq; insunt generi quod subijcitur ipsis ad aliquid, eadem etiam accidunt, ut plurimum ipsis ad aliquid. Quare quando ipsa considerantur in habitu, uel uniuersaliter in qualitate contrarietatem suscipiunt, quia etiam qualitas contrarietatem suscipit, sed quando in duplo, uel in triplo, aut uniuersaliter in quantitate erunt, non amplius subibunt contrarietatem, quia neq; quantitas contrarietatem suscepiebat, eodem quoq; modo quando inest substantiæ, ceu in patre, & filio. Nam tum non suscipit contrarietatē, quia neq; substantiam eam suscipiebat. Quocirca patet ꝙ quatenus ipsum ad aliquid suscipit contrarietatem, sic commune quoddam habet cū his generibus, quę eādem suscipiunt, & quatenus non suscipit, conuenit cum his, quæ nō suscipiunt contrarietatem, quod etiam ad aliquid secūdum utrūq; modum conuenit cū omnibus generibus. Quare suscipere cōtrariū, neq; est proprium ipsis ad aliquid, quādo quidem neq; omnibus, neq; solis relatiuis inest cōtrarietas.

Videntur autem, magis & minus suscipere ipsa ad aliquid, simile enim & dissimile magis & minus dicuntur, & æquale et inæquale: magis & minus dicuntur, utrūq; ipsorum ad aliquid existens. Simile enim alicui simile dicitur: & dissimile alicui dissimile, non omnia autem ad aliquid suscipiunt magis & minus, duplū enim nō dicitur minus et magis duplū, neq; taliū aliquod.

Quæ sunt ad aliquid, uidentur præterea suscipere magis & minus Verum dicit (uidentur) nō perinde ac ipsa ad aliquid non suscipiunt magis et minus, quandoquidem suscipiunt, sed dixit (uidentur) tanquam antiquam opinionē exponens. Nam simile suscipit magis & minus, quia illud est magis simile, quod eadem forma speciéue participat, & illud minus, quod minus participat, attamen simile est de numero eorum, quę sunt ad aliquid. Sed hinc perspicuum, quomodo loco huius particulę, (& inęquale magis & minus) non dixit inæqualius. Nam si inæqualius est inæquale, iam accepit magis, quomodo ergo non dixit loco magis & minus inæqualius? Nisi fortè quia non erat dictio in consuetudine, proinde ipse ꝓtulit, pronūtiauitq; ipsum inæquale, cum hoc magis. Item quomodo subiunxit & minꝰ. Nisi quia & magis inæqualius, et minus est. Etenim magis & minus similius dicimus, æqdem qn aliquid alicui alio est similius id tale similius intenditur, & remittitur. Verum Iamblicꝰ, & alio mō interpretatus, qui quū ostendat processum inæqualis in infinitum, & appellauit ipsum inæquale, inæqualius. Non enim ipsum inęquale habet statū, neq; aliquando sit magnum, quin maius semper dici queat, neq; ita sit paruum, quin semper minus secundum adiectionem, & ablationem in infinitum fiat. Sed animaduertere dignū est, ꝙ Aristo. non dixit æqualius, sed inæqualius, quia non similiter, uel non uniuersaliter se habent æquale, & inæquale, eodem modo. Nam ęquale unū est, ceu si fuerit inæquale, considerantur autem magis & minus, tanquam in ipso inæquali, sed etiam erit quæstione dignum, cur magis, & minus, similiter considerantur in simili, & in dissimili, & non similiter in ipso æquali & inæquali. Item quomodo æquale, & inæquale, quum sit proprium quanti, suscipit magis, & minus, quādoquidem quantū nō suscipiat. Nisi quia quantū, quatenus quantū, non suscipit, sed ea quę accidunt quanto, non quatenus quanta, sed quatenꝰ qualia sunt, secundum hoc potius suscipiūt magis, & minus. Itē neq; omnia quę sunt ad aliquid, suscipiunt magis & minꝰ. Nam quę consistunt in subiectis, quę non habent magis & minus, neq; ipsa suscipiunt magis & minus, unde duplū, & triplum, atq; uniuersaliter quanta definita, nō suscipiūt magis & minus. Nam quæ sunt determinata, nō suscipiūt ipsam indeterminationem, secundum magis & minus. Verum denuo & ad oppositiones quæ dictæ sunt, & ad earūdem solutiones, reuertēdū. Nam aliquis dubitaret, quomodo uirtus, & uitium sunt de numero eorum quæ sunt ad aliquid. Nam esse alicuius, ceu uiri studiosi & praui, hoc certè potius indicatiuū est participationis, quàm habitudinis. Sed illud quoq; dici potest, quod prius dictum est, quia uirtus & uitium sunt ad aliquid, secundum relationem ad genus. Nam habitus non solum ut participatus consideratur, sed etiam quatenus se habet, & refertur ad id quod habetur, et ad habens, quatenus & ad aliquid est. Item possumus dicere & aliter, uirtutem & uitium esse de numerò eorum quæ sunt ad aliqd, quatenus sunt qualitates, & medietates quædam, uirtus scilicet ut commensuratio est, uitium autem ut incōmensuratio, & cum incōmensuratio referantur ad incommensurata, itaq; uirtus & uitium erūt contraria, quatenus qualitates, & ad aliquid, quatenꝰ medietates. Quamobrem neq; hic dubitādi locus est, quomodo cum alia sit oppositio relatiuorum, & alia contrariorum, istę oppositiones non confundantur, siquidem sint etiam cōtraria, in ipsis ad aliquid Verum nō sunt cōtraria, quatenus ad aliqd, sed (ut ipse inquit) contrarietas est in his quæ sunt ad aliqd. Nam quędam quę subijciuntur ipsis ad aliquid, quatenus qualia, contrarietatem habent, sed non quatenus ad aliqd. Nam neq; contraria quatenus contraria, sunt ad aliquid, neq; ea quæ sunt ad aliquid, contraria sunt. Vnde uniuersaliter quæ sunt ad aliquid, quatenus habitus, non habēt cōtrarietatem. Equidem habitꝰ non est habitui contrariꝰ, sed cōtrarietatem habent, quatenus tales habitus, ꝙ idem est dictu, quatenus qualitates. Cæterum animaduertunt, ꝙ scientia, intelligentia, cognitio, quæ simul insinuant notitiā aut uoce sola differant, aut dicimus intelligentiam esse notitiam speculatiuam specierum, & cognitionem generū, scientia uerò tanquam eam notitiam, quæ his superior est, quo pacto non erit discrimen solum secundum uocē, sed etiam erit quędam eorum differentia realis. Verum adhuc instabunt, dicentes nullam habitudinem suscipere intensionem, & remissionem, quum similiter se habeant ad alterū. Nisi habitudo non quatenus habitudo, uel ad aliquid, quatenꝰ ad aliqd, sed quatenus talis habitudo, & quatenꝰ qualitas, suscipit magis & minꝰ. Verū adhuc instāt dicētes ꝙ nō solū in qualitatibꝰ cōsiderant magis & minꝰ, sed etiā in quantitatis, ceu in ipso æquali, & inæquali, maiori, & minori. Nisi hę qualitates sint quantitatiuę, & fiat intensio, & remissio in eis secundum qualitatem. Item si quis putaret duplum suscipere intēsionē, & remissionē, ꝓp augmētationē, & minorationē in ipsa ꝓportiōe numerorū, adeo ꝙ putaret ipse, in ducētis, & centū, magis duplū esse, quā in quatuor & duobꝰ, ꝓfectò is ignorat, ꝙ in pluribꝰ, & minoribꝰ numeris eādē ratio contemplatur, & tamen neq; intensionem, neq; remissionem suscipit Deinde sciendum est, ꝙ Architas sub silentio præterit hoc, de numero eorum quę consequuntur ad aliquid scilicet contraria suscipere, quamuis de hac proprietate mentionē fecerit, in ꝑdicamentis substantię, & qualitatis. Etenī inqt, nōnulla cōmunia qualitati assignāda sunt, ceu ↄtrarietatē quādā suscipere, & priuationem, q in prędicamento ad aliquid non dimisit magis & minus, dicēs. Id quod aliquando ad aliud aliq mō se hēt, suscipit magis &

minus. Nam magis est, quatenus aliquo maius est, & minus, quatenus eodē minus est. Verūtamen non in omnibus id fit, quę aliter aliquo modo se habent. Non enim magis patres sumus, neq; minus, neq; magis fratres, uel filij. Dico autem hæc, non mecum reputans dispositiones morū utrorūq;, quomodo inter se coniuncti beneuolentia, aliquando aliter fiant cognati, proximiq;, & quō fiant simul fratres, sed respicio ad ipsum intellectum naturę. Cur igitur Architas prætermisit contraria? Nisi quia cōtraria nō sm se, ipsis ad aliquid inerant, sed secūdū accidēs meritò subiectorū suorū, nā uerit⁹ est, ne aliqs ꝯfunderet, In idē medietates. & ea quæ subijciūtur ipsis, atq; ne intermat medietates nihil aliud pręter subiecta derelinquens, uel illorum coīū & cōuenientiam pronunciet, affirmetq; ipsas medietates esse. Eqdem est unum aliquod genus cōmune, medio, & competit extremis, quod est diuersum ab illis, in qb⁹ cōtrarietas cōsideratur, quatenus sunt qualitates, & non sm habitudinem ipsorum. Itaq; Architas propter hoc prętermisit contraria, qui tameo magis & minus inseruit aliquibus relatiuis, tanquā proprium eorum. Nam quum sint quædam in tali prædicamento, quæ sunt de genere infinitorum, in quo magis & minus uehementer, & sensim, debiliterue, & id gen⁹ alium, quæ procedunt indefinitè. intensa & remissa, meritò statuit magis & minus, tāquā ipsis ad aliquid ingenitum, & hoc magis & minus, est maius & minus, quorum exempli loco, pręposuit magis & minus, quę sunt de natura infiniti. Verum quum aliæ species ipsius ad aliquid, in aliquo termino suot cognatæ, ob id illæ determinatum prædicamentum habebant, & non suscipiunt intensionem, neq; remissionem. Talia autem sunt, quæcūq; ad substantiam se habent cognatè, ut pater uel frater, quia etiam substātia eorum determinata est, & non suscipit magis & minus, similiter neq; æquale, neq; duplum, suscipiunt magis & minus. Postremò quum quidā sæpe se cōferant ad eas communitates, quæ uidentur scđm accidēs, huius gratia proinde Architas apposuit, ꝙ non oportet dispositiones ipsorū cōsiderare. s. qua inter se cōiuncti sint beneuolentia, quādo quidem hoc, & id genus potius scđm qualitatem consideratur. Equidem oportet ipsa ad aliquid, non sicut qualia considerare, sed (ut ipse ait) respicere ad intellectum naturę, & ipsam habitudinem, quatenus est habitudo propriè perscrutari. Vltimò hęc determinatio statuenda quoq; est, in alijs p̄dicamētis, qñ cōmunia & ꝓpria ipsorū ꝯsiderabimus, ubi plura gñra & nō cōmixta cū alijs rimabimur.

Omnis autem ad aliquid, ad conuertentiam dicūtur. Seruus enim domini dicitur seruus, & dominus serui dicitur dominus, & duplum dimidij dicitur duplum, et dimidium dupli dimidiū, & maius minoris maius, & minus maioris minus. Similiter autem, & in alijs, uerūtamen casu aliquando differt secundum dictionem puta scientia scibilis dicitur scientia, & scibile scientia scibile: & sensus sensibilis sensus: & sensibile sensu sensibile.

Postquam tradit cōmunia, quę habent ipse ad aliquid cum alijs generibus, nunc proponit proprium ipsorum assignare, quod quidem est dici ad cōuertentiam, quando illa ad quod dicit, & ipsum ad ipsum qđ ad aliud dr̄, diceretur prędicata uicissim, ut in ꝓpositis exēplis patet. Nā sicut seruus dñi dicit seruus, ita etiā dñs, serui dñs dicit. Idē in alijs fit, ubi adequat utriusq; ad alterū prędicatio, ꝓꝑ qđ etiam cōuertentie seu cōuersio dici solet, ceu qñ hoc ad illud, & ecōtra illud ad hoc, ꝓdicat. Verū quū dixerit in ꝯtextu, ꝙ similr & in alijs fit, & exempla quæ adducta sunt in genitiuo faciebāt conuersionem, sicut à principio fiebat prędicatio in descriptione ipsorum ad aliquid, ob id reuocatur i dubiū, quia non oīa ꝑ genitiuū casum proferunt, sed quędam in datiuo cōuertunt, ceu quādo dicimus sciētia scibilis, & sciētia, cuius cōuersionē nō amplius faciemus, locātes sciētiam in genitiuo, sed scientiam in ablatiuo, dicentes scibile scientia scibile, Quocirca meritò apposuit, adduxitq; in cōtextu. Verūtamen aliquādo casus differt, secundum dictionē, qa sm res, nulla fit habitudinis uariatio. Nam eędē manent, quatenus se hñt aliqualiter, fit, inde uariatio sm solā dictionem, quādoquidē nos similem faciam⁹ cōuersionē, ut in seruo & domino, patre & filio, aliquando aūt mutemus casum, ut diximus, exemplo scientiæ & scibilis, aliqñ etiā id ad quod dicitur, neq; suscipit casum, sed indiget hac propositione, ad, nam magnum & ad paruum, sed nō parui dicitur magnū. Cæterū multiplex est conuersio. Nā sæpenumero facta conuersione, oportet accipere appropriatā propositionē. Nā syllogismi conuersio, etiam dicitur cōuersio, presertim qñ conclusione cōuersa, & altera propositione eadem manente altera, omnino conuertitur, nam ut Aristo. ait in secundo libro priorum analyticorum, si ostēsum fuerit a, d, c, per medium b, & a, sumat de nullo c, aut non in omni inesse per cōuersionem, uel in contrarium, uel in oppositū e. sumatur ipsa tanquā una ꝓpositio altera duarum ꝓpositionū manente quauis reliqua eadem conuersione conuertitur, fit conclusio. Nam si sumatur a, de omni b, & b, de oī c, infertur conclusio a, de omni c, quæ si conuertatur & fiat propositio, dicens a, de nullo c, & assumatur maior propositio, quæ à principio dicebat a, de omni b, cōcluditur b, de nullo, uel non de omni c, in secunda figura, si autem minor maneat, prior cōcluderur in tertia figura particularis, semper scilicet a, nō de oī b, et sic est unus modus conuersionis, alter autem est quo fit propositionis cōuersio, penes alternationem terminorū, quatenus simul uerę, & simul falsę sunt, conuertens ad conuersa, ceu nullus homo lapis, nullus lapis homo, omnis homo, animal, aliquod animal homo. Item est alius modus conuersionis, quo res se consequuntur, & simul sunt, quāuis differāt, ceu studiosum sequitur cultorem dei, & econtra. Item est alia conuersio præter has, quę dicitur esse eorum quę sunt ad aliquid, & non solum habet alternatam conuertentiam consecutionemq;, sed etiam cum habitudine est, qua alternata prædicata, adinuicem prædicantur. Non enim idem est hoc huius, & hoc huius, atq; hoc habere, cum habitudine. Nam aliud est dicere, studiosus cultor dei est, & econtra cultor dei studiosus est, & aliud est dicere, hoc modo, seruus domini seruus, & dominus serui dominus. Nam hoc dicitur secundum habitudinem, illud uerò secundum participationem. Verum eorum eodem casu conuertuntur, alia quidem eadem re utuntur in utroq; casu, recto scilicet, & obliquo, ceu æquale & simile. Nam ęquale ęquali ęquale, & simile simili simile, quum eadem res quę habeat habitudinem, sit etiam ipsa, ad quā se habet quæ refertur, alia uerò secundū diuersitatē alternantur, ut dominus, & seruus, duplū & dimidium, ut etiam Architę uidetur. Nam inquit, similem cōuersionem suscipiunt, quędam ut æquale, & paternum, & nōnulla dissimilem magis, & minus. Item & simplicibus cōmisceri possunt quędam ipsorum ad aliquid, secundum participationem aliorum prędicamentorū, ut conatori participatione ipsius, quando & ęque pugnantes à participatione ipsius pati, & æque uelocea à participatione ipsi⁹ facere, pręsertim quando uelocitas consideraretur secūdū delationem corporū idē similiter in alijs fit Ambigeret forsitan aliquis, ꝙ nō sit proprium ipsorum ad aliquid dici ad conuertentia, quandoquidem non ipsis tantum non insit, sed etiam plerisq, alijs. Nam si honestum est, etiam bonum est, & econtra, si quippiam boni est, etiam honestū est. Sed nonnulli hanc dubitationem audientes, instant cōtra exemplum, qui Stoicis potius quam Peripateticis assentiunt, quandoquidem illi asserant honestum propter se expetendum esse, & bonum secundum naturam esse. Quocirca si aliquid honestum est, illico illud ponunt esse bonum, non autem econuerso. Vnde asserunt sanitatem esse quodam bonū secundum naturam, & proficuū, sed negāt sanitatem esse honestum, quia non propter se est expetenda, quum sit sanitas, organi instrumentiuè excellentia. Verum quidam alij hanc instantiam refellunt, quū ad dubitationem minimè adducta sit, sed ad exemplum. Nam quantuis aliquis

tis aliquis concederet, non rectè se habere conuertentiam consecutionemuè mutuam, eorum quę exẽpli causa adducta sunt, tamen multa alia sunt, quę simul existũt, quorum natura simul sunt, ceu sphęrę centrum & circũferẽtia, partim uerò sunt, tanquam prima & secunda, ceu cum sole lumen simul est. partim quoq; sunt inseparabilia accidentia, ut igni caliditas, & diffinitiones cum deffinito, & termini cum principio, simul se consequuntur, atq; simul existunt. Verũtamen alij quoq; sunt, qui quum hæc accusant, neq; ipsi soluunt dubitationem, sed cedunt ipsi dubitationi, asserentes dici ad conuertentiam, non esse propriam ipsorum ad aliquid, eo modo scilicet proprium quo omnibus & solis inest, sed est eo modo proprium, quo omnibus ad aliqd inest, sed non ipsis solis. Nam sunt quoq; alia, quæ inuicẽ conuertuntur, tãquam ea, quorum unum alterum uicissim sequitur, & cum eo simul est. Vnde proprium fortè dici potest, scd̃m eam consuetudinem, qua proprium dici solet illud, qđ omnibus inest, quãuis non solum insit. Sed fortè diligentius intelligere oportet, quod diximus. Nam Aristoteles non dixit ꝙ ipsa ad aliquid inuicem simul existunt, ceu lumen, & sol, caliditas & ignis, neq; ꝙ alterum sit alterũ, ceu honestum & bonum, sed dixit ad aliqua dicuntur, quę etiam ipsa, ad ipsa dicuntur. Nam ad alterum respicere, & ad alterum dici, est species ipsius ad aliquid, sed illud scilicet ad quod dicitur, similiter dici ad id quod dicitur ad ipsum est, proprium, quod consequitur ea quę sunt ad aliqd. Nam ea quę uniuersaliter simul existunt, non dicuntur adinuicem, nam lumen quãuis solis sit, tamen non dicitur ad solem, quandoquidẽ aliud sit alicuius esse, ceu germen, actionem, passionem, uel possessionem, & aliud sit ad aliquid esse, & referri. Nam illa quãuis alterius sint, tamen habẽt naturam propriam, et ea quæ sunt ad aliquid, substantiam habent, in respectu ad alterum, & quatenus unum ab altero uicissim dependet, similiter ea se habent, quorum alterum non ex altero proficiscitur, ut in primis rebus, & secundis. Nam eò dicuntur ad cõuertẽtiã, qa unum ex altero proficiscitur, uel unum cum alio uicissim existit. nam sicut sunt, ita & dicuntur. Prætetea scire oportet, ꝙ conuersio ipsorũ ad aliquid, nõ solũ accidit, quia unum dicatur ad alterum, quandoquidem hoc significet quandam communitatem, & propriam consuetudinem dictionum, sed quia communis existit habitudo eorum, ob id pręedicamentum ad aliqd est. Cæterum Architas, quoq; assignat conuersionem ipsorum ad aliquid, dicendo, nonnulla ad aliquid similem cõuersionem suscipiunt, ut æquale & fraternum, & quædam dissimilem, ut magis & minus. Vnde ipsis etiam assignat conuertibilem modum, dicendo de speciebus ipsius ad aliquid, hunc in modum. Hoc quidem aliquid ipsorum, non est conuertibile, uelut scientia, & sensus. Nam scientia dicitur scibilis scientia, & sensus sensibilis, sed econtra, scibile non dicitur scientiæ, neq; sensibile sensus, cuius rei causa, qa scibile & sensibile, absq; sensu & scientia queunt esse, sciẽtia uero & sensus, non possunt sine scibili, & sine sensibili. Pręterea Architas designat ipsa ad aliquid, quatenus magis adinuicem sunt, quum dicat. Proprium eius, quod ad alterum aliquo modo se habet, est ipsa existẽtia eorum simul, atq; hoc, quo unum alterius causa, inuicem esse dicitur. Nã quum secundum causam, & secundum substantiam simul sint, profectò sequitur, ut etiam adinuicem dicantur. Nam sicut sunt, ita dicuntur, & quia sunt. dicuntur, & non econuerso, quia dicuntur, idem sunt, & hoc modo, atque iuxta hoc tale, affert proprium huius generis. Equidem aliquis non poterit ostendere discrimen ipsius, secundum genus. quatenus dicitur solum, Quare conuersio etiam secundum dici, dependet ab ea existentia, qua sunt relatiua. Postremò quonam pacto ipsa ad aliquid simul inuicem existant, simulq; natura sint, quum uideãtur aliqua secundum causam præcedere, ut actio pręcedit passionem, & pater filiũ, tunc disputabimus, quando sententiam Aristo (dicentis ipsa ad aliquid esse simul natura) prosequemur.

At uerò aliquando non uidebitur conuerti, si nõ conuenienter ad quod dicitur aßignatum fuit. Sed peccauerit aßignãs uelut ala si aßignetur auis, non conuertitur auis alæ. non enim cõuenienter aßignatum fuit quod primum, ala auis, nõ enim qua auis: hac ala ipsius dicitur, sed quia alatum est, multorum enim, & aliorum alæ sunt, quæ non sunt aues: quare si aßignetur cõuenienter, & cõuertitur puta ala alati ala, & alatũ ala alatũ, quãdoq; aũt & nomina fingere fortè necessariũ, si non positũ sit nomen, ad quod conuenienter utiq; aßignabitur, uelut gubernaculum nauis si aßignetur, non est conueniens aßignatio nõ enim qua nauis, hac & ipsius gubernaculum dicitur, est enim nauis, cui non est gubernaculum, propter quod & non conuertitur, nauis enim, non dicitur gubernaculi nauis. Sed fortè conuenientior utiq; aßignatio erit, si ita aliquo modo aßignetur, gubernaculum gubernaculati gubernaculum, uel quomodocũq; aliter (nomen enim non iacet) et conuertitur: si conuenientẽr aßignetur, gubernaculatum enim, gubernaculo gubernaculatum. Similiter autem, & in alijs, puta caput: cõuenientius utiq; aßignabitur capitati caput, quàm animalis aßignatum, non enim qua animal: caput habet, multa enim animalium, caput non habent, sic autem facillimè utiq; aliquis fortè sumet, quibus non iacet nomen. Si à primis imposuit nomina, his ad quæ conuertuntur, sicut in prædictis ab ala alatum, & à gubernaculo gubernaculatum. Omnia igitur ad aliquid, si conuenienter aßignentur, ad conuertentiam dicuntur, quoniam si ad contingẽs aßignentur, & non ad ipsum ad quod dicuntur, non conuertuntur. Dico autem, ut neq; eorum quæ dicuntur confessè ad conuertentiã, et nominibus proprijs positis, nihil conuertitur, si ad aliquid accidentium aßignetur: & non ad ipsum ad quod dicitur, puta seruus, si non domini aßignetur seruus, sed hominis uel bipedis, uel quodcũq; talium: non conuertitur, non enim poßibile est dicere, homo serui homo, non enim conueniẽs aßignatio est, adhuc si quidem conuenienter aßignatum fuerit, ad quod dicitur, omnibus circũscriptis alijs, quæcũq; accidentia sunt. Derelicto autem hoc solo, ad quod aßignatum est, conuenienter semper ad ipsum dicetur, puta si seruus ad dominum dicitur, circũscriptis alijs quæcũq; accidentia sunt domino, uelut quod bipes est, & quod sciẽtiæ susceptiuus, & quod hõ, relicto aũt solo hoc quod dñs est, sẽp seruus ad ipsum dicetur, seruus enim, domini dicitur seruus. Si aũt nõ cõuenienter aßignetur, ad quodcũq; dicitur: circũscriptis alijs, & derelicto solo eo, ad quod aßignatũ est, nõ dicetur ad ipsum, aßignetur enim seruus hominis, & ala auis, & circũscribatur ab homine dñm esse ipsum, non enim adhuc seruus ad hominẽ dicetur, nõ existẽte enim dño, neq; seruus dicetur, uel erit. Simil'r aũt, et ab aue circũscribatur alatum esse, non enim adhuc erit ala eorum quæ ad aliqd, nõ existẽte. n. alato, neq; ala erit alicuius. Quare oportet quidẽ aßignare, ad quodcũq; cõueniẽter dicitur. Et siqdẽ sit nomẽ impositum, facilis aßignatio fit. non existente autem, necessarium fortè nomen fingere. sic autem aßignatis, manifestum quod omnia ad aliquid ad conuertentiam dicentur.

Cum dixisset ad cõuertentiam dici, omnia quę sunt ad aliquid, quoniam quędam non uident cõuerti, ut ala auis, quæ nõ cõuerti ad auẽ, qñqdẽ nõ ꝯsueuim⁹ dicere auis alã auis, uel alã auis alã. Nã plerũq; alia alas obtinent, q̃ aues nõ sunt. Nã eorũ q̃ hñt alas, parti nõnulla carneas alas habẽt, parti nõnulla hñt mẽbra alarũ loco parti, q̃z sunt quæ hñt alas fissas scissasuè, q̃ solę aues sũt, uult ergo i hoc ꝯtextu sil'r cãm afferre, cur nõnulla ꝯuerti nõ uideant: quãq̃ oĩa ꝯuertant, sil' q̃z modos assignãdi traditionẽ affert, qrũ aliĩ quũ rectè fiũt, saluãt ꝯuersionẽ, ei q min⁹ rectẽ efficiunt mi

nimè ſaluant conuerſionem. Proinde cur nõnulla aliquã do non uideantur conuerti, cauſa eſt, ꝙ non conuenienter aſſignatur id, ad quod dicuntur. Porrò modi rectè aſſignationis, tales ſunt, ut ad quod dicitur, ſecundum naturam ad id fiat aſſignatio, cum quo adequatur. Nam talia ſe mutuò conſequuntur, & conuertuntur. Modi autem qui ſunt nõ recte aſſignationis, tum fiunt, ſi non fiat aſſignatio, ad id ad quod dicitur ſecundum naturam, atq; quando exceſſerint, uel defecerint, & non adequata fuerint aſſignata. Vnde exemplum rectæ aſſignationi Ariſto. dedit, quum dixit dominus ſerui, dominus. Etenim hæc adequantur, & ſcd͠m ſe aſſignantur. Nam quatenus ſeruus eſt domini, atq; quatenus dominus eſt ſerui, & eodem modo ſe habẽt quę prędicantur ſimiliter. Deinde dedit exemplum non rectę aſſignationis, qñ dixit ſi ala aſſignetur auis. Nam neq; auis ſola habet alas, ſed etiam alia, ut ueſpertilio, & alia huiuſmodi, neq; ala aui adequatur. Nam pleraq; alia ut dixim⁹, habent alas, & propter hoc minime conuertuntur, quandóqdẽ nõ dicam⁹ auis ala auis, uel ala auis ala, qa à principio non rectè aſſignata fuit ala, auis. Nã communior amplior-ue dicitur ala, quã auis, quia pleraq; alia, habent alas. Equidem hæ duntaxat aues ſunt quæ fiſſas, ſectaſq; hñt alas, itaq; quum ala excedat auem, merito nõ conuertitur cum ea, quod quidem cauſa eſt, ꝙ à principio non congrue aſſignabatur ala auis, propter quod etiam Ariſto. ait, aliquando non uidebuntur conuerti, qui rectè dicit (non uidebuntur) ſi quidem ob malam nominum aſſignationem, accidat, ut minimè conuerti uideantur. Cum igitur uelit explicare, quonam pacto fieri aſſignationem oporteat, quoniam non inuenit nomen impoſitum quod adequari poſſet priori nomine, nomen fingere urgetur, aſſerẽs oportere hũc in modum aſſignationem fieri, ut dicamus alam alati alam. Nam quum unum horum, cum altero adęquetur, profectò conuerſio congrua fit, ſi dixerimus alatum, ala alatũ. Quocirca Ariſto. etiam methodum tradit, quonam pacto opus ſit accipere ea quę inuicem adequantur, atq; mutuò ſe conſequuntur, & quum methodus talis eſt, quia oportet nomina quæ imponuntur his quæ dicuntur ad ipſa à primis & uulgatis notisq; conſuetudine accipere, ceu ab ala alatum dicitur, & à gubernaculo (ut ita dixerim) gubernaculatum. Nam hoc modo, neq; excedens, neq; deficiens ponetur, id quod ponetur, ſed erit coæquatum, & rectè adęquatum. Obiter opus eſt animaduertere, ad id quod dicitur in textu Non enim qua auis hæc ala ipſius dicitur, per inde, ac per hoc quod dicitur (qua) debeat ſignificari, atq; intelligi, ꝙ non ſolum oportet, ut ſecundum ſuam ſubſtantiã prędicetur, ſed etiam & oporteat adequari. Quod ſi hoc ita ſe habet, non amplius genera de ſpeciebus, qua genera prædicantur. Non enim genera de ipſis ſpeciebus, ex ęquo prædicantur. Item neq; ęquale erit ei quod dicitur per ſe, hoc quod dicitur qua ipſum. Nam illud quod per ſe dicit̃, i his eſt, quę ſecundum ſubſtantiam ſe habent, ſed hoc qua ipſum in illis ponitur, quæ inuicem adequantur. Atqui ſi auis abſq; ala non eſt, cur non dicet̃ qua ala, auis ala. Nam in naui rectè dicitur, quia non qua nauis ac ipſius themo, clauiſq; dicitur, quia ſunt quędam naues, quę non hñt themonem, ceu illæ paruæ quæ remis ſimul impelluntur, & diriguntur, & quędam ducuntur à fluuijs in portum, quarũ etiam nonnullæ fuſtibus impelluntur, nõnullæ uerò funibus trahuntur, itaq; rectè dicitur non qua nauis, ac ipſius themon, clauiuſq; dicitur. At ſecus in aue euenit. Nam omnis auis habet alas, quare dicitur de aue, hoc igitur nõ qua auis (non quia ala ſit de ſubſtantia auis, & ſemper in ea ſit, ſed quia non adequatur ala cum aue, quocirca uerum erit dicere, non qua auis. Nam pleraq; alia habent alas, ſed quũ alatum adęquetur cum ala, & econtra, ob id hunc in modum oportuit aſſignare alam. alati alam. Cæterum quum dicit, neceſſarium eſſe aliquando forſitan nomina fingere, hoc certe dicit non ea de cauſa, ut opus ſit denuo formare conſuetudinem nominum impoſitorum, quo in loco indicat reuerentiam, & obſeruationem ſuam dicendo, hęc tria, quandoq; forſitan et neceſſarium, perinde ac dicat, ꝙ quãdo non fuerit nomen impoſitum conuertenti tum nomẽ illud imponendum eſt, ad quod congrue conuerſio aſſignari queat, non ponendo nomen in uſum ſimpliciter, ſed gratia oſtendendi conuertens, ſecundum rem talem, nomẽ proferendo. Deinceps uerò ad exemplum nauis & clauis proficiſcitur, in quo planè exemplum amplius neceſſe eſt, ut ꝙ habetur excedat, ſicut ala excedit auem, ea quæ amplior eſt, ſed neceſſe eſt. ꝙ habẽs excedat. Nam communior eſt nauis, quàm clau⁹, uelut ibi in plus eſt ala, quàm auis, itaq; recte dixit, ꝙ non qua nauis, ac ipſius clauus dicitur, tum quia non ſubſtantialiter ineſt clauus naui, tũ quia nõ adequatur ei. Verũtamẽ ſi proferatur hoc, neq; qua gubernaculum nauis, ut nauis ſit in genitiuo caſu, falſum eſt. Nam fieri non poteſt, ut ſit themo gubernaculũue, & non ſit nauis. Itaq; ſi nauis in plus ſe habet, quàm clauus, gubernaculũq;, meritò dixit, ꝙ non conuertũtur. Atqui ſi loco gubernaculi, accipiatur gubernaculatũ, tũ conueniens, congruaq; acceptio facta erit. Nã gubernaculũ q̃ gubernaculũ eſt, gubernaculati, et q̃ gubernatũ gubernaculi tale eſt, q̃ pacto adęquant̃ inuicẽ, & ob id meritò cõuertunt̃. Præterea, exemplũ in tertiũ animali & capite affert, in quo ſimiliter excedit animal caput, ſicut nauis gubernaculum. Nã multa animalia non hñt caput, ceu illa quæ in mari dicunt̃ neumones, & lopades, & oſtrea omnia, atq; cancri Vnde rurſus ꝙ dicitur in rexen, non qua animal caput habet, eodem modo quo dixim⁹ de naui & gubernaculo intelligem⁹, qa neq; ſecũdũ ſubſtantiam caput ineſt animali, neq; ſm adęquationem. Verũ illud quod diximus ſcilicet non qua auis alã habet, non diximus ea de cauſa, ut ala non inſit ipſi aui ſcd͠m ſubſtantiam, ſed dũtaxat illud aſſerimus, quia ala cũ aui nõ adæquatur. Nam ala ineſt aui, ſcd͠m ſubſtantiam. Itaq; ex his perſpicuũ eſt, ꝙ ſi cõgrua facta ſit aſſignatio relatiuorũ, ꝙ conuertent̃ adinuicem, ſin uerò non conuertentur. Præterea, neq; ea cõuertentur quæ conſenſu omnium dicantur ad cõuertentiam, & nomina habent impoſita, niſi recta fuerit eorũ aſſignatio. Nam ſi non acciperetur ipſum ad quod dicitur conuenienter, ſed aliquod accidens eius, ueluti ſi non acciperet̃ dominus, ſed homo, uel bipes, quanuis uerũ ſit dicere ꝙ ſeruus ſit hominis ſeruus, non tamen conuertitur, quia nõ eſt homo ſerui homo, ſimiliter de bipede dicendum eſt, quia nõ cõuenienter fuit facta aſſignatio, ſed iſte modus fuit à principio prædicationis, per accidens. Vnde Ariſto. etiam regulam quandã tradit, quæ conuenientem modũ aſſignationis diſcernat, hunc in modũ dicendo. Si enim conueniẽter aſſignatũ fuerit, ad ꝙ dicitur, omnibus alijs circũſcriptis, quęcũq; accidentia ſunt, manẽte aũt illo ſolo, ad ꝙ cõueniẽter aſſignatũ eſt, ſemper ad ipſa dicetur, ut in dño & ſeruo. Nam ſi auferantur à domino omnia alia quę accidũt ipſi, ſeruus ad dominum dicetur, quia conueniẽter aſſignatũ eſt. Quod ſi non cõuenienter aſſignet̃, ſed ſeruus hominis dicatur, circũſcriptis alijs ab homine, & dominus circũſcribetur, & ſeruus non amplius hominis dicet̃, neq; erit ad aliquid. Nam ſi non exiſtit dominus, neq; ſeruus erit, uel ſi erit, non erit ad aliquid. Similiter quoque ſi ala ad auem aſſignetur, & circũſcriptis alijs, & ablata ab aue, non amplius ala erit at ad aliquid. Nam ſi non fuerit alatum, neq; ala erit, uel ſi fuerit, tamen nõ erit ad aliqd. Verũtamen ſi auis periret, & ala eſſet, profectò ad alatum aſſignari poteſt, ut in ueſpis. Nam in ueſpis eſt, atq; in alijs. Forſitan igit̃ quia duo exempla accœpit ipſius impropriæ aſſignationis, quę habent quoddam commune, quatenus ad aliquid accipiunt̃, & propriũ exẽplũ quod eſt ſecundũ ſeruũ & dominum, iccirco oſtendit aſſignationem improprie factam eſſe, quo ad ea quæ ſecũdũ accidens inſunt, illud aũt exemplum ꝙ ſit in ala, & aui, in his ſit, quæ ſecũdũ ſubſtantiam ſunt, tamen inconuenientiam habet ſecundum exceſſum & defectũ. Hæc igit̃ quo ad literæ contextuſuè expoſitionem, dicta ſint. Cæterum nonnulli illico contradicentes, calumniantur, refelluntq; ea nomina ſcilicet capitatum, gubernaculatum, & alatum.

Iccirco illos oportet refellere, utrum quum accidat, ut nonnulli expositorum sapientiores, qui contradicunt ipsis, multarum & plurimarum rationum multitudinem moueant, afferantq́;, ob id etiam ipse contradictiones eorum breuiter commemorabo. Et primo quidem, nesciunt quomodo nõ usus sit eatenus his nominibus, quatenus exemplis ostẽdit, qualia utiq; essent nomina, si adessent rebus ab ipso cõsideratis deinde inuentę rei propria nomina assignare, quę etiã ipse nominum impositor imposuisset, modo rei notitiã calluisset, quod quidem studio, & non risu, dignum esset. Pręterea, & ipsorum nominum fictionem, non retulit ad extranea nomina, sed ad ea nomina quę in consuetudine ponuntur, & sunt paulo declinans à consuetis nominibus, inconsuete eisdem usus est, ceu a gubernaculo gubernaculatum, quo pacto ubiq; consuetudinem seruare studuit. Nam securissimus fictionis nominum modus est ille, quomodo ab ipsis positis nominibus, & à consuetudine, quæ iam inualuit, fingimus nomina. Nam primi nominum impositores, uidentur à consuetis & simplicioribus nominibus, alia componentes (ut & proprietates, ethymologięq́; nominũ indicant) nomina rebus imposuisse, unde qui similiter facit exiguum in dictionibus innouat, quippè qui consuetam da rebus intelligentiam seruat. Item cuicũq; arti, conueniens est nomina fingere. Nam geometra, & musicus, quũ circa res uersent, quæ multis ignotę sunt, cõpelluntur propria nomina rebus illis imponere, quæ consueta apud multos sint, quod quidem dupliciter faciũt, uel ut iam positis utẽtes, & ea sibi accommodantes ad alias res ostẽdendas (ceu musicus utitur colore, & primo uocis, uel soni ictu, & geometer utitur centro) uel quum nec prorsus inueniũt. Vnde si ab illis imponuntur nomina, consideranda est positio eorum, si uerò natura fiunt nomina, oportet eos naturę attendere, qui coordinant conuenientes sonos, cum proprijs rebus. Vnde Eudorus accademicus, reprehendit dictum Aristote perinde ac ala non coordinetur cum ipso pterato grecè, quod magis significat alabile, quam alatum. Nam ala actu dicitur, alabile autem potentia, tanquam possibile, potens suẽ alam recipere, quod si actu fiat, non amplius alabile est, sed iam alatum dicitur, q^d^ quidem Aristo. silentio prætermisit. Similiter quoq; de gubernaculo determinatur, quia gubernaculum non ad gubernatile, sed ad gubernaculatum diceretur, & caput non ad capitabile, sed ad capitatum, & tamen Aristo. sua uerbia ostendit oppositum. Sed qui hic dubitat, ignorare uidetur, quod unumquodq; eorum dicatur dupliciter, in potentia scilicet & in actu, ceu etiam texibile, & induibile dr̃. Eq̃dẽ īduibile dã, q̃ten⁹ est tã uestimẽtũ, & q̃tenus põt fieri uestimentũ unde in his quæ nõ sunt ĩ usu, impositor ut libet, poterit accipere alterũ significatorum nominis. Præterea, tradunt expositores animaduertendum esse, ne forte à principio dubitatio sub paralogismi specie, nos decipiat. Nam si propria potentia alabilia coordinatur, & refertur ad alam, & gubernatilis ad gubernaculum, quæ ab illis denominata sunt, quem itaq; nõ similiter inuicẽ cõiuncta ꝯiugata sunt, q̃nquidẽ prima cõstitutio eorum, habuit quoddam commune & congruum ipsis. Atqui nonnulli alĳ, dicunt absurdam esse determinationem talis assignationis. Nam alam, gubernaculum, & caput, quomodocũq; assignentur, inconuenienter assignari affirmant, quandoquidem nullum istorum sit prorsus ad aliquid, quia unumquodq; istorum est pars substantię, & substantia. At nulla substantia, est de numero eorum quæ sunt ad aliqd, ut etiam ipse Aristo. uideť dicere siue igitur ut Athenodorus exstimat, ea esse ad aliquid secundum Aristo. ubi appellatio exigit id ad quod dicitur. Nam qui audit seruũ, requirit etiam illũ, cuius est seruus, siue ut Cornutus tradit, ea esse ad aliqd, qbus habitudo accidit ad alterum, quæ non sit coordinatiua, ut in habẽtibus, & in his quæ habentur, sed si fuerit ea habitudo ad subsistentiam, ceu quando habent ipsum ad aliquid, secondum suum esse respectum, & inclinationem ad alterũ, unde nullo mõ gubernaculum, uel ala ad aliquid est. Primum non est secundum Athenodorũm, quia non requirit aliquid, ad q^d^ dicitur secundo neq; secundum Cornutum, quia neq; sc̃d^m^ eam habitudinem dicitur, quæ ad alterum est, secundum subsistentiam. Nam gubernaculum, caput, & ala, substantiæ sunt. Sed oportet (pace eorum, qui sic dubitant) nõ solum constitutum, & simul intellectum modum illum accipere, qui secundum defectum est, sed etiam oportet accipere eum modum, quo ea quæ sunt ad aliquid, requirunt simul existentiam. Nam ipsa pars habet habitudinem ad totum, cuius est pars, non quatenus substantia est, sed quatenus est pars, quocirca Boethus etiam rectẽ cõcedebat manum, & caput (quatenus partes) esse ad aliquid, nõ tamẽ quatenus manus, & quia sit manus, neq; quatenus caput. Nam hoc modo, substantia sunt. At uerò Aristo. considerat hęc esse ad aliquid, ut sunt partes ad ipsa tota relatæ, quo pacto nullum impossibile accidit. Verum quidem alĳ ad antedictam dubitationem respondentes aiunt, quod gubernaculum, & alam Aristo. non penitus asseruit esse ad aliqd, sed ipsa esse ad aliquid dixit, propterea ea quę ordinatur in prædicamentis, & exempla ea adducit quibus doctrina eorum ad aliquid comprehenditur, quorum unum alterũ excedit, uel ab altero deficit, perinde ac si animal accepisset, ostendendo quonam pacto oporteat assumere adequatè ad conuersionem. Sed qui ista dicunt, obliti esse uidenť uerborum Aristo quibus sic rationem ad inconueniens inferebat (non ergo erit ala de numero eorũ quę sunt ad aliquid) unde si nõ uoluisset ipsam alam esse ad aliquid, quomodo oppositum tãquam inconueniens posuisset? At Apollonius Alexandreus, inquit, assignationem duorum exẽplorũ, non esse mutuam, & ad idem spectare, quia ubi Aristo. dixit, non qua auis est, alas habet, nam multæ alę sunt, nõ auium, & ubi dixit non qua animal, habet caput. Multa enim animalia, caput non habent, debebat sic dicere, multa capita sunt non animalium, sicut ibi, multæ ales sunt non auium, si exempla ad idem spectare debent. Sed facile dicere possum⁹, quod ambo exempla proposuit de his quorum unum excedit alterum, uel deficit ab altero, quocirca dixit ea non conuerti, & ibi quidem ala excedit auem, idest q^d^ habetur, excedit habentem, & ibi in alio exemplo econuerso fit, habens, excedit id quod habeť, ut animal excedit caput, nam dicere quod sicut ala in plus est quàm auis, sic etiam caput in plus quàm animal, quia etiam sunt capita aliorũ, & palmarũ (est utentiũ magna æquiuocatione, & metaphora.) Equidem oportet ipsa ad aliquid propriæ conuertentiæ accipere, & non ęquiuocè, uel sc̃d^m^ metaphoram, quo pacto acceptis animalibus, ipsa erũt in plus quam caput, ex quo dprę̃henditur animal & caput inuicem nõ cõuerti, sicut in alia coniungatione, neq; ala conuertitur, cũ aue. Verum Aristo. talem dubitationem contra dicta adducit. Nam si omne ad aliquid, tãquam ad alterũ aliquid seiũctum, et àbsolutum ab ipso ad aliquid, uelut pater ad filiũ, cum mundus nihil à seipso seiunctum habeat, quandoqdẽ nihil sit extra mundum. Itaq; mundus non erit ad aliquid, quanuis asserendum sit, illũ esse de numero eorũ, quę sunt ad aliquid. Nam sicut ala alati dicitur, sic etiam & mundanũ mũdi mundanũ, & terrenũ terræ terrenũ, & aereũ aeris aereum. Sed huic respondendum est, quod non rectè accepit in principio, quãdo dixit omne ad aliquid, ad alterum seiunctum dici Nam totum, & pars, sunt de numero eorũ quę sunt ad aliquid, & tamen abinuicẽ non separãtur, itaq; mundus, (etiam ut est substantia, & id quod est) non ponitur de numero eorũ, quæ sunt ad aliquid, sed ut totum ex quædam partiũ, ac rerum omnium compagra, eo ordine digesta ut partes, quę in ipso sunt ad partes inuicẽ referantur, & partes ad totum, & sic est de numero eorum, quæ sunt ad aliquid. Item si mundus asseratur esse, tanquã effectus eius qui mundum condidit, profectò erit etiam subsistentia separatus, et si non subsistentia separatus, saltem intellectu separat⁹ est. Item forsitan neq; illud rectè acceptũ est scilicet mundanum. Nam si totum est mundanum, mũdus non amplius erit totũ, sed id quod in toto est, sicut ala

in alato, tamen contrarium uidetur dicere Aristo. qui dubitando dicit, ꝙ mundanum est in mundo, tãquam mundus sit ipsius mundani, sicut auis ipsius alati, quod si etiam mũdus sit pars, & mundanum sit totum, mũdus erit in sua parte, ut ala in alato. Quinimmo incõuenientius sequet, in terra & terrestri. Nam si terra totum est, & in terreno est, erit totum in parte, ceu ala in alato. Sed cur Architas (quũ nõ minus quam Aristo exactè & diligenter de pręedicamẽtis disseruerit) silentio praeterijt hoc proprium ipsorum ad aliquid, quod est dici ad conuertentiam. Forsitan quia quum ponat Architas ipsa ad aliquid simul esse, & asseruit unum esse alterius causa, uicissim, ipsorum conuersionem secũdũ esse affirmauit, & neglexit eam conuersionem, quę secundum dictionem, & secundum dici fit. Item forsitan praetermisit, quia hæc cõuersio secundum dici, simul cum illa quę est secundum esse, uidetur introduci.

Videntur autem quæ ad aliquid, simul natura esse. Et in plurimis quidem uerum est, in aliquibus autem non est uerum. Simul enim & duplum est, & dimidium, & dimidio existente, duplum est, & seruo existente: dominus est, & domino existente, seruus est. Similiter autem cum his, & alia, & cointerimũt hæc inuicem. non existente enim duplo, non est dimidium. & dimidio non existente, non est duplum. Similiter autem habet & in alijs, quæcũq; talia. non tamen in omnibus ad aliquid, uidetur uerum, quod simul natura sint. Scibile enim, utiq; uidebitur esse prius scientia, sicut enim in pluribus præ existentibus rebus, scientias accipimus, in paucis enim uel in nullo uidebit utiq; aliquis simul cum scibili, scientiam factam: adhuc scibile quidem interemptum, cointerimit scientiam. Scientia autem, scibile non cointerimit. Scibili quidem enim non existente, non est scientia, nullius enim adhuc erit scientia, scientia autem non existẽte, nihil prohibet scibile esse, puta & circuli quadratura, siqdem scibile est, scientia tamen ipsius nondum est. Ipsum aũt scibile est. Adhuc animali quidem interempto, non erit scientia. Scibilium autem, & multa contingit esse. Similiter autem his, & quæ in sensu se habent. Sensibile enim, uidetur esse prius sensu. Sensibile quidem enim interemptum, cointerimit sensum. Sensus autem, sensibile non cointerimit. Sensus enim circa corpus, & in corpore sunt. Sensibili autem interempto, interimit & corpus. Sensibilium enim, est corpus. Corpore autem non existente, interemptus est sensus. Quare sensibile cointerimit sensum, sensus autem sensibile non interimit, animali enim interempto, sensus quidem interemptus est, sensibile autẽ erit corpus, puta calidum, dulce, amarum, & alia omnia quæcunq; sunt sensibilia. Adhuc sensus quidem, simul cum sensitiuo fit. Simul enim cũ animali, fit & sensus. Sensibile aũt est, & antequã animal, uel sensus sit. ignis enim, & aqua, & talia, ex quibus animal consistit, sunt, & antequã animal omnino sit: uel sensus, Quare prius utiq; sensu, sensibile esse uidebitur.

Quod est maximè proprium ipsorum ad aliquid, nunc assignat, scilicet ꝙ ipsa sint simul natura. Nam conuenientius est: magisq; peculiare scientie, ut per ea quę proprię in sunt cognoscibili, ianua aperiatur eiusdem. Equidem hoc, pręsertim in primis generibus necessarium est, quandoquidem hoc modo duntaxat, possimus unumquodq; ipsorũ speculari. Quocirca Architas etiam assignat, hoc scilicet relatiua simul inuicem existere, & ꝙ unum sit causa alterius uicissim, tanquam proprium ipsorum ad aliquid. Nam si duplum sit, necesse quoq; & dimidium esse, & econtra si dimidium est, necesse etiam est: ut duplum sit, quandoquidem duplum sit causa, ut dimidium sit, & dimidiũ sit causa, ut duplum sit. Verũtamen Arist. uidetur asserere ipsa ad aliquid, simul natura esse. Aut propter uarietatem opinionum, circa hoc, ipse apposuit hoc uerbum incontextu (uidetur). Aut quia sic antiquis Philosophis hoc uidebat. Nam Architas etiam (ut diximus) posuit hoc esse proprium ipsorum ad aliquid, cui Plato etiam assentire uidetur. Vel tandem posuit idem uerbum, quia habet quandam determinationem, qua, hoc quod dicitur, possit aliquando, & aliquo modo uerum esse. Item adiecit hoc (simul natura) quoniam simul multipliciter dicitur: ut ipse processu operis declarabit. Obiter tamen unum significatum eius est, ꝙ nonnulla simul natura sint. Quod uerò ad aliquid sint simul natura, tribus modis, ostendit scilicet quia simul nata sunt inuicem esse, etiam quia unum est causa alterius uicissim, atq; eò ꝙ inuicem dependent, & unum infert alterũ uicissim, atq; tollit: & destruit. Nam si pater fuerit, etiam filius, erit, & econuerso, si non erit, neq; alter erit. Vnde quum hoc asseruisset inductione, facit fidem ipsius discurrendo per singula, quæ sunt ad aliquid, & ambiguè simul existunt. Porrò probationem duplicem facit, primam ꝙ simul existũt, quàm innuit insinuatuè per hæc uerba (simul enim dimidium duplum est.) Atq; ostendit ea inuicem sese inferrè per hæc (Et dimidio existente, duplum est.) Item ostendit uno sublato alterum demi, quum inquit. Non existẽte enim duplo, non est dimidium, & ecõuerso. Verum quum id quod interimitur, & interimit, duplex sit, unum quidem quod simul subsistit, ut lumẽ quod simul existit cum sole, & aliud quod existit secundum habitudinem, & nõ semper: & substantialem subsistentiam, æque habet Nam pater filio eius mortuo, amittit, perditurè existentiam ſm habitudinẽ, quandoquidem neq; filius sit, neq; pater, filio non existente. Nã etsi mortuo filio adhuc dicatur pater, tamen dicitur ſm relationem ad id, quando uiuebat. Vnde pater subsistentiam substantialem suipsius non amittit, mortuo filio, licet amittat habitudinem existentiam, quare hæc simul existere, seseq; uicissim interimere in ipso pręedicamento ad aliquid, accipienda sunt ſm habitudinem, & non secundũ substantiam. Nam ut existunt ipsa ad aliquid, sic etiam simul existunt, existunt autem in habitudine ergo in habitudine simul existent. Quod si hoc modo accipiatur, simul existentia ab omni dubio procul erit, quandoquidem habitudo nõ fit in unum, sed alterius semper ad alterum, itaq; oportet ambo simul existere habitudinali existentia, si debeat habitudo in ipsis saluari, alioquin altero manente solo, non erit habitudo. Quo uerò ad probationem rectè fecit Aristo. fidem per inductionem Nam prima genera per ea quæ locantur sub ipsis & per particulariora seipsis, demonstrantur. Nam nihil est ipsis uniuersalius, quod accipientes possimus probationem per syllogismum à priori efficere. Vnde facimus declarationem à posterioribus, & magis particularibus, tanquam ex euidentibus, & per se credibilib⁹. Sed quum opus sit rationes contrarias considerare, quanuis uerę non sint, tamen ut à scientibus reiectæ confutatæq;, non decipiãt inertiores, eosq; qui superficietenus attingũt sciẽtias, exhibet probabilem dicti sermonis confutationẽ. Nam inquit. non in omnibus uerum uidetur, ꝙ simul natura sint, quæ sunt ad aliqd. Scibile enim, & sensibile natura priora sunt, sensibile prius est sensu, & scibile prius sciẽtia. Et hoc ostendit, primò quidem ex euidẽtia. Nã sæpenumero atq; ut in pluribus (inquit) preexistẽtium rerum sciẽtias accipimus, quandoquidem adsimus ipsis existentibus rebus, ceu quando sumus infantes ferè, & tamẽ nulla est nobis earũ cognitio, sed posterius facta sunt nobis scibilia, & tunc erãt, tamen scientia ipsorum nõdum erat. Equidem scientia eclipsis, deliquijq; solis: & lunæ, posterius ad græcos per Thalem peruenit, eclipsis autem prius erat, & scibile, cuius tamen scientia nondum habebat. Sed hoc quidem manifestius est. Verum nonnulla pauca sunt, in quibus sciẽtia cum scibili simul est, ceu illa quæ sine materia sunt, quæ certè simul adsunt, cum ea scientia quæ semper ſm actum stat & permanet, siue in nobis aliqua talis sit, semper sursum manẽs, ut Plotino, & Iamblico uidetur, siue sit in ea mente, atq; in eò intellectu, qui semp̃ actu intelligit, modo

siquis

si quis illam intelligentiam, scientiam appellare uoluerit. Eadem potest propter subsistentiam communium, dici scientia ex ablatione. Nam simul cum subsistentia eorum, scientia est. Item hoc uerum est de figmentis, quæ phantasia, & artificijs fiunt, nam simul chimera est, & scientia chimeræ, sed cur subiunxit Aristo. in contextu uel in nullo? Forsitan quia nonnulli uniuersalia, & intellectualia, ac ea quæ qualiter cumque intelliguntur, de medio auferebant. Aut quia etsi essent hæc in natura, tamen conceptus notionesue ipsorũ, posterius accepimus. Quocirca, & in his scibile præcedere scientiam accidit hoc igitur modo, secundum primũ argumentum, uidetur ostendere, ꝙ scibile est prius scientia, et non simul natura. Verum quum multipliciter dicatur ipsum prius natura, secundum suam applicationem, uel notionẽ, ut ipsemet posterius dicet, nunc utitur ipso uno modo, quatenus prius natura tollit, & non tollitur. Nam si unitas nõ est, dualitas tollitur, similiter si animal non existit, neque hõ est, econuerso autem minime, quia si interimatur dualitas, iam unitas non tollitur; quandoquidem unitas non subsistat in dualitate, sed secundum seipsam, applicatio aũt seu adiectio, notioue, ipsius prioris natura non est, quatenus interimitur, sed quatenus quidẽ secundũ infert prius. Vnde secunda assignatio eius est, ut sit secũdum illationem. Nam secũdum, secum infert primum, sed à priore non infertur. Nam si dualitas existit, necesse est etiam unitatem esse. Similiter si homo existit, necesse est & animal esse, econuerso tamen non sequitur, ꝙ si unitas existit, necesse sit dualitatem esse, neque si animal existit necesse est hominem esse. Vnde hoc modo prioritatis si accidens est, necesse est esse substantiã, econtra autem minime scilicet si substantia est, non est necesse accidens esse, quia substãtia accidente prior, & simplicior est. Cum igitur hanc regulam exemplo scibilis, & scientię adduxerit, ait, si scibile demator, ipsum quoque secũ aufert scientiam, econuerso aũt scientia sublata, scibile nõ tollitur, quare scientia & scibile, non sunt simul natura, quũ quidem id prius natura sit, ꝙ cum interimitur, alia interimit, sed alijs sublatis, non tollitur. Idem quoque syllogismo comprobat in sensu, & sensibili, unde si hæc sunt de numero eorum quæ sunt ad aliqd, itaque non omnia ad aliquid sunt simul natura, quod erat opus ostendere, ut diceret uir geometricus. Quod uerò scibile sublatum, tollat scientiam, & scientia sublata, non destruat scibile, manifestum esse uidet. Nam si demantur scibilia, scientia nullius erit, quare prorsus non erit, ꝙ si tollatur scientia, manet tamen scibile Etenim fieri aliquando solet, ut propter inertiam, desidiamque abijciamus rerum notitiam, quæ nihilominus manent, & sunt scibiles. Nam & in musica, prius auditu percipiebamus primum soni, uel uocis ictum, nunc autem huius interualli insensibiles sumus, quod etiam ostendit Aristoteles exẽplo quadraturæ circuli. Nam quum ipsa nondum inuẽta esset suo tempore, dubiè dixit, si est scibile, scientia quidem ipsius nondum est, & tamen ipsum scibile est. Quadratura autem circuli est, quando dato circulo, æquale quadratum constituerimus, hoc autem Aristo. (ut uidetur nõdũ nouit) tamẽ apud Pythagoricos inuentũ fuisse Iamblicus tradit, ut cõstat ex dictis, demõstrationibusque Sexti Pythagorici, qui per successionem susceperat artem demõstrationis, & post eum successit Archimedes, qui per lineam quæ dicitur Nicomedia, inuenit eam Item Nicomedus quadrare circulum periclitatus est, per lineã quę propriè uocatur quadrans. Item Apollonius per quãdam lineam, quam ipse uocat sororem lineæ tortuosæ, ad instar cochleæ, testudinisue, quæ eadẽ est cũ ea quæ dicitur Nicomedis. Item Carpus quadrare uoluit, per lineam quandam, quam simpliciter ex duplici motu uocat Item plerique alij, ut narrat Iamblicus, uarijs modis problema, & quæsitum probarunt. Sed mirum est, ꝙ tale problema latuerit Porphyriũ uirum studiosum, qui dicit esse quandam demõstrationem, qua potest demõstrari, quod figura quadrata æquetur circulo, ut etiam de alijs figuris dicitur, quę tamẽn demonstratio, nondum inuẽta est. Vnde ait Porphyrius, quidam tradunt se inuenisse quadraturam circuli, post Aristotelem, sed forsitan quędam inuẽtio huius Theorematis facta est, sed non demonstratiua. Item Aristo. alio exemplo ostendit, ꝙ scientia sublata, non demit de medio scibile. quando dicit, animali sublato, uel secundum subsistentiam, uel secundum Stoicam accensionem, & omnium animantium conflagrationem, scientia sane tolletur, quandoquidem scientia sit in anima, & anima in animali, & tamẽ plerique aliorum scibilium cõtingũt esse, ut simplicia elemẽta, aut alia si q̃ sunt simplicia diuersa, ab aĩalibus. Eadẽ quoque uia docẽdi, oñdit sensibile esse prius sensu, quia sublatũ, secum tollit sensum, sed sublato sensu, non perit sensile. Nam si corpus est de numero sensibilium, profectò sensibili interempto, corpus tollitur, & quum corpus perit, etiam sensus deficit, quandoquidẽ sensus circa corpora, & in corpore sit (ut inquit.) Nam corporeæ cognitiones, ad sensum spectant Econuerso autem, si sensus dematur, sensibile non tollitur. Item si animal secundum propriam animalium subsistentiam corrumpitur, profectò & sensus peribit, quippe q animalis est proprius, ac in animali sit, tamen nihil uetat mortuo animali, ut remaneãt simplicia corpora, quibus cõstabat animal, cum esset uiuũ, & constat. Deinde sicut in scientia & scibili per se, ostendebatur ꝙ prius erat scibile, non solum, quia nõ interimitur sublata scientia, sed etiam quia infertur à scientia, eodẽ etiam modo ostendit Aristoteles in sensibili & sensu. Nam sensus etsi simul sit cum sensitiuo idest cum animali sensibile, tamen prius existit, sicut simplicia corpora ex quibus animal constituitur, præexistunt natura, antequã euadãt sensibilia. Cum ergo ostenderit primò ꝙ scientia & scibile non simul existunt, ea deinde ostendit, ꝙ uno sublato alterum non tollitur, in sensu uerò econtrario facit, primò quidem ostendit ꝙ unum sublatum, non interimit aliud. Secundo, ꝙ simul non existunt unde expositores neque hanc differentiam intellexerunt esse sine causa, sed aiũt causam esse huius transpositionis ipsum ordinem, quia Aristo. uoluit sumere principia argumentationum à notioribus, & euidentioribus. Equidẽ erat opus secundum oppositionem scientiæ, & scibilis, id ꝙ est notius, prius esse, quia est magis diligibile, perinde ac scientia in senectute adueniat, sed secundũ aliud significatum prioris naturæ scilicet ꝙ sublato uno alterũ interimatur, & non econtra, in oppositione sensus & sensibilis, magis in promptu erat. Nã ubi primum nati sumus, sensum habemus, & hac ratione manifestum non est, sensibile prius existere, sicut scibile. Verũtamẽ illud scilicet ꝙ sublato sensibili, in quo etiam corpus est, interimatur simul sensus, q est corporalis cognitio, magis in prõptu erat, & clarius hoc, quam sensu animalia existente scilicet rei cõpositæ cognitione, seu scibile etiam sit, ꝙ etiam considerari potest in simplicioribus, ex quibus animal constat. Hæc igitur dicta sunt, quę uidenẽ ostendere, ꝙ non in omnibus ad aliqd uerum sit, ꝙ ipsa sint simul natura. Sed sciendũ est, ꝙ istæ probationes non placent Aristo. quia proximẽ apposuit hoc uerbum, uidetur, Sed ad instantiam, perspicuo dicere possumus, & communiter, ꝙ non existente scientia, neque sensu, tamen nihil uetat, ut subiecta, & res ipsæ quę ueniũt in cognitionem apud scientes, & sentiẽtes, sint sed ut scibiles, & sensibiles, & cognoscibilis, tunc res oĩno non sunt. Verum exactius longeque melius Aristo. in metaphysica de his tractat, ubi ait. ꝙ ea quę sunt actu, sensibilia cũ his sensibus existunt, quia actus sunt, & ꝙ quæ sunt sensibilia potentia, talia quoque sunt cum sensibus potentiæ, unde quũ hæc solutio sit perfectior, ad dubitationes adductas, & eadem indigeat distinctione, de his quæ sunt in potentia, eefecit nunc ipsam, quandoquidem in pręsentia doctrinam introductiuam efficiat. Verum dubitationes ponit simul, quia nũc per modũ inquirendi procedit, ubi nihil dimittere sine perscrutatione, & periculo non est opus. Item quũ existimasset utile fore prius intellectũ auditorũ mouere, & preparare, ob id quęstiones simul proposuit. Cæterũ sciendũ est, ꝙ reuera nihil est eorũ quę sunt ad aliqd, quo existẽte, aliquãdo, & alterum non sit. Nã deliquiũ lunæ, erat etiam

ante Thalem, q si deliquium grecis scibile non erat, tamẽ apud aliquos barbaros erat scibile, simul & scientia, quare aut ambo esse oportet, aut neutrum. Videtur tamen hic & sequẽtia dicere, ad calumniam diffinitionis ipsorum ad ali quid, cupiens ipsam corrigere. Porrò ostendit, q nisi quia dixerit talia esse ad aliquid, quibus esse, idem est cum his quę se habent aliquo modo ad aliquid, diffinitio profectò nullam haber necessitatem, neq; simul existunt relatiua, nc que una erit natura ipsorum ad aliquid. Sed possumus etiã contra has dubitabiles demonstrationes quas Aristo. adduxit, instare. Nam si à principio animal corrumpitur, ob id scientia, neq; sensus tolluntur, Nam quãuis in hominib⁹ scientia alicuius non sit, tamen in ipsa causa immobili est. Item quãuis in uacuo animali non sit sensus, tamen sensibi lis uniuersaliter existẽte, sensus etiam est in uita uniuersi. Itẽ neq; illud uerum, quod sensibile sit, non existente sensu, im mo non est non existente sensu, nam esto mel & nix, tñ si nõ erit sensus, mel nõ erit gustabile, neq; nix uisibilis, quia ec neq; aliquod aliud sensibile, quatenus sensibile, erit absq; sensu. Vnde Aristo. ut patefaceret hoc, scilicet simul existere, non esse propitum ipsorum ad aliquid, deduxit, affirma uit q;, hoc non adesse omnibus ad aliquid. Verum alij cõce dunt hoc omnibus relatiuis in esse. tamen nõ solis ipsis ad aliquid inesse ostendit, quo pacto probant hoc non esse proprium scilicet simul existere ipsorum ad aliquid. Nam aiũt inesse etiam oppositis hoc, q simul sint. nam contrarijs ac cidit simul esse, quandoquidem si album contrarium est ni gro non existente nigro, neq; album erit contrarium ipsi, quia omnis contrarietas semper fit rei ad rem, quare si alterum contrarinrum est, et alterum necesse est esse. Equidem habitus, & priuatio, aliquo modo simul existũt. Nam quũ præsens est habitus, habitum facit, & quum est absens, pri uationem efficit, & utroq; modo speciei ratio exprimitur, partim quatenus participatur, & partim quatenus nõ participatur. similiter priuatio simul insinuat habitus ablationem, cum quo habet esse. Nam ipsius habitus est priuatio, quod uerò hæc non simul hoc modo existant, sicut cõtraria, perspicuum est, siquidem necesse non sit altero existen te, alterũ esse. Equidem mutuam insinuationem aliqualiter inter se sermo uocabit, simul existentiam. Sed adhuc aiunt affirmationem, & negationem simul esse, nam si aliquis af firmauerit aliqd, quod siue uerò siue falso negari possit, nihil profectò refert interestq; ratiõis, sermonisuè. itaq; omi i bus sensibus inest, hoc q est simul esse, & non solis ipsis ad aliquid, quare non erit proprium ipsorum ad aliquid, quan doquidem illud proprium sit, q omni & soli conueniat. Sed his respondendum est, q neq; habitus, & priuatio, neq; affirmatio, & negatio secundum ueritatem simul sunt, immo essentiam habent, atq; substantiam, quatenus nõ simul exi stunt, siquidem habitus est pſentia formæ, & priuatio eiusdem absentia. At fieri non potest, ut simul existant præsentiam, & absentiam. Item neq; affirmatio, & negatio simul existere possunt, siquidem de omni re necessarium sit affirmationem, uel negationem esse, quatenus diuidunt uerum, & falsum. Quod si ea de causa, quia unum contrarium insi nuat alterum qualitercũq;, ob id hoc modo uidetur simul existere, certè ea etiam quæ non simul existunt, uidebuntur simul existere, quandoquidem quæ nũc simul existunt, insi nuant simul ipsum quod simul existit, præsertim quũ ambo contraria fuerint formæ, & æquiualentis. Nisi quia his etiã quo existunt, secundum habitudinem, & ipsum ad aliquid inest. Nam quæ participant ipso ad aliquid, unum alterum insinuant. Vnde si quis habitum, & priuationem, atq; affirmationem, & negationem simul existere cogitet, eò q unum alterum uicissim insinuat, profectò opus erit eisdem ſm qualẽcunq; participationem ipsius ad aliquid, talẽ mu tuam insinuationem habere. Præterea mouent alias dubita tiones, proprias cõsiderationi de possibilibus, & ex illa iu dicant eas dubitationes, quę possunt dijudicari. Equidem aiunt, quomodo sensibile & scibile iudicauimus, nũquid iu dicabimus hæc quo ad solam eorum aptitudinem, quem admodum Philo dicebat, etsi nulli inesset, neq; deberet esse ipsorum scientia, sicue lignum q in mari athlantico ustiuum est, secundum se, & sui natura. An semota absoluta aptitudine eorum talia iudicanda sint, quatenus sub sciẽtia & sensu uenire, secundum se apta sunt, nullo obstaculo ma nifesto prohibente. an neutrum eorum considerandum est. Equidem scibile dicitur quãdo scientia eiusdem sunt, uel su tura erit, sed euentu debet iudicari id q possibilẽ est, unde sententia, & iudicium horum, tanquam coniunctum specu lationi, difficillimè recusant in præsentia expositores, q dũ taxat quæ nunc dicũtur, hoc modo discernunt, quo indica tur cui sectę Philosophorũ hæc dicta Aristo. cõsonent, & à qua dissentiant secta. Nam quum Arist. determinauit, q scientia non existente, scibile est, & omni animali corrupto non tollitur sensibile, certè iudicium refertur tum ad nudas aptitudines possibilium, eorũue quę fieri possunt, quod si penitus scibile esse ab aliquibus negabitur, si nõ fuerit sciẽ tia eius, tum euentu exercitioue iudicatur unde concedit ue apud istos, q possibile sit, q si non fuerit scibile, scientia non erit, quãdoquidem à scibili fiat actus, actioq; de ipso. Sed quod non existente scientia, scibile esse queat, hi qui sic iudicant, & ipsum possibile secundum solam aptitudi nem, concedunt hoc. Nam habet propriam naturam, qua cognosci potest. Verum qui euẽtũ, ac exercitio dedut sunt, id non concedunt, quãdoquidem negant illud esse scibile, q aliquando non exibit ad actum euidentem. Vide itaq; quonam pacto accidat illis ferè incõuenienta, qui iudicãt, & sentiunt possibile esse secundum eundem modum cuius cũq; aptitudinis, quem antiqui posuere, ut Philon. Verum quidam ambigunt contra ipsum, iuxta sententiam Diodori, qui approbat possibile euentu, q scilicet euenire potest, & inferebat instantiam contra illam aptitudinem, dicẽdo, q scibile, ut scibile est, non existente scientia. Nam si apud antiquos illud est possibile, q habet occasionem, qua fieri potest, profectò uerum erit, id quod ab Aristo. dictum est, scilicet q nõ existente scientia actu, scibile erit tamẽ in potentia Sed nihil est hoc, ad existentiam qua simul sunt, ea quæ sunt ad aliquid. Nam opus erat comparare id quod est in potentia, ad id quod est in potentia, & id quod est in actu, ad id quod est i actu, & hoc modo fateri, ea quę sunt ad aliquid, simul esse. Vnde conuenit, ipsa ad aliquid hoc, quia cum inuicem sint, simul q; sint, meritò itaq; simul existunt, unà q; pereunt, & unum non est sine altero, quod qui dem uerum est apud Architam, Platonem, & ipsius Aristotelis doctrinam, & sententiam, quam ipse affert in libris certioribus, ubi exactius de his differit.

Habet autem dubitationem: utrum nulla substãtia eorum quæ ad aliquid (sicut uidetur) an hoc contingat secundũ aliquas secundarum substantiarum. In primis quidem enim substantijs, uerum est, neq; enim tota, neq; partes dicuntur ad aliquid, Quidam enim homo, non dicitur alicuius quidam homo, neq; quidã bos, alicuius quidam bos. Similiter autem, & partes. Quædã enim manus, non dicitur alicuius quædam manus, sed alicuius manus, et quoddam caput, non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Similiter autem, & in secundis substantijs in plurimis, puta, homo non dicitur alicuius homo, neq; bos alicuius bos, neq; lignum alicuius lignum, sed alicuius possessio dicitur. In talibus quidem enim manifestum, quod non sunt eorum quæ ad aliquid. In quibusdam aũt secũdis substantijs habet dubitationem, puta si caput alicuius dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus, & unũquodq; taliũ. Quare hæc: eorum quæ ad aliquid: uidebũtur utique esse. Si igitur sufficienter eorũ quæ ad aliquid determinatio assignata est, aut ualde difficiliũ: aut impossibiliũ est ostendere, quomodo nulla substantia eorũ quæ ad aliqd dicitur. Si aũt nõ sufficienter, sed sunt ipsa ad aliquid quibus esse idẽ est cũ hoc, quod est ad aliqd: aliquo modo se habere.

Fortè

Forte utiq; dicentur ad aliquid ipsa, prior autem diffinitio assequitur quidem omnibus, ad aliquid, non tamen hoc est ad aliqd, ipsis esse, ipsa quod sunt dici aliorum esse. Ex his itaque palam est, quod si aliquis sciat, aliquid determinatè eorum quæ ad aliquid, & illud ad quod dicitur determinatè sciet. Manifestū quidem igitur, & ex ipsis est. Si enim nouit aliqs hoc aliquid, quod eorum quæ ad aliquid sit, est autem esse his quæ ad aliquid, idē cum hoc quod est ad aliquid, aliquo modo se habere, & illud nouit ad quod hoc aliquo modo se habet. Si enim non nouit omnino, ad quod hoc aliquo modo se habet, neq; si ad aliquid aliquo modo se habet, sciet, & in singularibus autem palam, quod tale, puta hoc aliquid si quis nouit determinatè, quia est duplum, & cuius duplum est, mox determinatè nouit. Si enim nullius determinatorum nouit ipsum duplum, neq; si est duplum omnino nouit. Similiter autē, & hoc aliquid, si nouit quia pulchrius est, & cuius pulchrius est, determinatè necessarium est scire, propter hæc, non indeterminatè autem hoc sciet, quia hoc deterioris est pulchrius. Existimatio enim, quod tale sit, non scientia, non adhuc enim sciet certitudinaliter, quia est deterioris pulchrius. Si enim ita contingit, nihil est deterius ipso. Quare manifestum quod necessarium est, quodcūq; sciuerit aliquis eorum quæ ad aliquid determinatè, & illud ad quod dicitur determinatè necesse est scire, caput autem, & manum, & unumquodq; talium, quæ sunt substantiæ, ipsa quidem quod sunt determinatè est scire, ad quæ autem dicuntur, nō necessarium, cuius enim hoc caput, uel cuius manus, non est scire determinatè, quare nō utiq; erunt hæc, eorum quæ ad aliquid. Si autem non sunt eorū quæ ad aliquid, uerum utiq; erit dicere, quod nulla substantia est eorum quæ ad aliquid est. Forte autē difficilè de talibus ualde enuntiare, eum qui non sæpe considerauit de ipsis. Dubitasse tamen, de unoquoq; ipsorum, non inutile est.

Quoniam assignabatur substantia per se existere, & diximus ꝙ ipsa ad aliquid sunt, secundum respectum ad alterum, & illud quod est per se, opponitur ei ꝙ est ad alterū, itaq; perspicuum est, nullam substantiam esse ad aliquid. Nam ea quæ sunt ad aliquid, accidētia sunt, substantia uerò non est accidens, meritò ergo inquit, reuocandum esse in dubium, nūquid aliqua substātia uideatur esse, de numero eorum quæ sunt ad aliquid. Nam manus cum sit substātia, dicitur alicuius manus, & pes dicitur alicuius pes, sed quæ dicuntur esse alicuius, uidentur esse ad aliquid, ergo necesse est, uel partes substantiæ non esse substantias affirmare quod quidem absurdum est, quandoquidem substantia, constaret ex non substantia, & Aristoteles prius dixerit contrarium. Nam ipse tulit in prædicamēto substātiæ, ꝙ partes substantiarum substantiæ sunt, uel necesse est contigere definitionem ipsorum ad aliquid, quā tradidit hunc in modum. Ea dicuntur esse ad aliquid, quęcūq; aliorum esse dicuntur. Nam manus eius, qui hēt manum, uel (ut ita dixerim) manuati manꝰ dē, & caput (ut ita dixerim) capitati caput. Verum ipse cum faciat uniuersaliorem sermonē, de omni substantia, inquirit scilicet de substantia prima, et secunda, ac de illius partibus, nūquid ipsæ sint ad aliquid. Et primam substantiam, atq; indiuiduam ac partes eiꝰ, euidenter fatetur non esse ad aliquid, secundum diffinitionem assignatam. Nam indiuiduus homo, non dicitur alicuiꝰ homo, qui si esset ad aliquid, certè diceretur ad aliqd, ut dextrum sinistri dicitur dextrū, itaq; si illud est ad aliquid, qđ dicitur esse alicuius, certè si aliquis homo esset ad aliquid, diceretur esse alicuius homo, sin autem, non erit de numero eorum, quæ sunt ad aliquid. Similiter dicendum est, de parte indiuidua. Nam neq; aliqua manus, dicitur alicuius manus aliqua. Atqui si esset ad aliquid, opus foret, ut alicuius esset manus, præsertim quum indiuidua differant à communibus, secundum, prædicationem, quatenus ipsis indiuiduis additur hoc aliquid, & unum numero. Equidem quando de indiuidua substantia aliquid prædicamus, tunc dicimus quidam homo, & prædicatum fit quidā homo de aliquo, uel alicuius. Præterea, in secundis substantijs, & primo in ipsis totis, idem apparet, scilicet ꝙ non sint ad aliquid. Nam homo non dicitur alicuius homo, neq; bos, alicuius bos, neq; lignum alicuius lignum. Nam hæc sunt substantiæ secundum se, alioquin si diceremus hominem, uel bouē alicuius esse, ut agrum, possessionem alicuiꝰ dicimus, sic ea diceremus, & non quatenus sunt, assignaremus, sed quatenus accidit ipsis, possessiones esse aliquorum. Sed aīaduersione dignum est, cur non dixit, hoc idem etiam de indiuidua substantia tota. Nam etiam de hac dici potest, ꝙ qdā homo sit alicuius, ceu seruus esse alicuius, tāquā possessio sui domini. Sed forsitā cum inuenisset indiuiduum esse, hoc scilicet aliquid alicuius proprium, ut quod non habet congruam prædicationem, iccirco eo usus est. Cum ostendisset igitur, ꝙ neq; primę substantię totę, neq; partes ipsarum dicantur ad aliquid, neq; secundę substantię totæ, inquit. (In quibusdam secundarum substantiarum, idest in partibus habet dubitationem). Nam sicut cuiusdā hominis pars quædā est caput, sic etiam hominis simpliciter caput, simpliciter est pars, sed iam ostendit indiuiduas partes, non esse ad aliquid, quia caput quoddam, non dicitur esse alicuius. Atqui Aristo de communibus partibus, quia hęc quū unaquæq; ipsarum sit id quod dicitur alterius, quandoquidem partes sint suorum uniuersorum, uidentur etiam ad aliquid esse, dubitationi cedere uidetur. Equidem non erat asserendum, in his communibus partibꝰ id quod sanē uerum esse in indiuiduis substātijs, quas esse ad aliquid noluit. Vnde quum hæc dicat, simul considerat, ꝙ indiget aliqua determinatione, diffinitio ipsorum ad aliquid assignata, ut dubium soluant. Nam inquit, si sufficienter assignata est, certè de numero difficilium, aut impossibilium est ostendere, quomodo nulla substantia, sit de numero eorum quæ sunt ad aliquid. Nam partes secundarum substantiarum, dicuntur esse alicuius totius, & propter hoc sub assignata definitione ipsorum ad aliquid, incidunt. Quocirca ne aliquam substantiam inueniant esse de numero eorum quæ sunt ad aliquid, alteram diffinitionem ipsorum tradit, dicentem ꝙ ea sunt ad aliquid, quibus esse, idem est, cum eò quod se habet aliquo modo ad aliquid, ubi non dicit amplius hoc scilicet dici ad alterum, sed esse tribuit, his quæ sunt ad aliqd. Etenim dici ad alterum, non indicat substantiam ipsorum, sed esse ad alterum constituit substantiam ipsorum. Item ipsum dici, alijs etiam accidit, ceu partibus, sed ipsum esse, solis ipsis ad aliquid competit. Iccirco caput dicitur alicuiꝰ, quia non est esse eius in habitudine illius, ad quod dicitur. Nam erit caput, tāquā aliqua res subiecta, atq; poterit eius ratio assignari per se, sed nihil quod est ad aliquid, per se subijcitur, igitur caput non erit de numero eorum, quę sunt ad aliquid. Nam cum caput sit secundum se, sic etiam aliorum dicitur, quorum est pars. Sed ea quæ sunt ad aliquid, quod non sint aliquid scđm se, ob id deinde dicūtur ad aliquid, tamen primò habent suum esse in hoc, quo aliqd dicimus se habere ad alterum, aliquo modo. Non enim si aliqd cum altero subsistit, iam illud ad aliquid est, tanquam ad illud. Etenim linea cum superficie subsistit, & tamen linea (ut linea) ad superficiem, non est, tanquam ad aliquid, quę quatenus terminus, ad aliqd est, tanquam ad terminatum, & quatenus aliqua pars est, ad totū refertur. Eodē quoq; modo caput, ut subsistantia per se est, non numeratur inter ea quę sunt ad aliquid, sed ut pars ad totum habet esse, sic est ad aliquid. Nam totius pars est, & totum partium totum. Verūtamen si ea quæ sunt ad aliquid, designarentur secundum dici, etiam caput capitati dicitur, & manus manualis, & gubernaculū, gubernatilis. Sed animaduertendū est, ꝙ quatenꝰ caput, & quod uerè est caput, alteriꝰ nō est, sed quatenꝰ pars, alterius est, igitur per accidens est ad aliqd, quēadmodū etiā domꝰ quatenꝰ domꝰ, per se est, sed

quaten⁹ est alicui⁹ possessio, est ad aliqd. Vt igit̃ ne qſpiam cõfundant, confuterq; id quod est ad aliquid, per accidẽs. Icciteo eorum quę sunt ad aliquid, aliam diffinitionem assignat, priorem fermè recusans, dicendo ea esse ad aliqd, quibus esse idem est, cum hoc quod est ad aliquid, aliquo modo se habere. Nam quod est duplum, idem est cum habitudine quam habet ad subiectum, & dimidium econuerso idem est cum habitudine, quæ ad duplum est, & nihil aliquid erit. Verum prior diffinitio, quæ assignabatur secũdum ipsum dici, inerat omnibus ad aliquid, tanquam accidens quoddam commune, & in plus se habens, quàm diffinitum. At ipsa ad aliquid, hoc modo esse non possunt, sed quatenus subiecta abundant habitudine, & eam excedũt, ob id ergo, prima diffinitio non assignabat quidditatẽ eorum, quæ sunt ad aliquid. Secunda uerò, substantiam ipsorum determinauit. Item illa prima, non conuertitur cũ diffinito, quandoquidẽ & pleraq; alia quæ non sunt ad aliqd, ad alterum dicantur. Nam propria, & partes, dicuntur esse aliorum. Equidem risibile dicitur hominis esse, & manus dicitur esse alicuius, hæc autem secunda diffinitio, conuertitẽ cum definito. Hæc igitur placent aliis expositorib⁹ Arist. At uerò Syrianus, exactissimus censor, quia neq; primam substantiam, neq; secundam ad aliquid esse colleret, rectissimè facit. Nam omnis substantia secundum se est, & sua pte natura subsistit, sicut etiã Archite uidetur, ipsa uerò ad aliquid connexa sunt, in ea habitudine, qua inuicem sunt. Verum quis ait sequi ex assignata diffinitione eorum, quę sunt ad aliquid, ꝙ aliquæ secundæ substantiæ sunt ad aliquid, certè hoc uidere non possum, quomodo fiat. Nam si simpliciter dicerentur ea quæ sunt ad aliquid, dici alterius, forlitan dicendum esset, ꝙ manus quæ alicuius dicitur esse, foret ad aliquid, sed quum planè dictum sit, ea esse ad aliquid, quęcũq; aliorum esse dicuntur, profectò inquirendum erat, si manus, ut manus, & quatenus manus, dicatur esse alterius, an potius ut pars, & non quatenus ut manus est, quemadmodum igitur quando bos, uel lignum alicui⁹ esse dicitur, non quatenus bos est, id quod est, sed quaten⁹ est possessio alicuius, ita neq; si caput alicuius dicitur, icciro alicuius dicitur esse, quatenus talem formam habet, sed quatenus est per se animalis, unde accidit ipsi habitudo eorum, quæ sunt ad aliquid, sicut nonnulla alia eidem accidunt. Item non congenter ex assignata diffinitione, simul ordinari ea quæ sunt secundum se, cum illis quæ sunt ad aliquid. Etenim secũdum Porphyrium, hæc diffinitio quã ipse nunc assignat, dicendo quibus esse, idem est cum hoc quod est aliquo modo, ad aliqd se habere, æquiualet priori quæ secundum eũdem conceptum, atq; intellectum assignata est. Nam neq; ea quæ dicuntur esse aliorum, propter quippiam aliud hoc habent, quàm propter esse ipsorum, quod idem est cum hoc esse, quo aliqua se habent, ad aliqd aliquo modo. Verum differentia, forlitan hac de causa est, quia illa ex ipso dici indicant, tanquam ob euidentiori ipsum esse, hæc uerò nuper tradita, econtra insinuat ex ipso esse ipsum dici, tãquã ab eò quod est magis causa. Verũ quũ in suis dictis Aristo. quoddam uelut corollarium manifestum afferat, ubi inquit, siquis sciuerit aliquid ipsorum ad aliquid definitè, ipse etiã sciet id ad quod dicitur definitè, quod quidem quum sequatur ad quod diximus, ostendit caput & manum non esse de numero eorum, quæ sunt ad aliquid. Nam si reliquum corporis cooperiatur, fieri potest, ut caput, & manus, cognoscantur, sed cuius sint postea ignorare. Vnde si essent ad aliquid, omnino cognosceremus ea, quemadmodum cognoscimus duplum, quia dimidij est. Cæterum quod siquis alterum relatiuorum definitè sciuerit & alterum sciat definitè, ostendit ex contẽplatione ipsius ad aliquid, secundum habitudinem ad alterũ, Vnde opus est eis, in habitudine simul esse, & complete ipsam, atq; esse alterum simul, ad quod est habitudo igitur qui sciuerit alterũ definite, sciuit etiam reliquum ad quod aliquo modo se habet alterum eorum, quę sunt ad aliquid. Deinde post probationem iam dictam, idem ostendit etiã per inductionem. Nam qui nouit quatuor esse dupla determinata, ipse etiam nouit duo determinatè, quorũ quatuor sunt duplum, & non solum communem proportionem, quam nouit esse inter duplum, & dimidium. Similiter de pulchriori dicendum est ꝙ si quis nouit ipsum tanquã pulchrius, certè nouit etiam id, cuius est pulchrius. At si aliqs existimat scire pulchrius determinatè, & de terius cuius est pulchrius nõ determinatè, nihil uetat hoc, quod pulchrius est, suspicari omnium esse deteri⁹ igitur inquit suspitio hęc est, & non scientia, quæ propriè in solis uniuersalibus est. Vnde & ipse patefecit, ꝙ etiam exactam sensibilium cognitionem, scientiam uocauerit, dicendo. Nõ enim sciet certitudinaliter aliquid, ꝙ si hoc ita se habet, neq; man⁹, neq; caput, neq; aliqua alia substantia, erit de numero eorũ quę sunt ad aliquid. Nam si aliquis contectus, coopertusuè, extenderit manum, uel aliam partem, profectò illam sciemus esse manum determinatè, sed cui⁹ sit manus ignoramus. In causa est, quia unũquodq; eorum est, id quod est, eò ꝙ talem substantiam habet, & talem qualitatem, & non quia se habeat ad alterum aliquo modo. Si igitur cognoscimus partes determinatè, & ꝙ dicuntur non amplius determinatè, quomodo igitur partes substantiæ sunt ad aliquid? Vnde si partes non sunt ad aliquid, neq; alia substãtia erit de numero eorũ, q̃ sunt ad aliqd. Nam ipsę solæ uidebantur esse, de numero eorum quæ sunt ad aliquid. Sed animaduertere oportet, ꝙ per hanc argumentationem, indiuiduę partes demonstrantur non esse de numero eorum, quę sunt ad aliquid, quatenus substantię sunt. Nam hæ sunt determinatę. Vnde quomodo uniuersaliter intulit, atq; conclusit ꝙ si nõ sunt ipsę ad aliquid, nulla substantia est ad aliquid. Nisi quis quomodocunq; se habent singularia, sic etiam se habent communia. Verũtamen id ostensum scilicet ꝙ nulla substãtia est ad aliquid, ex eò quis ipsorum esse, nõ est idẽ cum illo, ꝙ se habet aliquo modo ad aliquid. Postremò in textu adiecit, ꝙ de talibus aliquid asserere difficillimum est, his qui non sæpe considerauerũt illa. Nam Philosophi munus, non est aliqd definite, sententiamq; dare sine inquisitione sed dicet aliquis, quæ igitur utilitas quæstionis est illi, qui non inuenit ueritatẽ? Proinde respondens ipse Arist. dixit, quia & ipsum dubitasse de aliquibus, non inutile est, tũ quia ad inuẽtionẽ ueri magis parati erim⁹, atq; prõptiores, si prius dubitaremus, tum etiam quia quãuis aliqd non notũ sit, tamen dubitationes quæ circa ipsum aguntur, cũ fuerint notæ ampliabunt, declarabuntq; cognitionem nostram, pariterq; ostendent causam, cur illud ignotũ sit, q̃d inquirim⁹, quare hoc maximè utile erit. Sed hæc quidẽ rectè dicta sunt. Cæterum considerandum esse existimo, si Aristo. opus fuit uti illis rationibus, quas adduxit, ad asserendum ꝙ nulla substantia est ad aliquid, præsertim quum manifestũ sit, ꝙ substantia secundũ se existens, opponatur his quæ sunt ad aliquid, sed forlitan nõ ad id quod proximè dicebat, sed ad id quod superius dictum fuit. Nam aliquis dicere posset, ꝙ quum manus cooperti cognoscit, nõ determinatè ipsa cognoscitur, quandoqdem quando manus non cognoscat, sed indeterminatè manus, sed etiam indiuiduum ipsius speciẽ cognoscens, non omnino nouit, & cuius est Verum dabit tempus, post expositionem literæ, quo dubitationes adductas uidens, & solutiones ipsarum cõsiderare poterimus. Qua de re quidam dicũt, indiuiduã substantiam dici alterius, & esse alterius, nam Socrates quidem est dei, scilicet ut possessio eius, & ut ad aliqd. Itaque per accidẽs, Socrates est ad aliquid, quare omnib⁹ etiã eadem solutio congruet, quo fm accidens dicuntur. Verum si aliqs loco illius q̃d dicitur fm se, principaliter posuerit id quod est secũdũ accidens, certè id q̃d nõ dicitur esse alterius, dicetur esse alteri⁹. Equidem si homo deo similis esse fertur, et imago, prorsus similis est suo exemplari, profectò talia erunt ad aliqd, fm eam habitudinem, qua relatiua non dicũtur ad conuertentiam. Nam de⁹ non est similis homini, uel exemplar imagini, neq; exemplar conuertitur, quando quidem non sicut imago exemplaris est, ita & exemplar

imaginis

imaginis est, secus autem de ipso simili dicitur, quandoquidem imago similis sit exemplari, & exemplar similia imagini exemplar. Quod si aliquis grauiter feret, qualemcũq; habitudinem inter hæc quæ hic sunt, & illa diuina, is uerò cogitet, intelligatq;, habitudinem illam quæ uocatur sine habitudine, & prouidentiam non inuocatam, qua nobis Dĩ præsunt, & denominantur, nos autem sumus ipsorum possessio, & illi quidem prouident rebus nostris, & nos ab illis dirigimur. Præterea nonnulli sunt, qui nũc assignatam diffinitionem tanquam incertiorem periclitantur, confutare, perinde ac in seipsa definitum quippiam comprehendat. Nam quum diffiniat ipsa ad aliquid, quibus esse inquit, idem est, cum eo quod est ad aliquid aliquo modo se habere. Verum obscuram etiam assignationem fecit, ut etiam Boetho & Aristoni uidetur, quæ quidem obscuritas uitio diffinitioni tribui solet. Quocirca Ariston transferens ea quæ sunt ad aliquid, aliquo modo se habentia, tanquam ad manifestius tamen, inquit. Ad aliquid aliquo modo se habentia, ea sunt, quibus esse idẽ cũ hoc quod est aliquo modo se habere ad alterum, & hoc modo Aodronic⁹ assignat. Verũ Aehatc⁹ dubitationẽ soluendo, nihil diffiniti in definitione cõprehensum esse dicit. Sed ait, Aristotelis usum fuisse secunda uice ad aliqd ęqui uoce, loco huius quod est ad quodcũq;, perinde ac diceret ea sunt ad aliquid, quibus esse idem est, cum eò quod ad quodcũq; aliqualiter se habet. Item aliquis potest, & illud dicere, ꝙ prius sæpe diximus scilicet ꝙ generalissima & principalissima genera, necesse est per seipsa declarare, quãdoquidem aliquid uniuersalius seipsis nõ habeãt, per quod aliquis possit ipsorum declarationem, iuxta legem, & canones facere. Præterea eandem dubitationem soluent, hoc modo dicentes, album quidem est, quod de albedine dicitur, & de corpore participante albedinem, quod si aliquis itaq; dixerit, album esse colorem disgregatiuum uisus, & aliquis intelligat de corpore participante, perspicuum est, ꝙ diffinitio albi inconueniens esse uidebitur, nam corpus non est color disgregatiuus uisus. Vnde propter talem intellectum, dicẽdum est hoc modo, album quatenus album, est color disgregatiuus uisus, & hoc modo nequaquam id quod inquiritur in tali adiectione, accipitur, immo si non apponeretur, falsa esset diffinitio sic igitur & hic non simpliciter dictum est, ea esse ad aliqd, quæ eadẽ sunt cum hoc quod est ad aliquid aliquo modo se habere, sed addicitur etiam hic scilicet esse, idem est, cum hoc quod est ad aliquid aliquo modo se habere. Nam esse ipsi ad aliquid, est habitudinem esse alterius ad alterum, ceu quatuor & duo, ad aliquid sunt, non quatenus quatuor, & duo, sed quatenus consideratur idem excessus maioris, & minus, quo maius excedit minus, sed forsitan, neq; aliter ea quæ sunt ad aliquid, describi, assignariq; potuerunt. Nam secundum ipsam solam substantiam habitudinis, ipsa ratio habitudinis subsistit, quę cum sit diuersa à subiectis, ipsa ad aliquid specificat. Nam ipsa subiecta, non sunt ad aliquid, sed habitudo ipsorum qua inuicem subiecta participant, qui igitur diffinit ipsa participantia, secundũ participationem, ipse etiam cogit in diffinitione assumere participationem, ipse etiam cogitur in diffinitione assumere participationem. Nam ea quæ sunt ad aliquid, quæ diffiniunt quòd participantia sine, illud indicat, quia pluraliter dicuntur, proferunturuè, proprietate ipsius generis una existente. Nam existimo fieri non posse, ut hæc ad aliquid aliqualiter se habere, de ipsa habitudine dicantur, & quòd secundum hoc considerentur, quemadmodum, & ipsum prędicamentum habere considerat, quod quidem non consideratur ipsum in habendo aliquid, sed in habendo aliquid aliud. Verum hanc intelligentiam manifestiorem, insinuat Aehaici diffinitio, dicens, ad aliquid sunt, quibus esse, idem est cum eò quod est, ad quodcũq; aliqualiter se habere, similiter Aristonis & Andronici diffinitio, manifestiorem facit intelligentiam, dicendo ea esse, ad aliquid, quibus esse, idem est, cum eò quod est ad alterum aliquo modo se habere. Nam sicut in participantibus ea habitudine quæ est ipsius ad aliquid, & secundum hanc diffinientibus, dictum est hoc, quãuis idem possit aliquo modo, etiam de ipsa habitudine intelligi. Nam esse habitudinum ad aliquid, idem est, quod alterum ad alterum aliqualiter se habere, sed Philosophus Syrianus, hunc in modum soluit dubitationem dicens, ꝙ æquiuocatio quæ est inter participantia & participata, est causa erroris. Nã multum commixta sunt, cum participantibus. Quocirca transmutatis illis, etiam ipsa participata fiunt, & corrumpuntur, tanquam in illis nihil minus sit, quã in seipsis fundamentum habeant. Cæterum ad eos qui contendunt, inuenire opportunitatem secundę diffinitionis, quam apposuit Aristoteles, Diuus Iamblicus respõdendo ait, quia prima diffinitio complectebatur iustitiam, & albedinem. Nã aliquorum dicatur, etiam hic. Quocirca ad hoc dicenda esse existimo, ea quæ ipse dixit, ꝙ aliud est in alteris, esse & cum aliĩs, & aliud est ipsa dici, aliorum. Nam iustitia, & albedo, quãuis in aliĩs rebus sint, tamen habent proprias diffinitiones, quibus definiuntur. Nisi forsitan aliquis accipiat iustitiam, quatenus habitus est, quoniam hoc modo ipsa est ad aliquid. Item ait Diuus Iamblicus, quod q̃ dicit ad aliquid esse, id quod alterius dicitur, is habitudinem noua, solam statuit, & minimè ostendit eam habitudinem, quæ est duorum adinuicem, quasi prior illa assignata diffinitio, dimidiata sit, quippe quę alia etiam comprehendit, quę non sunt ad aliquid. Atqui secunda diffinitio, complectitur habitudinem duorum adinuicẽ, sed hęc consideratione digna esse censeo. Nam quomodo qui pluraliter aliquid diffinit, statuit habitudinem unius solam? Nam si aliquis uult, ꝙ hoc non intelligatur de ambobus in prima diffinitione, neq; illud scilicet quibus esse, idem est cum eò quod est ad aliquid, aliquo modo se habere, de ambabus intelligetur in secunda diffinitione, quandoquidem non dixerit adinuicem, sed ad aliquid. Tertio illa diffinitio tradit ipsa ad aliquid, dici alterius, ista uerò secunda, tradit esse eorum quæ sunt ad aliquid, & substantiã determinat. Item secundum illam primam, Aristoteles ait, manum esse ad aliquid, quia alterius dicitur scilicet habentis, sed secundum istam secundam, non est idem, esse man⁹, cum eo quod est ad aliquid aliqualiter se habere. Verum ad hoc etiam facillime dicendum esse existimo, quod si uere dicitur id q̃d est ad aliquid, prorsus etiam est illud quod quidem dicitur, q̃nquidem esse ad aliquid, sit causa ipsius dici ad aliquid, & signum ipsius esse, sit ipsum dici quare ista diffinitio secunda, est per causam, sed prima euidentior est ista, quandoquidem prima à notiori facta sit, ambæ tamen, in eandem sensum contendunt, & incidunt, quoniam si aliquis dubitauerit circa esse facile, usq; persuadebitur ipsa esse, per ipsum dici. Vnde neq; manus, secũdum primam diffinitionem, erit de numero eorũ, quæ sunt ad aliquid quando, quidem manus non ea ratiõe qua habet esse suum, ad alterum dicitur, sed si ipsa erit ad aliquid, forsitan quatenus pars erit ad aliquid, sicut etiam in secunda diffinitione, respondebamus. Equidem quum pars, & totum, ambo habitudinem mutuam habeant, sic unum ad alterum referretur, sed manus, ut manus, neq; ad totum, neq; totum ad ipsam referretur. Item secunda diffinitio (ut inquit Diuus Iamblicus) statuit quasi medium aliquid ipsam habitudinem subiectorum, ad habentium habitudinẽ, prior autem diffinitio (cum ipsa determinet ipsa ad aliqd, in respectu ad alterum) ipsum respectum qui est inter id q̃d respicit, & id ad quod respicitur, tanquam medium aliqd considerat. Hæc igitẽ de hoc dicta, disputataq; sint. Postremò dictis etiã, alia quidẽ dubitatio de ipsis ad aliqd, adĩciatur, quæ talis sit. Equidem dicimus decem prædicamenta, & decem genera, & unumquodq; ipsorum in propria species diuidi, quare cum ipsum ad aliquid ponam⁹ esse unum decem generum, & genus specierum est genus, et species generis sit species, ergo de numero eorum quę sunt ad aliqd, sit gen⁹, & spẽs qb⁹ sic se habẽtib⁹, multa absurda

uidentur sequi. Primum quidem quod supræmum genus erit species, quandoquidem id quod est unum supremum genus, sit species eorum quæ sunt ad aliquid. Secundo ipsum ad aliquid genus esse dicentea, cum ipsum genus sit una species ipsius ad aliquid, & genera sunt prius natura ipsis speciebus, cogemur fateri ipsum genus seipso prius esse, atque subsistere prius quam sit, & quam appareat. Tertio quoque dicatur, quòd sublato ipso ad aliquid, tollitur etiam species ipsius ad aliquid, sed cum una species ipsius ad aliquid sit genus, ergo si tolleretur ipsum genus ad aliquid, decem quoque genera tollerentur, ergo ad aliquid, si de medio periret, unà secum substantiam, & alia genera tolleret, atque interimeret, quodquidem absurdum est, quãdoquidem absurdum sit sublata habitudine simul substantiã auferri, quum sit natura prior habitudine. Quarto etiam si genus est una specierum ipsius ad aliquid, atque si omne genus erit sub ad aliquid, ergo ipsum ad aliquid erit unum omnium principium, quod quidem, longè abest ab opinione aliorum, qui asserunt ipsa ad aliquid assimilari propagini, uel his quæ alicui adnascuntur & adueniunt, & adeo etiam naturam habere, & non posse secundum se subsistere, sed in alijs sunt. His igitur & plerisque alijs dubitationibus ex ratione ostensis, forsitan, melius etiam, est de aliqua dem dubitationem facere, & solutionem congruentem illi apponere, & hac ratione adaptare. Vnde quærebatur prius de hoc quod dicitur esse unũ, nũquid in aliquo prędicamentorum ordinaretur, atque num esset quoddam incorporeum, & per se substantia, uel ut mensura, & principium numerorum cum ipsis ad aliquid ordinaretur, uel, ut pars ipsius quanti secundum Alexan in quanto sit ordinatum. Verum ubicũque ordinabitur, profectò erit illius generis una species, & natura post ipsum genus subsistit, igitur unum non est illud genus decem generum, neque unum quodque aliorum generum, alioquin prius esset seipso. Etenim si ipsum tolleretur, & prędicamentum ipsius, interimeret alia prædicamenta, quandoquidem onũquodque ipsorum, non sit unum, sed infinitis infinitum. Itaque ad memoriã reuocemus ea quæ ibi dicta sunt, quoniam unum uidebatur decem prædicamentis æquiuoce inesse, quemadmodum etiam ipsum ens, propter ordinem prędicamentorum adinuicem. Equidem ęquiuocorum nõ erit diuisio principalis, in prædicamẽto, neque ipsorum positio, erit determinata ad unum genus. Forsitan igitur rectè se habet, ut eadem de genere dicamus, quoniam & si coordinetur secundum habitudinem, cum ipsis ad aliquid, tamen quatenus, omnibus prędicamentis æquiuoce inest, ob id secundum hoc determinate in aliquo prædicamento ordinaretur. Nã genus est quędam communitas, quæ substantiæ primò inest, quia & illa prima subsistit, & propter illam cætera alia subsistũt, sed reliquis generibus secundum ordinem ipsa cõmunitas erit tanquam principium. Atqui principium etiam est de numero entium quæ sunt ad aliquid. Nam principium, ad id quod inchoatum, & ex principio proficiscitur, dicitur. Quãuis igitur genua sit cognatum, his quæ sunt ad aliquid, mirum non est. Etenim ipsum unum etiam erat cognatũ ipsi quãtitati, uel ipsi ad aliquid, & tamen commune erat omnibus prædicamentis. Verumtamen opinor horum quandam aliam solutionem, probabiliorem inquirendam esse. Quocirca sciendum est, quòd multa sunt genera in sensibilibus proprie, quæ in ipsis intellectualibus esse nequeunt, nisi quis secundum alium modum idipsum transferat ad illa, quãuis inepte & coactim, ceu si quis poni prædicamẽtum, & pati, ad illa transferret in quo genere & modo unũ sit ipsum ad aliquid, quandoquidem nulla ibi possit intelligi habitudo. Nam in quibus alterum in alterum nõ est, ut habitudo in substãtia, neque illud erit aliud & aliud, qua te quomodo poterunt aliqualiter se habere adinuicem, ac que quomodo poterimus considerare ipsa ad aliquid proprie in ipsis? Nisi aliquis secundum proportionem in illis, hoc fieri sentiat, sicut ibi etiam dicimus causas, & effectus. Verum in ipsis materialibus ob dimensionem, & diuersitatem, materialem, habitudo simul subsistit, sed in his quæ dimensionis expertia sunt, atque immaterialia & impartibiliter sunt coniuncta, quomodo igitur erit habitudo? Nisi forsitan quod quidem dicebã, quòd sicut ibi est distinctio, ita etiam diuersitas iouenitur. Item hic dicitur, quod ipsa ad aliquid aduentitiam naturam habent, & quod potius assimilantur his quæ secus adnascuntur, & quod habent essentiam dependẽtem ex transmutatione extrinsecorum, quomodo itaque ipsa ad aliquid in ipsis intellectualibus spectari & considerari poterunt?



Quartũ prædicamentũ de quali, & qualitate.

Qualitatem autem dico, secundum quam quales quidam esse dicuntur. b

Disputaturus post prædicamentum ad aliquid, cõtinuo de qualitate, uel sicut inscribitur de quali & qlitate, oportet primò de ordine dicere, quãuis de ipso prius non pauca disputata sint, deinde etiam hoc modo de inscriptione dicere, quæ aliquid extraneum habere uidetur, quãdoquidem hoc prædicamentum de quali & qualitate, inscribatur, tandem Aristotelis uerba prosequemur. Archytas igitur (ut prius diximus) post substantiam illico ordinat qualitatem, dicendo. Secundum autem, est qualitas. Nam si ne eo quod est, non potest esse quale quid est. Tertium uerò est quantitas (ut ait) Eudorus autem, sermonem de qualitate coniunxit cum sermone de substantia, post sermonem de qualitate, & subiungendum esse illico sermonem de quanto, inquit, quandoquidem cum quanto, & quali, simul substantia existit, deinde post hæc prædicamẽtum temporale scilicet ipsius quando, & prædicamentum ubi complectĩ uult. Nam omnis substantia, uidelicet sensibilis alicubi est, & aliquando. Verum dicatur, quòd si substantia est primum genus, & ab ipsa alia prædicamenta esse, & ordinem recipiunt, & substantiam, principalissima autem est ca quæ est specifica, & species est quædam & forma, qualitas autem est in ipsa, tanquam in mensura. Determinatis, ac diuisis his secundum speciea, quomodo ait Archytas uerum esse, cum substantia naturalis non sit sine corpore, & corpus non sit sine magnitudine, & magnitudo quantum continuum, & posterior aduenit ipsis habitudo? Sed forsitan & in alijs pędicamẽtis de hoc dicemus. Quidam itaque asserunt, quantitatem præcedere intellectum qualitatis, in naturali substãtia. Nam minime sicut materia quatenus materia sine qualitate est, sic etiam sine quantitate aliquando est. Sed ad hoc dicendum est, quod eadem causa, qua ostendimus materiam sine qualitate esse, apparet, ut etiam sine quantitate esse posit, tanquam cuiuscũque magnitudinis capax. Nam si quantum est aliqua forma, profectò dicendũ est, quòd materia eius sit capax. Vnde his rationibus, refelluntur hi qui existimant primam materiam corpoream esse. Quocirca alij dicunt corpus esse magnitudinem, & magnitudinem esse quantam, & determinatam ad aliquid, quare secundum rationem ipsa ad aliquid quantum sequuntur, in ordine, & post ipsa ad aliquid, reliqua genera succedunt, sicut Aristotelis ordinauit. Verumtamen dicendum est, quòd corpus est cõpositum, & quod non operæprecium est, à compositis simplicium ordinem accipere, sed econuerso à simplicibus ordinem compositorum. Item quia corpus, quatenus corpus, non minus est quale, quàm quãtum. Nam corporeitas qualitas est, & quod aliquo finito figuratur, semper finitum est, etiam quia differentia conuenientium ad compositionem, est qualitas compositionis. Vnde inest cõpositis corporibus terminatum esse, secundum qualitatem, cui postea aduenit habitudo terminantis ad terminatũ, igitur ipsa ad aliqd posteriora erũt, et qlitate plane sequenẽ, atque quo uidebiẽ Arist. sine aliq pbatiõe collocasse qlitatẽ post ipsum ad aliqd. Nisi prędictum ordinauerit substãtiã ante quãtitatem,

tem, quia ſubſtantia ipſi quantitati exiſtentiam præbet, & quantum ipſi quanto, quod eſt ad aliquid, dat cauſam ut ſit, à quo rationes producũtur, ex his deinde qualitates accipiunt ſubſiſtentiam, & ſic prędicamentorum ordo connectitur, & conſtituitur, ſed neq; abijcienda eſt illa ordinis cauſa, quæ ad noſtram doctrinam tendit. Nam cum in ſermone de ſubſtantia mentionẽ feciſſet eo in loco de quãto, ubi tradidit communia ſubſtantię, & quãto, illico poſt ſubſtantiam quantum ſubiunxit, & quum denuo in prędicamento quantitatis, magnum & paruum introduxiſſet, quæ ſunt de numero eorum quæ ſunt ad aliquid, meritò poſt quantitatem mentionem fecit de ipſis ad aliquid, & cum in prædicamento ad aliquid, habitus & diſpoſitiões ſint ad aliquid, quæ cum ſint qualitates ſecundum ſe, meritò ſermonem de qualitate ſubiunxit Hoc igitur modo, nõ nulli defendunt ordinem hunc prædicamentorum, rebus naturalibus conformem, quandoquidem poſt ſubſtãtiam, ſit magnitudo. Nam cum quantitate omnis naturalis ſubſtantia ſubſiſtit, & poſt magnitudinem magis conſideratur ſecundum habitudinem exceſſus, et defectus, quodquidem eſt de numero eorũ quæ ſunt ad aliquid. Deinde poſt maius innaſcunẽ paſſiones, quæ cum ſint alterationes quędam circa magnitudines maiores, & minores, ipſius molis conſideratę ſunt qualia, ceu calidum, frigidum, ſiccum, & humidum. Hoc igitur modo, quiſpiam talem ordinem uaria cogitatiõe, diſputationeq; habita inuulgabit. Cæterum de inſcriptione quærunt, cur Ariſtoteles hoc prędicamẽtũ de quali & quantitate inſcripſit, nũquid idem ex ambob⁹ ſignificatur? Niſi qualitas ſignificet ipſam proprietatem, & id quod habetur, & quale id quod participat, ſicut albedo ſignificat ipſum colorem, & album ipſum coloratum. Verum ſi hoc concedatur, quid horum erit prędicamẽtũ? Nunquid erit aliqua ſimplex & incompoſita forma, an erit quoddam compoſitum, ex ſubiecto, & forma? ſi quidem hæc inuicem differant. Quod ſi quiſpiam contenderit, hęc ambo eſſe duo prędicamenta, eadem erit de ipſo quanto, & de ipſo ad aliquid, & partim erunt ſimplicia, & partim erunt compoſita, quocirca non decem erunt tantum prędicamenta, ſed ad minus uiginti. Sed forſitan quoniam & ipſa qualitas quale dicitur, & non ſolum quale illud dicitur, quod participat (nam ueteres albedinẽ uocãt album) ideo ſic prædicamentum inſcripſit, de qualitate & quali. Nam albedo album dicitur, ſed album ſcilicet id quod participat, non dicitur albedo. Verũtamen hæc inſcriptio non uidetur eſſe Ariſto. quandoquidem idem non fecerit in alijs prędicamentis, ſed Achaicus, & Alexander exiſtimãt fuiſſe uitium ſcriptoris, qui ſic inſcripſit. Nam aliquis potuit ipſum inuenire diſiunctum, quod tanquam per ſe ordinauit, uerum ſi quis uelit conſentire inſcriptioni, tanquam rectè ſcriptæ, is uel dicet qualitatem, & quale idem ſignificare ratione Ariſto. perſuaſus, qui in ſuis libris Theologicis, non modo ſimplex ſm qualitatẽ ordinat, ſtatuitq;, ſed etiã quale ſecundum paſſionem ſubſtantiæ ponit. Equidẽ paſſio eſt dum aliquid patitur, & quale eſt in ipſo qđ patitur. Vnde id quod eſt in aliquo, dum patitur, illud eſt prędicamenti paſſiõis, et illud quod eſt in ipſo paſſo, eſt qualitas. Qualitas Quod ſi quiſpiam qualitatem, & quale aſſeruerit differre, quia qualitas dicitẽ de ſimplici forma, & quale conſideratur cum ſuo ſubiecto, tamẽ nihil minus unum erit prædicamentum, qualis, & qualitatis. Nam ſæpe diximus, ꝙ in uno prædicamento, omnia talia cum ſuis priuationibus, medietatibus, uirtutibus, & negationibus ordinantur, ceu iuſtitia iuſtus, iuſte, iniuſtus, non iuſte. Nam omnia talia in prædicamento qualitatis erunt. Hæc igitur dicta ſint de inſcriptione. Cæterum quæ ex hiſtoria, & narratione utilia ſunt, pręſenti ſermoni, ac diſputationi adijciẽtes, ad Ariſtotelis uerba deinde labemur, proficiſcemurq;. Nomen igitur qualitatis Plato primus inſtituiſſe uidetur, quemadmodum ipſe in Theeteto inſinuat, & in lucẽ producit, ſe nominis qualitatis fuiſſe auctorem. Sic autem dicit, quod patitur eſt ſenſibile, ſed non dicitur ſenſus, efficiens quoq; dicitur aliquid quale, ſed non qualitas. Forſitan igitur qualitas alienum quippiam nomen eſſe uidetur, tamen uniuerſum dictum, atq; confuſum, nõ intelligis. Vnde ueterum nonnulli prorſus de medio tollebant qualitates quale duntaxat concedentes eſſe, ceu Antiſthenes cui (cum aliquando altercaretur cum Platone) ipſe Plato dixit. Equum quidem uideo, equinitatem tamẽ non intueor. At ille dixit. Habes quidem id quo equus uidetur ſcilicet oſculum, ſed quo qualitas ſpectatur, & conſideratur, nondum obtinetũr. Quocirca, & alij quidam eiuſdem opinionis, & ſententiæ, fuerunt. Alij autem quaſdam qualitates de medio auferebant, quaſdam uerò relinquebant, & eos quibus dabant concedebantq; exiſtentiam, & cæteris eaſdem eſſe cauſas exiſtentiæ, putabant, omnes tales incorporeas eſſe, ut fuerũt antiqui, ſed alij ſentiebant incorporearum naturarum, incorporeas eſſe qualitates, & corporum corporeas, ſicut Stoici. Vnde hoc etiã apud omnes in dubium uocari ſolet, nũquid qualitates ſicut ſuis ſubiectis ſunt cauſæ ut ſint, & q̃lia ſint, ita etiã ſibi ipſis, & ſint cauſa, ut ſint tales per ſe ſubſiſtentes, & in ſeipſas operantes, an alijs cauſis indigeãt, ut ſint, & illę alijs, & hoc in infinitum? Itẽ non parua quęſtio eſt, quas oporteat ſubſtantiales qualitates aſſerere, & quas nõ oporteat tales appellare. Nam cur una & eadem albedo, in ceruſa et lacte exiſtens, ſubſtantialis eſt. Sed quum non ſit difficile hoc diſcernere, Stoici uocabant qualitatem, & habitũ. Academici uerò uocabant habitus ab ipſo haberi, ea quę habebantur, ſicut conceptus, notioneſuẽ participalia ab ipſo participari, & caſus qui poſſunt ab ipſo ſortiri, denominationem habere, prędicamenta quoque, & accidentia ab ipſo accidere, uocabant. Vnde & principium nominis ipſius habitus, ab habitib⁹ deductum eſt. Verum poſterius nomen eius, commune extenſumq; factum eſt, ad habitudines, ceu prima ad mouendum erectio, ſeſsio ad motum, qualis eſt ambulatio ad compoſitas conſtitutiones, ex motibus, & habitudinibus, in quo genere eſt ſaltatio. Alij uerò etiam aſſumpſerunt motus, qui aliquo modo ſe hñt ad aliquid, ceu infuſio & diffuſio. Itẽ aſſumpſerunt habitudines, quæ aliquo modo ſe habent ad aliquid ceu deceptio eſt. Item acceperunt eas habitudines, quæ, in genere motuum & habitudinum ſunt, quas neq; mot⁹ eſſe, neq; habitudines quidam uolunt, ceu eſt ipſa correctio, & ipſum peccatum. Verum alij ſentiunt id quod habile eſt ab habitibus, uſq; ad operationes tantum extendi. Alij uerò aſſumunt ſimul perſuaſiones, credulitateſuẽ. Vnde Antipater, nomen habilis extenderat uſq; ad caſus, & accidentia corporum & incorporeorum, ceu uſque ad rationem, & quid ſit unumquodq;, quo pacto ſecundum deriuationem ab ipſo haberi, habile uocatum eſt. Sed poſterius uiſum eſt, proprium nomen habilis non à prædicamento denominari, ſed ſiquid habitus eſt, aliquidq; profectò erit qualitas omnino, & habile. Verum in plus eſt habile, quam habitus (ut diximus.) Opinio itaq; Ariſto. & antiquorum de iſtis, talis eſt. Nam putant habilia ſcilicet ea quæ inſtar habitus haberi poſſunt, omnia incorporea eſſe, quandoquidem omnia ſint ſimpliciſſima & prima ſecũdum naturam, quæ non ſunt partes illorum quorum ſunt habilia, ſed ſolum ſunt cauſæ, & non extrinſecæ, ſed continentur in habentibus, quum ſint numeri, & rationes quædam in materia exiſtentes. Equidem Pythagorici cauſas illas rerum, quatenus res ſunt, appellabãt numeros, & rationes in materia, quę quũ appererẽt, ut non apparent habilia uocabant. Alij uerò rationes incorporeas ſtatuũt hęc, à quibus aliæ ſunt, & diuerſę. Verũ quũ diuerſa ſint, etiã uarietas rerũ ſit, & differentię primorũ elementorum, & eorum quæ conſtant ex his ſubſiſtunt. Sed numeri iſti perpetui ſunt, & rationes, ſicut etiã materia perpetua eſt, motus tñ ipſorũ, & poſitiones adinuicẽ, & ordines trãſponibiles, & nõ ſempiterni ſunt. Vnde ſicut ſeparę rõnes inſunt, quę nõdum aptãt formã, figurãtq; ſubiectũ, ſed ſunt ueluti rõnes quę in ſõmate ꝑ accidẽs inſunt, ſine mixtiõe exiſtẽtes,

ſicut etiam in anima, & in arte eſt ſtatuæ formandæ ſpecies, atq; ut colores in uiſu quando corpus coloratum uidet, ita rationes quędam ſunt abſiſtentes, & remotę. Quocirca natura ſpeciei, formęue, cauſa eſt immediata, nullo intercidente medio, inter participatum, & participans. Nam quum natura pręſens ſit, ſtatim participans format, & ſpecificat, quæ etiam aliud ultimum ſuapte pręſentia ↄſtituit, quod quidem nũc uocant pręGdicamentum, ceu à ſapientia ſapere, inter quę duo ſemper corpus tanquam medium, & uelut ſapiens, prudenſuè ordinatur ſcilicet medium eſt inter primam cauſam, ſcilicet hanc formam ſpeciemuè quam dicimus prudentiam, uel ſapientiam, & extremum prædicatum, quod ab ipſa efficitur, denominaturq; ſcilicet inter ſapere. Nam cauſa utriuſq; ſcilicet ipſius prudentis, & ipſius prudens eſſe, prudentia eſt, ſicut etiam ſanitas eſt medium inter eum qui ſanus fit, & ſanari, quorum alterum eſt corpus, alterum uerò eſt incorporeum. Equidem prudentia ipſa, & ſanitas, ſiue fuit, ſiue non, per ſe, ſimplicisſimæ, & primæ incorporeæ erunt, ſimiliter etiam prudẽter agere, ſapereq; incorporeum eſt. Vnde quis prudentia, aliquo modo ſe habens, ſapere fit, & prudentia ſecundum ſe participatur, ob id fit tam ſapere congruum, & decens, quod quidem ſi comparetur ad prudentem, res quędam eſt, & effectum quoddam, ſi uerò cõparetur ad nos, & noſtram inſtitutionem dictionum, tunc erit prędicatum. Nam dicitur ſapiens ſapere, aut prudens prudenter agere. Quocirca talis appellatio, prędicatiouè, de hoc fit, ut comparatur ad nos, qui ſic inſtituimus dictiones, quod ſi comparetur ad illum, de quo dicitur, erit ſapere alicuius habitus, & habitus inquam participatus. Vnde non ſolum prudentia, comparata ad participantem, fit prudenter agere, ſed etiam cõparata ad tempus, quo aliquid unum & idem, in utriſque eſt ſcilicet in ſubiecto & in tempore. Eadem ſimul in uno, & in eodem tempore, ſunt habitus & homo, quorum alter eſt ſubiectũ, alter uerò eſt in ſubiecto, atq; alter eſt participans, alter uerò eſt participatus. Vnde meritò antiqui dicebant ipſum ſapere, uel prudenter agere incorporeum eſſe, & conſequenter id per quod eſt incorporeũ ſcilicet prudentiam. Nam habitus, & habere, incorporea ſunt. Equidem ſapere, ob id erit incorporeum, quandoquidem ambo ſcilicet habitudo, & habere circa nos ſcilicet prudentiam, & ſapere relinquerunt. Nam ſequebatur hoc ſcilicet noſtrum eſſe habitum, nam ſi prudentia & ſapere ſunt circa nos, & participari ipſa ſecundum ſe, non poſſunt ut tales, igitur extra, neq; alibi ſubſiſtent, quam circa nos. Talis igitur eſt opinio Ariſto. de primis cauſis, quas uocant nonnulli habilia. Sed iam ad contextum, literamq; proficiſcamur. Inquit ergo, qualitatem quidem dico, ſecundum quam quales quidem dicuntur ſcilicet ſecundum quã participans participatione qualitatis, fit quale, ſicut fit album participatione albedini. Verum, nonnulli aiunt inconueniens eſſe, à poſteriori docere priora, atque declarare aliquid, per id quod eſt ſimiliter ignotum, atq; idem ꝑ idẽ aſſignare, & definire. Nam ſi qualitas, eſt ea res quam habet qualis, & qualis eſt qui habet qualitatem, itaq; qualitas per ſeipſam explicata, aſſignataq; eſt. Sed his dicẽdum eſt, ꝙ doctrina ſupremorum generum, fieri non poteſt, ex prioribus, neq; fieri poteſt ſecundum ordinem naturæ, ut habeamus traditionem, aſſignationemq; de ipſis, per altiora, ſuperioraue, atq; per ea quæ magis ſunt cauſæ. Nam nihil eſt prius ipſis ſupremis generibus, ſe opus eſt fieri eorũ doctrinam, à proximioribus, & notioribus nobis, notius autem, & proximius nobis eſt quale, ipſa qualitate, quandoquidem nonnulli auferant de medio qualitatem, perinde ac nullo pacto exiſtat, & nullus auferat ipſum, quale. Equidem Antiſthenes, fatebatur ſe equum uidere, negabat tamẽ equinitatem uidere. Verum equus oculis uidetur, equinitas autem ratione comprehenditur, atq; equinitas in ordine cauſæ præcedit, equus uerò ut defect⁹ ſequitur, equus quoque eſt corpus, & compoſitum, equinitas uerò ſimplex, & incorporea. Vnde obſcuritatis, & ignorantiæ nominis qualitatis, teſtis eſt Plato, qui in Theeteto dicit. Poſitã igitur qualitas, uidetur quoddam nomẽ alienum, & peregrinum, & non intelligis dictum confuſum, uel ſubito, ſiue ergo quale fit actus qualitatis, ſiue participatio, cum manifeſtius fit id quod ſecundum actum ſubſiſtit, eò quod ſecundum cauſam immanifeſtam procedit, & manifeſtius fit participans, participato. Quocirca album albedine, & grammaticus grammatica ſunt manifeſtiora, quale profectò erit euidentius ipſa, qualitate, & quamuis quale ſecundum qualitatem dicatur, tamẽ qualitas, per ipſum quale euidentior fit, ſi igitur quale eſt notius qualitate, certè qualitas rectè erit declarata, per quale, non tamen quia hæc ſit diffinitio ipſius qualitatis, ut id ſit, qualitas, cuius præſentia quale dicitur, quod participat qualitate. Nam neq; ad aliquod aliud primorum generum, definitum erat. Verum nonnulli dicunt doctrinæ modum peculiarem, congruumq; eſſe propoſito, inſtitutoq; de prædicamentis, ſi ab ipſo dici ſumatur. Nam tentare, periclitarierq; explicare ipſam qualitatem, ex eò ꝙ quale dicitur ſecundum quidditatem. Vnde ex ipſa natura qualitatis, modus doctrinæ aſſumptus eſt. Nam qualitas eſt quatenus participatur, & perficit quale, in quo igitur ſubſiſtit, per idem etiam cognoſcitur, & non ſimpliciter à poſterioribus declaratur, ſed ab eo quod ſimul eſt cũ ipſa. Item neq; idem per idem Ariſt. declarauit. Nam aliud eſt qualitas, & aliud eſt ipſa participari ab aliquo, quãuis maximè ſit ſimul cum ipſa participatione, qua participatur. Vnde aſſignatio hęc, aſſentit cõſentaneaq; eſt opinioni Ariſtotelis, de qualitate & habitu. Nam ſi habitus eſt noſter, apud Ariſtotelem, & circa nos qualitas ſubſiſtit, ac qualitas participata eadem eſt, cum ea quæ ſimpliciter dicitur qualitas, profectò conſtat, quòd qualitas adęquetur quali, unde cum Ariſtotelis habilia & actiones circa nos relinquat, & aſſerat. Academici uerò extra nos ambo eſſe contendunt, & Stoici habilia circa nos eſſe fatentur, actus autem & operationes extra duas opiniões confundentes. Ariſtote. autem ſibimet non diſſentiens, cõiunxit quale qualitati, tanquam utraq; ſint circa nos. Sed Stoicorum nonnulli, quale tripliciter diuidentes, aſſerunt duo ſignificata communiora, amplioraq; eſſe qualitate, & unum ſignificatum, uel unius ſignificati partem, tradunt poſſe adaptari qualitati. Nam aiunt quale ſecundum unũ ſignificatum, eſſe omne illud, quod ſecundum differentiã, ſiue moueatur, ſiue habeatur, ſiue etiam difficuleer ſit reſolubile, ſiue facile, quo pacto non ſolum prudens, & pugil paratus, ſed etiam curiens ſunt quales. Sed ſecundum alterum ſignificatum, ſub quo motus non comprehendebant, ſed ſolum habitudines, quod ſanè determinabant eſſe ſecundum differentiam ipſam, quod habetur, ceu eſt prudens, & paratus ad pugnandum. Vnde ſecundum differentiam eorum quæ ſtabiliter habentur, alĳ tales ſunt cõgruè, & ſecundum prolationem, & intellectum ipſorum. Alĳ autem aptè, quos etiã recuſabant, & aptos ſtabiles ꝗs ſecundum differentiam quales eſſe ponebant. Verum adaptari eos ſecundum prolationem dicebant, qui adequabantur qualitati, ceu grammaticum & prudentem. Nã uterque iſtorum, nec excedit, nec deficit à qualitate, Similiter autem amicus obſonĳ, & uini amicus, qui licet actu tales ſint, quemadmodum obſonĳ edax, & uini potator, qui tales partes habent, per quas fruuntur cibo & potu, quo etiam pacto dicuntur. Vnde ſi aliquis obſonĳ edax fuerit, prorſus etiam erit obſonĳ amicus, & cupidus, ſed e conuerſo minime, quandoquidem ſi aliquis fuerit amic⁹, cupiduſq; obſonĳ, tamen non prorſus obſonĳ edax erit. Nam ſi defecerint partes, quibus obſonĳ opinaſuè, aut ganeas comedit, certe is abſolutus eſſet à comeſtione obſonĳ, qui tñ non amiſit habitũ, quo obſoni amic⁹ eſt. Tertium autem ſignificatũ, adducebant illud, qđ erat maxime ſpecificũ q̃le, ſub quo comprehendebant eos qui ſtabiliter habiles erant, ad aliqđ agẽdũ, quo ſignificato negabãt eos eſſe q̃les, qui ſtabant extenſo brachio, & parati ad pugnã.

Cum sit igitur quale, tripliciter dictũ sit, qualitas secundũ ultimũ significatũ qualis, cõuenit cũ ipso q̃li, & coaptatur illi. Quocirca quando diffiniunt qualitatem, secundum habitudinem qualis, diffinitio intelligenda est secundum tertium significatum, ipsius qualis. Nam apud Stoicos, qualitas dicitur tantum uno modo, & quale trib⁹ modis. Item qualitas est cum participatur, quale autem subsistit, cũ eo ꝙ participat. Vnde uno & eodẽ modo, ambo hęc in nobis sunt, & minimè duo extra erũt uel unum extra, & alterum in nobis. Equidem constat, ꝙ adequantur secundum suam substantiam, ubi nõ est opus significato alicuius artificij, uel appositione partium, ut tertium significatum ipsi⁹ qualis cõueniat, & coaptetur cum qualitatè. Sed hacten⁹ hęc sufficiãt. Plotinus uerò sciscitatur, percũctaturq;, cur qualitas, eos qui dicuntur quales, efficit. Nam ꝙ secundũ qualitatem quales dicantur, diximus, sed quæ sit hęc qualitas, secundum suam propriam rationem, adhuc non est determinatum cui respondet Porphyrius, ꝙ sermo de qualitate intellectualis est & descriptibilis, sed non substantialis. Equidem sermo, uel diffinitio tradita explicandi, describendiq; aliquid sumitur ab his, quæ oibus perspicua, notaq; sunt, quę etiam cõiter apud omnes concessa sunt, ceu dicis bonum illud, à quo cõtingit aliquem iuuari, utilitatemq; capere. Porrò anima est à qua uiuere proficiscit, & uox est proprium sensibile auditus, & huiusmodi diffinitiões, sunt substantiales, quibus utuntur hi qui substantiam ipsorum diffinitorum docent, sed si dicitur ꝙ bonum est uirtus, uel participãs uirtute, atq; ꝙ anima per seipsam est mobilis, & uox est aer percussus, tales quidem sunt diffinitiones, describentesq; ea quæ communiter omnes confitẽtur, sed qui diffiniunt ſm sectas proprias, substantiam rerum, refellũtur ab his, qui sunt alterius opinionis. Nam quum dicant uocem aerem & corpus esse, non consentiunt ueteres quippè qui uocem ipsam ſm actum incorporeum, & percussionem determinant. Item illi qui bonum per omnia penetrare contẽdunt, illis repugnant, qui bonum in uirtute, & solo honesto ponunt. Vnde uisum est, in primis introductionib⁹ utendum esse his diffinitionibus, quas omnes uno consensu concedunt. Nam tales sunt magis notæ, & accõmodatiores ad primam audientium auscultationem, & introductionem. Aliæ uerò diffinitiones, indigent prima philosophia, quæ speculatur res, quatenus res. Quocirca Arist. substantialem diffinitionẽ qualitatis, in metaphysica, hic uerò diffinitiões tradit ipsius descriptiuas, quę rectè dicta sunt, sed & pulchrior responsio est, quæ dicit ꝙ si qualitas esset per se, quęrere opus esset, quæ sit illa quę cũ existit, participatur, sed in nobis est, & nõ extra ipsa qualia subsistit, perspicuum est, ꝙ nõ est aliud eius esse, & aliud ei⁹ participatio. Item neq; altero modo est secũdũ se, & altero prębet esse, & dici ipsi quali, sed simul habet, & est, ac quale cõsideratur, quatenus à qualitate efficitur. Nam qualitas est habentia forma. Ea igitur diffinitio, quę explicat qualitatẽ p quale, certè principalissimã proprietatem ipsi⁹ designat, ac simul statuit, sibiq; quid ipsa sit, & quam operationem exhibeat, his quæ sunt. Atqui rursus instant, ꝙ si secundũ qualitatẽ, q̃le ẽ, igit̃ q ignorat q̃litatẽ etiã q̃le ignorabit. Sed dicim⁹, ꝙ quãuis q̃le sit p qualitatẽ, tñ euidẽtius est ipsa qualitate, p̃sertim ſm uniuersaliores conceptiões, cõceptusuè, qui primis introductionibus maxime congruunt. Etenim secundum humanitatem homo est, & tamen homo est longe notior humanitate, tanquam sensibilis ipsa intellectuali. Vnde uerum non est, ꝙ si ignoret̃ humanitas, ꝙ similiter ignoretur homo. Similiter neq; uerum est, ꝙ si ignoret̃ qualitas, ꝙ ignoretur etiam quale. Nam quale est sensibile, & notius, apud eos qui habent sensum, quem fere omnes habent, sed qualitas est quoddam intellectuale, & solis habentibus intellectum, est nota, cui⁹ pauci homines sunt capaces. Verũtamen ignorari uidetur, quale, ignorata qualitate, propter nominum similitudinem. Equidem si quis uidetur ignorare album, calidum, uel bonum, quæ omnia qualia sunt, qui si uoluerit unumquodq; eorum cognoscere, etiam qualitatem per quam hæc sunt, diligenter explorabit, & inquiret. Item instant, quomodo sana diffinitio esse queat, siquidem nonnulli quales dicãtur, ubi nulla qualitas nominatur. Nam in illis, minime uerum erit, ꝙ illi secundum qualitatem sint quales. Nã cursiuus, & pugillatiuus, non à nominatis qualitatibus, dicuntur. Nam minime dici solet pugillitas, & cursatio. Sed prõpte respondere possumus, ꝙ quãuis nominatę nõ sint qualitates, ob id nõ defecit rerum natura, quandoquidem nominari possint, saltem æquiuoce, ceu si dixerimus potentia uirtute ſm actum esse, utriũq;, scilicet pugillatiuum & cursiuum, uel si cauebimus, æquiuocationem, alia nomina usurpabim⁹. Verum Andronicus, nolebat ipsos pugillatiuos ab ipsa uirtute, potentiauè denominari, sed ab ea uirtute quã actu possidenti. Nam dispositos ad futuros habitus, sic rectè uocari inquit. Stoici uerò secundum suas suppositiones, eãdem dubitationem afferunt, contra diffinitionem dicentem, ꝙ secundum qualitatem omnia qualia dicuntur. Nam qualitates appellantes habitualia in solis unitis eas relinquunt, in his autẽ, quæ secũdum cõiũctionem, copulationẽuè, ut in naui, atq; in his quæ distãt, ut in exercitu, nihil habituale esse dicũt. Item tradunt, neq; aliquod unum spirituale, in ipsis inueniri, neq; ꝙ habeat unam rationem, ut ad unam subsistentiam unius habitus ueniat, quale autem, ecõtrario dicebãt esse, in his quę sunt coniuncta: atq; in his quæ distant. Nã sicut unus grammaticus, ex quali exercitatione stabiliter se habet secundum differentiam, similiter etiam chor⁹, ex tali meditatione stabiliter se habet, secundum differentiam. Vnde qualia sunt, propter ordinem & operationem unius operis, qui quales sunt sine qualitate. Nam in his, habit⁹ non est, neq; uniuersaliter in substantijs distãtibus, & nullam habentib⁹ cognatam adinuicem unionem, qualitas, uel habitus inuenitur, quare si quali existente, non est qualitas, quale igitur, & qualitas non adequantur inuicem. Vnde neq; poterit qualitas per quale declarari. Sed possumus etiam ad hæc dicere, quòd incorporeum, quum sit una & eadem species, in multis extẽdi, ꝗ esse, potest, ubiq; eadem tota subsistens, quare si una erit qualitas, penetrãs per ea qualia, quæ simul distant, & attigua sunt, nullum inconueniens erit. Verũ si quis hanc suppositionem, tãquam alienã à Stoicorum secta, non admiserit, profectò fortius repugnandum est, ꝙ neq; ordo, neq; habitudo, neq; aduẽtitia cõiunctio, neq; aliqua alia talis connexio, producit aliquam subsistentiam ipsius qualis. Nam simile hoc est, perinde, ac diceremus ex non ente entia produci & ex nõ uiuente uiuentia. Nam uniuersaliter, in unoquoq; ea res, quę præcedit, est substantia, & non ea quæ aliñs posterius aduenit, igitur neq; quale hoc modo habebit subsistentiam, si forma est impartibilis, & unica, in his quæ distant, nõ in ipsis unita, certe nũquam existet. Eodem modo qualitas & quale se habent. Etenim quale adest ipsis participãtibus impartibiliter, ceu album quod ubiq; totum adest in corpore participante. Cum igitur una sit, & impartibilis qualitas, impartibilia quoq; continet & nunquam ponitur in ipsis seiunctis adinuicem, atq; non habentibus per se naturalem rationem, neq; qualitas, neq; quale inest. Cęterum si mihi opus est post tantos uiros, inclitosq; aliquid dubitare de ea assignatione q̃litatis, quæ tradita est, profectò talẽ modum assignationis oibus prædicamentis congruere affirmabo, atque contendam. Nam dicere possumus etiam quantitatem esse secundum quam, quanti quidem dicuntur. Item diceremus ad aliquid esse, secundum qđ aliqua dicuntur ad aliquid. Similiter & substantiam assignare poterimus, secundum quam aliqui dicuntur substãtia. Nam etsi in qualitate & quantitate aliud uocetur participatum, & aliud participans, ceu qualitas & quale, similiter etiam in substantia & in alijs prædicamentis, utrũq; uocetur, & sit participans & participatũ. Equidẽ nõ op⁹ est, ut nominũ defectu, inopiaq;, simul res pereant, sed intelligẽdum potius est, ꝙ sæpenumero nomina deficiant, et tñ res subsistãt, quarũ nomina nõ habem⁹. Cur itaq; hoc

modo in qualitate sola assignauit ipsius diffinitionem? quandoquidem nõ solum quale est nomen qualitate, sed etiam quantum quantitate, & alia similiter. Item quãuis secundũ Peripateticos qualitas & quale ubi sunt, simul in eodẽ existant, tamen etiam quantitas, & quãtum, atq; unũquodq; aliorum prædicamentorum similiter se habent. Quid ergo magis peculiare q̃litati est, ut ipsa sola inter alia p̃dicamẽta mereatur, talem assignationem? Forsitan igitur oĩs differẽtia quum sit, per participationem propriam, & characterem ingerit, & aliam speciem facit, si igitur omnis caracter & omnis forma secundum qualitatem determinatur, perspicuum est, q; etiam in alijs prædicamentis fiẽt participationes, secundum aliqualem traditionem, & receptionem. Nã id q͞d participat quantitate, & ob id quantum sit, certè id differentia alicuius caracteris, proprieuè designationis continetur, & possidetur, secundum quem caracterẽ, & quantitas ipsa, & quantum qualitate participant. Vnde si hæc uera duo sunt, meritò proprium qualitatis est, ut secundum ipsam qualia dicantur, siquidem & alia per qualitatis impertiantur, participantibus denominationem. Cæterũ Iamblicus, quum quærat causas magis intellectui consentaneas ipsius qualitatis, primò eas confutat, quę non rectè traditę sunt. Deinde una cum Aristo. philosophatus, puriores exploratioresúe cõceptus, de ipsa qualitate elucidat. Et primò eas refutat, qui secundum communitatem à nobis intellectam, ex multis & separatis abstractam, instituũt qualitatem. Nam hoc modo, ut ipsi dicunt, periculum fit, ne qualitas etiam & habitualia sine subsistẽtia sint. Nam nulla subsistentia introducitur, secundum tales notiões, & animi cõceptos. Quocirca illi qui ex Stoica secta scilicet quadam sunt, qualitates de medio auferebãt, tanquã nullo pacto aliquid commune essentiale habentes, sed solum in singularibus, & compositis existentes, affirmabant. Porrò Dicearchus eadem causa motus, concedebat animal esse, sed causam ipsius scilicet animã negabat. Similiter etiã Theopompus corpus dulce (ob hæc quę diximus) asserebat esse, sed dulcedinem amplius esse animo affirmabat. Nã minimẽ statuebant qualitates esse corporea, uel incorporea quędam, sed arbitrabatur ipsas esse, dũtaxat nudos solosq; conceptus incassum, frustraq; dictos, quum nullam subsistentiam significarent, ceu humanitatem uel equinitatem existimabant non esse, quãuis etiam nonnulli à consuetis prædicatis dicerentur ipsa denominari. Vnde in his quæ sunt secũdum communes casus, communiaq; accidẽtia corporum, & incorporeorum, producunt qualitates similiter, ceu ab ipso existimari, existimationem, & ab ipso adęquari adęquationem, & corporeo existente, corporeitatẽ. Sed mediusfidius, neq; isti rectè asserunt, quandoquidem non à casu, euentuq; prædicatorum habitus existant, ceu non, quia accidit columnas distare inter se, ob id etiam circa ipsas distantia perspicitur. Nam prædicatum dũtaxat consideratur, secundum ipsum dici, quod etiam potest considerari in his quæ non subsistunt. At qualitates quum secundum aliquam causam præexistentem prius existant, longe absunt ut prædicata consequantur. Quare ipse potiꝰ inferunt prædicata existentia, ceu prudentia inferi prudentem esse, uel secundum actum, uel quatenꝰ participatur. Vnde aduersus Democritum, & Epicurum, meritò contendũt rationibus, cur quasdã differentias circa atomos reliquũt, ceu figurarum grauedinis, grossitiei corporeitatis terminorum magnitudinis, & motus differentias, qui omittunt colorem, dulcedinem, uitam, atq; aliarum id genus rationes. Nam quum communis sit ratio ipsorum habilium, absurdum profectò est non eadem de eisdem proponere, atque tradere. Item absurdius est principalissimas uirtutes facere ut sint posterius genitę, sicut uitam, mentem, naturam, rationem, & id genus. Similiter quoq; fieri nõ potest, ut hęc à coitu, commixtioneq; multorum fiat. Nam color secũdũ Democritum, erit lege atq; arte, & alia erunt similiter ueritate, ceu sunt atomi & uacuũ. At ille qui semel entia de medio aufert, nihil habebit ponere, & ille qui recipit concéditq; aliquid sine causa, nũsquam stabit, neq; alicui sententiæ acquiescet. Nam cur magis hæc quàm cõtraria electione, honoreq; sectabitur, cum nulla definita causa moueat, ut hoc magis sentiat, quàm illud. Melius igitur est, ut ad illam suppositionem redeamus, quæ proficisci habilia ab ipso haberi affirmat, quemadmodum Academici assignantes ipsum habile, diffiniuerunt ipsum esse, quod potest haberi, qui rationem diffinitionemq; eius non ab ipsa ethymologia habilis, accipiunt. Nam tale potius probabiliter, atq; logicè dictum est, quàm re ipsa realiter. Vnde haberi species significat, quas nonnulli habere possunt. Sed cum habere multipliciter dicatur, quandoquidem partes corporis habeamus, atq; exteriora, ut agrum & domum, idcirco distinguentes partes corporis ab his, Academici apposuerunt habile quod quidem esse dicunt, quod haberi potest, ceu prudentia haberet à prudẽte, & deambulatio à deambulante, sessio ab ipso sedente. Verum cum nõnulli motus considerentur, secũdum habitus, nonnulli uerò secundum habitudines, facile resolubiles, atq; nonnulli secundum motus aliquo modo ad aliquid se habentes, uocauerunt omnes tales aliquo modo se habentes, gratia explicandę, assignandęq; doctrinæ. Vnde sicut in plus est habile quàm habitus, ita in plus est aliquo modo se habens, quàm quale, q etiam carentes id quod se habet aliquo modo in plus esse, quàm quale supponunt, quatenꝰ id quod se habet aliquo modo, extenditur etiam ad ea quæ ad aliquid aliquo modo se habent, quæ etiam complectitur & cõtinet. Sed quale in solis differentibus inuenit & manet. Alij quoq; quoddam artificium differendi insuper introduxerunt. Sed isti sua pace aberrant, quia habile haberi fatentur, & separabile ipsum supponunt, quæ inuicẽ pugnant. Deinde neq; aliq modo habeatur habile, uel quomodo adsit, uel quæ sint illæ species incorporeæ, quæ participantur per hæc insinuatur, sed inordinate, & indistinctè, omnia talia ab ipsis proferuntur. In causa autem est, quia cum reciperent subsistentiam specierum, non seruabant ipsam in primis suppositionibus, sed produxerunt eam, usq; ad ultimas species. Atqui fieri non potest, ut ea quæ primis maximẽ congruunt, extremis insint. Verum Stoici qualitates corporales corporum esse dicunt, & incorporeas incorporeorum, qui tamen falluntur, eò quod arbitrantur causas esse eiusdem substantiæ cum suis effectibus, atq; errant, q͂a supponunt communem rationem, causam esse in corporibus & incorporeis. Vnde quomodo spiritualis substantia erit corporalium qualitatum, si spiritus ipse fuerit compositus, ex pluribus constabit, ac partibilis erit habens aduentitiam unionem, quare non secundum substantiã simul uniti pōt, neq; suapte natura prima. Itaq; quomodo hoc alijs præberet continuari, uel esset aliorum continuationis causa? Sed aliorum pace Arist. opinionem de qualitate, tãquã inter omnes alias admirabilem censemus, quæ non solum qualitatem incorpoream de diuersis differentibusq; corporibus, secundum ipsam dici inuulgat, sed etiam quando q̃les ait secundum qualitates dici, cum qualitates esse rationes specificantes, qualia determinant. Equidem quãdo dicit ad esse qualitatem in ipsis qualibus, tunc ipsas qualitates in materia, & cum materia asserit, simul esse, quę quidẽ secundum se habent subsistentiam. Non enim aliquid secũdum se diceretur, quale siquidẽ ipsum, & uniuersa alia sint in materia, & non sint in seipsis, tamen præbent ipsi materiæ esse, & hoc modo separatim simul erant cum ipsa. Sed cum nõnulli quales sunt appellati, secundum qualitatem, qui particulariter secũdum unumquodq; indiuiduũ sortiti sunt, ob id etiam qualitatum ratio uenit in diuisiõe, sed cum ea quæ dicuntur, ei quod dicitur assimilãtur, & quo ad extensionem quodcõq; seipsum alijs impertitur, et quia omnis ratio est in exitu, & progressu, ideo & de diuersis dicitur. Reliquum Aristo. factiuum quod est, causa qualitatis cum ipso quali coniunxit. Vnde cum quale subsistat secundum qualitatem, qualitas simul seipsam det alijs qualibus, quæ etiam simul mouet immobilis, licet per accidẽs moueatur,

mouratur, eò ꝙ sit de numero eorum quæ mouentur, & in ipsis est. Vnde de subsistentia qualitatum ab ipso etiam alibi manifestissima diffinitio, determinata est. Vnde si quis qualitates ipsa separatas (ut Plato ideas) determinauerit, certè nulla erit ipsarū existētia. Nam quomodo habitus noster erit separatus, & participatus secundum se? Quod si ipsarum qualitatū existentia sic accipitur, ut nobis participata, & pręsens, qualibus ac isto modo se habita, ut sit de numero eorum quæ participantur, certè earum erit uera subsistentia. Nam si qualitas est secundum quam quales sum⁹, & quales secundum inexistentem qualem sumus. Nā albū dico secundum eam albedinem, quæ in ipso consideratur, profectò constat ꝙ abstracta species, siue sit albedo, siue humanitas, ꝙ qualitas non est, quandoquidem qualitas sic quoddam participatum. Vnde qualitates, non erunt rationes ipsarūmet Nam sunt rationes principaliter ipsorum qualium. Item qualitates non sunt rationes, quæ rationes alijs suapte natura dent, & sint gignitiuæ, ac genitæ à seipsis, si quidem uniuersæ sint rationes qualium. Item neq; altera maniet, sed partim pręcedit transitq; ad extra, uel incorporea est, partimq; corporea, aut alia quidē est indiuisibilis, alia uerò partibilis & diuisibilis. Nā omnes sunt rationes qualium. Item nulla est ratio habens duplices actiones. Etenim hoc modo erit secundum se aliquo modo, sed potius econtrario sit, quandoquidem qualitas sit una ratio tātum participata, & in hoc habeat esse, unde ꝙ qualitas non sit seiūcta abstractaue & imparticipata species, sed participata ratio, manifestum est. Nam ex eò ꝙ participatur Aristo. putat ipsam secundum se habere subsistentiam, cuꝰ operatiōe immobilem ipsum esse supponit, quam etiam fatetur sine organis corporalibus, ac sine omni distractione, ac sine omni motu corporali, facere omnia opera secundum se asserit, ac etiam ipsam esse diuersam à ratione, secundum formam affirmat. Nam ratio extrema est, & nihil facit, sed illa facit multa, & non est ultima Item hęc inanimata esse creditur, illa uerò habet quandam uitæ insinuationem. Item illa sine actu est, hęc uerò secundum actum intelligitur. Et forsitan Arist. dicit de proprietate secundū formam, quoniam iste character, hæc quoq; proprietas corporis aduenit, secūdum passionem. Reliqui autem alij, de omni ratione secundum qualitatem non sanè existimauerunt. Præterea forma continetur à corpore, secondum unam quāuis differētiā, qualitates autem habent quandam latitudinem, & in pluribus eædem existūt, itaq; propter easdem causas qualitas uidetur esse diuersa, à figura. Nam figuram dicimus esse magnitudinis, quæ extrinsecus terminum determinat, qualitas autem eādem proprietatem per ipsum uniuersum, quale ingerit Item figura posterior est magnitudine, quale autem præcedit magnitudinem, quæ uniuersa igitur ratio qualitatis non considerata secundum seipsam, neq; tanquā ex ꝯsideratione, neq; tanquam ex inquisitione aduenit, sed tanquam habens & præbens ea quæ habet, quæ cui aduenit esse dat, & cum habetur, efficit aliquid, atq; cum manet, omnia agit. Vnde perfecta & determinata omnibꝰ modis, nullatenus est. Nam miscetur cum imperfecto, & omnino cum indeterminato, tamen omnino ultima non est, neq; in determinata. Nā omne materiale ornat, & cura ueluti quadam ipsum ordinat, digerit, dissoluitq;, et talis ratio ad unū maximū deuenit, redigiturq;, unde siue in paruo, siue in magno, qualitatis ratio una & eadem existat, cū quantum nihil confert ad subsistentiam ipsius qualitatis, ceu quidam uidentur intelligere Platonem, sed est impartibiliter circa corpora seiuncta. Itaq; si quis tales suppositiones de qualitate supposuerit, certè à ueritate ipsa non longè aberraret, neq; ab opinione Aristo. dissentiret.

Est autem qualitas, eorum quæ multipliciter dicuntur.

Post qualitatis essentiam eiusdem diuisionem tradere Aristo. proponit, cuius etiam species (sicut aliorum generum) diuidit. Nam scientialis cognitio, ꝯsiderat unūquodq; ipsum quid sit, & species ipsius diuidit secūndum modum. Cum ergo ipse dixerit qualitatem esse de numero eorū quę multipliciter dicuntur, quoniam qua multipliciter dicunt, ęquiuoca esse uidentur concludit. qualitatem esse quoddā ęquocū & cū equocū non sit genus, quia genera uniuoca sunt, ꝗre qualitas nō diuidit in spē sicut genera, sed ī q̄tuor significata, sicut æquiuoca diuidi solent. Dicendum igitur est, atq; respondendum, ꝙ hoc uocabulum, multipliciter, multa significat. Nam communiter id quod de pluribꝰ dicitur, & ꝙ qualitercūq; multipliciter dicitur, siue propriè, siue ęquiuocè, siue uniuocè dicatur, multipliciter dicūtur, tā quam differenter dicta. Hæc igitur possunt uel secundum ipsum commune dici, tanquam de pluribus dicātur, uel magis secondum uniuocationem, ac differentiam dici, unde Aristo. subiūgendo, significat hanc diuisionem esse in species, & non in significata, quandoquidem illico in sequentibus uerbis sic dicat. Vna quidem igitur species, ubi dixit species, & non unū significatum qualitatis, ipsos habitꝰ, & dispositiones. Verum nonnullis Alexandri imitatoribꝰ, uidetur hoc quod dicitur, multipliciter, posse de qualitate propriè dici, tanquam id non huic solo generi in quo sunt habitus, & dispositiones insint, sed etiam in alijs prædicamentis inueniantur. Nam in oībus genera & species qualitatem significant, circa ea quorum sunt genera & species, sicut etiam quale circa substantiam, uel aliquod aliorū generum significat. Hoc igitur cum insinuare uelit Aristo. inquit Alexander ipsum dicere hunc in modum. Est aūt qualitas eorum quæ multipliciter dicuntur, & cum hoc dixisset Aristo. tradit Alexander ipsam diuisionem fecisse, non eius quod multipliciter dicitur, sed qualitatis quę proprie dicitur, & est tanquam genus unum de decem generibus. Verum instāt acutiores, diligentioresq; interpętes, quod non rectè dicunt genera & species esse qualitates, & qualia in decem prædicamentis. Nam substantia tātum per singula penetrat, singulisq; se ingerit, & totum cōplet esse, sed quale ubiq; post substantiam aduenit, & facit tantum ad oppositionem & proprietatem, talia naturæ. Forsitan autē qualitas dicitur multipliciter, quia species quę sunt sub ipsa, non sunt æquales, sed partim eminentiores quędā sunt, partim uerò deteriores, atq; nonnullę perfectiores, nōnullæ uerò imperfectiores, ac nonnullę consistunt in potētia, nonnullæ uerò consistunt in operatione, cum quippiā agitur, quare omnia in qualitate prius & posteriꝰ sunt, tā quā in eo quod analogum est, & quod habet primam suam potentiam multiplicatam, atq; distributam in diuersia rebꝰ, secundum remissionem suæ potentiæ. Hoc igitur modo qualitas potest dici multipliciter, quandoquidem non æqualē ordinem habitus, & potentia, passibilis qualitas, & figura habeant, sed semper descendendo diuisio ad debiliores species qualis, pedem figit, & sistit. Vnde Aristo. hoc mō ponere consueuit ea quę sunt sub quodam analogo, qood prius de uno quàm de altero dicitur, quare multipliciter dici, neq; proprie cōpetit ęquiuocis, neq; uniuocis, sed sicut ipse Aristo. in metaphysica plane dicit, multipliciter dici, cōpetere analogis sub quibus sunt ea, quorum unum ab alio proficiscetur. Nam unum multipliciter & medicatiuum. Verū ipsum multipliciter, accipi solet in ipsis ęquiuoce & uniuoce prædicatis, quāuis hoc ratò fiat. Fieri quoq; potest, ut tanquā ab uno genere hęc pluralitas qualitatum procedat, ut qualitas de ipsis uniuoce prædicetur, tamen nō ita uniuoce, ut hęc diuisio facta sit ī species, quę opposito modo diuisæ & adæquatę sint, sed semper diuisio procedit in remissiores, deterioresq; species Et hoc modo ipsum multipliciter in ipsa qualitate seruat, sed adhuc aiūt, ꝙ si una & eadem est communitas differentijs specificis cōtracta, certe illa efficit plures species, & de pluribꝰ speciebꝰ prędicatur, qua ratione multipliciter dicit, id q̄d commune est in quatuor speciebꝰ qualitatis. Sed quo ad hoc meditādū est, secumq; consideranda, doctrina inuentionis. Nam difficile est, qualitatis qualitatem inuēire. Nam neq; opus est nobis, si communem proprietatem qualitatis inuēturi sumus, differentiam differentiæ inuenire, ac dicere. Nam qualitas

est quędam differentia, itaq; oportet naturę rei cedere, atq; assentiri, & non contendere plus inuenire, ac pertractare unūquodq; quàm actum sit, perspicuum fieri, atq; manifestum. Porrò Iamblicus, causam difficultatis circa hinc aperit inquiens, quia quando materialis & partibilis rei communitatem quærimus, tum ob materiæ diuersitatem & singularū diuisionem labimur, ducimurq; ad distinctas proprietates, in quibus commune est. Nam secundum se commune, non habet subsistētiam, rursus postea ob communis conceptum, quatenus commune est uniuersale, separamus ipsum à particularibus, & tunc ipsum genus, secundum se intelligimus. Vnde intellectus simul, in contraria distrahit, & quibus iungitur, etiam ab his abstrahi abesseq; cogitur, & abstractus ab ipsis, in eisdem nihilominus manet. Nam commune sine his esse, neq; intelligi potest, ob hanc itaq; causam, difficilis est intellectio ipsius uniuersalis, & explicatio. Nam commune, differt & differentia simul cum communi subsistit, & neutrū sine altero esse potest. Vnde ratio & intellectus, cum & naturę commistæ sint, eas difficulter explicabit. Quocirca facilius eas naturas percipere solet, quæ inter se longè distant, quia ibi contendit communitatem seorsum accipere, et differentiam similiter. Commune itaq; sit horum quatuor, quod prębet rationem qualitatis. Vel enim qualitas magis & minus, uel proximè, aut eminus, uel per totum penetrans, aut superficietenus insidens uel ad pręparationem, uel ad perfectionem aduenit, et hoc modo ratio qualitatis, una communis fiet, & participatio ipsi⁹, qua dupliciter diuidetur. Verum si idipsum quęrim⁹, quæ sit qualitatis ratio, & quæ sit differentia ipsius, cōtra rationem substantiæ, profectò nondum manifestū est. Dicatur, tamen, ꝙ ratio qualitatis posterior est, ex quodā principali subsistens. Nam intellectualis, & exemplaris albedinis ratio, ubi est qualitas, non est, sed à seipsa producit eam qualitatem, quę in materia fit, quæ si etiam dicię qualitas, nihil mirum est, quandoquidem eisdem nominibus, causæ, & effectus appellari solent. Verum propriè qualitas nominatur, id quod secundo post formam aduenit, & quod substantia prius existente, compositis naturis innascitur, atque id est qualitas, quo participantia omnia, unum & idem habent esse, ob pręsentiam talis rationis, appositione igit̄ substantiæ, ratio qualitatis fit, quę semper ut accidens cōsideratur, & priuatur interdum uera substantia, atq; speciei impressio est, & imago prioris rationis, ac tāquam altera in altero aduentens, perinde ac aduentitium quoddam, & de foris aduentat participantibus. Talis itaq; ratio, secundum qualitatem propriè considerata, communis est speciebus, & participantibus ipsa. Item substantię ratio, & qualitatis diuersa sunt, quia genera quatenus genera, distant inter se, & utriusq; horū generalis ratio, omnino separata est, itaq; oportet proprias rationes in unoquoq; pręd icamento fieri communes speciebus, & his quæ differunt secundum species, quæcūq; qualia sint. Item de specie fit determinatio. Nam species per singula genera decem, conuenienter determinata est, & à qua prædicatio de singulis commodè, apteq; fit, cuius commune secundum unūquodq; pręd icamentum, congrue etiam cōuenit accipere, quare eadem determinatione oremur, etiam in ipsa qualitate, quàm determinationem fecimus de communi participatione speciei. Vnde generalem qualitatem oportet prius statui, in his pluribus speciebus, quæ sunt sub ipsa. Verum Stoici, tradunt commune qualitatis esse id, quod in corporibus facit differentiam substantię, non abstrahibilem secundum se, sed definientem, labentemq; in unum conceptum, & proprietatē non specificatam, nec robore, nec tempore, sed taliter designatum, qualitate, qua generatio qualis subsistit. Atqui si in his esse non potest commune accidens, communisq; casus corporum & incorporeorum secundum illorum rationem, profectò qualitas non erit amplius unum genus, sed aliter in corporibus, & aliter in ipsis incorporeis ipsa subsistet, & ob id sub alijs generibus collocabātur. Sed adhuc aliquod absurdius hoc dicitur, scilicet ꝙ qualitates nō habent subsistentiam, sed desinunt in unū cōceptum. Nisi fortè quia non sic dicebant in unum conceptum, & proprietatem ibi, desinereuè, perinde ac qualitas sine subsistētia sit, sed quia non poterat sic sumi secundum se, sicut substātia, sed concepta & proprietate tantum separari potest. Itē idētitas, talitasuè (ut ita dixerim) quæ ex ipsa qualitate prosiciscitur, occulta est, atq; non minus conuenit substantię, ꝙ qualitati. Nisi fortè (tale) sit proprium qualitatis, quemadmodum hoc (magis) est proprium substantiæ. Item quomodo dicunt secundum quam subsistit generatio qualis, siquidem sint qualitates eiusdem substantiæ, cum suis effectib⁹. Nisi & ipsę sint corporales, compositęq; species, sicut sunt hæ qualitates, quæ in corporibus sunt. Verum Plotin⁹ posuit potentiam esse quoddam commune qualitatis, secūdū quam id quod potest aliqua habere, est potens. Nam hoc omnibus quatuor qualitatibus congruere asserit, & quod quidem utatur potentia, & posse tanquā uno modo, quāuis hæc confutata sint, multipliciter prædicari perspicuum est. Nam unicuiq; pręd icamentorum, hoc competit. Sed illud animaduertere oportet, ne fortè in idem nostra concurrat dubitatio. Nam quærebatur, nūquid cum ipsa multipliciter dicatur, nihil sit commune qualitatibus, unde potentiam pro qualitate transmutantes, atq; accipentes, nihil pl⁹ fecisse uidemur, quā quęrere si aliqua qualitas sit communis sibi qualitatibus, siquidem æquiuocè ipsa dicatur, rursus etiam, ut difficile est inuenire commune qualitatis, itaquod sit genus potentiæ, difficile est colligi. Et forsitā sermo Plotini, uerus est, quandoquidem qualitas sit quoddā medium inter aduentitia accidētia, & substantias per se naturales, itaq; non immeritò potentię assimilatur, cum & ipsa potentia mediā naturam habeat, et cum cōmunicet quomodocūq; substantia speciei, ob id secundum unam communem rationem designatur, & cum aduētitia prædicatione participatur, ceu prædicamentum pont, & ipsius habere, ob id etiam ipsa multipliciter dicitur, sicut etiam potentia. Nam & id quod multipliciter dicitur, in ipsa, ab eadem etiam habet quoddam commune, quod subsistit cum eo, uel coordinatur inter ea quæ sunt analoga, uel inter ea quę circa idem faciunt remissionem, diminutionemuè potētię. Verūm, cum potentiarum aliæ quidem simul cum substantijs, & suis operationibus existant, & aliæ neq; cōpletiuæ substantiæ, neq; quasi partes substantiarum sint, & quæcūque non sunt specificę differentiæ, sed aduentitiæ quędam potentiæ, profectò tales qualitates potentię, uocādę sunt, quę aduenīūt substātijs, nā sicut rationale hominis cōpletiuum, & pars substantiæ est, quæ qualitas certe non uocaretur, ita neq; potentia esse, secundum qualitatem intelligeretur. Equidem pugillatiuum dicitur, qualitas & potētia, quatenus habemus aptitudines congruas ad artem pugillem, quandoquidem non sit pars hominis, neq; alteri⁹ subsistentiæ completiuum. Nam omnibus hominibus minime inest, uerūtamen rationalis alterū est physicū, naturaleuè, ꝙ quale non est, alterum uerò aduenit homini secundū acumen, & solertiam ingenij, & tale qualitas est, quare qualitates non sunt completiuæ substantiarum, quāuis qualē substantiam significare uideantur. Equidem ea quæ deforis adueniūt, corpori & animæ significantia, quendam habitum aduenientem & dispositionem, atq; formam, hęc talia qualitates sunt. Nam qualitas semper est circa subiectū specificans id quod substantiale est, cuius opere existit, & non suapte natura. Verum si qualitates asserimus aduenire substantijs indeterminate, profectò non magis qualitates dicemus esse, quàm aliquid aliorum accidentium, quod si apposuerim⁹, adiecerimusq;, ꝙ qualitas sit proxima & cōtigua substantiæ, sic itaq; tangemus ipsius qualis conceptum, itaq; qualitas erit potentia apposita substātijs, copulans quale sibi, propter cognationē post substantias, quāquā illud post substantias, nihil min⁹ indiget, cum habeat aduentitiam prędicationem. Atqui si potentia talis est (inquit Plotinus) profectò impotentię, imbecillitatesuè non erunt ampli⁹ qualitates, quod si etiam hæ sunt qualitates,

itaq;

itaq; determinatio qualitatis, non congruet omnib⁹. Sed adhuc necessarium est distinguere, quomodo dicaẽ potentia, & impotentia. Nam (ut Stoici assignant) potentia est plurium casuum, accidentiumuè delatiua, ut prudentia est ipsius prudenter incedere, prudenterq; disserere. Vnde etiã, secundum talem diffinitionem impotentiæ, sic appellatę, erunt potentię. Etenim in artificiaria scilicet artis expertia, plures casus subeunt, ac afferũt. Verum si secundum aliam Stoicorum institutionem, potentia diceretur, ea quę plurimũ casuum delatiua, & quasi dominatrix suarum operationũ, quo pacto, diffinitio Plotini, consentanea est. Nam malitia, cum sit quędam impotentia, cõtinet conuenietẽtes operationes, secundum Stoicorum diffinitiones. Item mediæ artes, quãquã deficiant à firma sua operatione, tamẽ tales sunt, in quibus id quod habet eas, potest ea exercere, quæ potest, quare tales impotentiæ, continentur in potentia, secundum qualitatẽ, quod si etiam multiplicem potentiã diuiserimus, secundũ Aristo. hoc quoq; modo Plotini diffinitio de potentia, etiam de ipsa impotentia saluabitur, cũ igitur sex modis apud ipsum potentia dicaẽ, alia quidẽ est ab eo, quod est in potentia, secundum quam dicitur esse possibile in aptitudine, ceu puer põt legere, quãdoquidem habeat idoneitatem, & aptitudinem. Itẽ alia potentia est idoneitatis, aptitudinisq; perfectio, quæ est principium mot⁹, ut is qui scit literas, potest legere, hæc autem potentia etiã actus dicitur, & respectu huius prima potentia, & impotẽtia, imperfecta erit, sub imperfecta potentia contenta. Item ab ipsa potentia factiua, & passiua, appellantur potentia, actiua quidem, quia est ab agente in alterum, passiua ueto quia est ab altero, in ipsum passum. Et tur sus potentia patiendi, erit impotentia agendi, cum ea sit impotentia patiendi. Item alio modo rursus potentiam dicit eam, secundum quam aliquis solus, uel melius quam alij quippiam efficit, ceu ambulans per quantum interualli, peragrat tantũ, quãtum alter absoluere non potest, similiter qui transnatat pelagi tantum, quantum alter transnatare non potest, cui rursus opposita quædam alia potentia est. Nã id quod potest aliquid, deterius pati, id tale dicimus habere huiusmodi potentiam, ceu dicimus hominem interire posse, unde constat ꝙ priuatio est talis potentia, & ꝙ impotentia meliorũ erit potentia, ad deteriora, immo uniuersaliter impotentia aliorum, erit potentia aliorum, unde & impotentia omnino nõ egreditur, extra rationem potentiæ sed sub ipsa continetur. Nam imperfecta, comprehenduntur in ipsis perfectis, quãdoquidem imperfecta ab ipsis habeãt causam, ut sint, itaq; impotentiæ continentur in ratione potentiæ, tãquã principalissimę, & perfectissimę potentiæ, ac penetrantis, pertingentisq; usq; ad debiliora, quocirca uirtus cognoscit scelera. Quod si hoc uerum est, qualitas ergo continebit ipsas impotẽtias, quia & propter hoc eas quæ sunt qualitercũq; potentiæ, uel impotẽtię, & priuationes, quãtum ad hoc dicuntur potentiæ, ꝗa sua opera efficiunt, cũ sint etiam ipsæ qualitates, & efficiant quales eos qui habent qualitatem, & formas indicant, quãuis ipsæ informes sint, quocirca cũ efficiunt participantes ipsis quales, meritò dicuntur qualitates, & quatenus efficiunt propria opera, dicentur potentię. Vnde cum uniuersaliter dicebantur priuatiões, in singulis prędicamentis, reduet sub eodem genere, in quo habit⁹ erant, ideo & Aristo. ait similiter, ꝙ quale dicitur esse secũdum impotentiam, sicut est quale secundum potentiam, cum dicat in textu, & simpliciter quęcũq; secundum potẽtiam naturalem, uel impotentiam, dicuntur. Atqui si potentia sex modis dicitur, secundũ quem significatum potẽtiæ dicuntur qualitates, nũquid secũdũ communem aptitudinem, secũdũ quam nosipsos esse ad omnes artes aptos, idoneosq;, quãuis eas non suscipiamus, uel secũdum quã aptitudinem Aristo. potentias numerauit inter qualitates, idest secundũ quam promotionem ex suapte natura, ad aliqua obeunda, aliquis dicitur potens, & qualis esse. Nam sobri⁹ est, qui habet multas excellentias, atq; naturales occasiones, quemadmodũ Hyppolitus ad obeunda modesta, & tẽperata, an secundum neutram harum potentiarũ, oẽa qualitatea complectuntur. Nam ipsæ sunt magis actus, ceu illę qualitates, quę sunt factiuæ, & actiuæ in alijs. Sed esto plurea sint huiusmodi, tamen nõ omnes eo modo se habẽt. Etenim geometria, sapientiaq;, qualitates sunt, sed nõ actiuę in alijs, sed solũ suapte ratione, efficiunt eos, qui secundum illas operantur speculatiuaa. Item neq; omnes potentię, sunt ipsius boni assignatiuæ, neq; omnes sunt potentię eorum, quę tardò fiunt, sed facile numerabiles. Itẽ neq; oẽa potentiæ agendi, uel patiendi, erunt qualitates, neq; enim simmitati, neq; triangulationis, neq; uniuersaliter figuris, & cõstantibus figura, inest facere eos actiuos, qui tales habent. Sed forsitan propter hoc, qualitates non adequãtur potentijs, quia proprium significatum potentiarũ, & non commune accipimus. Nam siue tenderet ad perfectionem (ut id quod habet aptitudinem) siue consideretur, cũ res perfecta est, perinde ac ipsa sit quidam actua, siue agat qppiam in alterum, ceu operatio ab habitu, qui in alio & in alio est, siue patiatur, ut motus ab alio productus, siue conferat ad perficiendum dũtaxat aliquod opus bene, siue deterius quippiam efficiat, omnino habet potentiam ad hæc uniuersa, & sic erit aliquod commune potentiæ, extensum ad omnia hæc, & hoc modo consideratum commune connexum, est cum omnibus speciebus qualitatis. Nam cõiunctum est cum habitibus permanẽtibus, atq; cum dispositionibus breuiter durantibus, & cum inchoantib⁹, pro motionibusuè apte præparatis, atq; cum his qualitatibus, quæ passiuè, uel secũdũ formam, uel figuram aduenium. Vnde communis potentia, potest tales qualitates operari, & uniuersaliter adæquatur qualitati. Nam eadem causa, quaten⁹ efficit, quales qualitas est, & quatenus operatur quales, potentia esse intelligeretur. Cæterum si aliquis dubitat, quonam pacto figura & forma circa unũquodq;, si potentia, huic respondebimus, ꝙ actiuarum potentiarum, aliæ quidem in aliqua alia extrinsecus agunt, ut caliditas in calidum, & aliæ in participantia ipsis, talia faciẽtes secundum immobilem operationem, quandoquidem & ipsa sint qualia, itaq; causam quam largiuntur ipsis ad esse, potentiã appellamus non exterius facientem, sed manentẽ in ipsis participantibus. Sed talium causarum, alia quidem tota per tota participantia penetrat, sicut albedo per totũ lac, & simpliciter ea quæcũq; uidemus qualia existentia, in singulis partibus, quędam uerò superficieten⁹, & deforis affert qualitatem sicut forma & figura, alia quidem potentia præsentem extrinsecus, & circũscribentem habet. Item erit aliqua species ultimæ potentię, quę secundum superficiem determinatam, & non per totam profunditatem extensa. Nam quanto magis à forma distat, tanto plus etiam à uirtute ipsius egreditur, itaq; etiam aquilinitas idem potest efficere, cum participantem se reddat aquilinum, similiter etiã triangulatio, triangulum efficit figura talem, qualis quidem est ipse, sed quomodo ens & substãtiæ per se sunt operationũ demonstratiuęq;? Nam constat quòd secũdũ potẽtias, nõ participatione qualitatum, tales habent potentias. Sed diceret, ꝙ qualitatis sunt potentiæ, & ob id sunt factiuę, nõ tamen primò factiuę, neq; solum facientes, quare si qualitas non est omne factiuum, tamen qualitas est aliquod factiuum. Similiter quoq; potentia, non simpliciter dicitur esse qualitas, sed quędam potentia, quare si aliqua qualitas est, etiam potentia erit, econuerso autem minimè, scilicet ꝙ isti aliqua potentia erit, non semper qualitas erit igitur ens inquantum ens, secundum se potentiam habebit, sed non qualitatis participatione, erit in potentia, quandoquidem sit quędam alia potentia simpliciter, quæ nõ est qualitas. Quocirca meritò prius acceptũ est, potentissimũ ens esse, quia principalissimam, & primam potentiam habet. Item substantiæ quęcũq; actu idem sunt, nulla indigent qualitate, quãuis potentiæ sint, qm̃ acceperunt potentiam antiquiorem ipsis, iccirco nonnullæ potentię sunt, secundum se. Nã prorsus desuper descendit potentiæ causa, procedens per omnia entia, atq; cuncta implens, & cõtinens usq; ad ulti-

ma, ceu ad priuationes desinens. Verum si secundum propriam, peculiaremq; proprietatem determinem⁹ qualitatẽ, quo modo conceptus eius cum potentiæ conceptu coniungetur, nisi quia ipsa proprietas, non repugnat potentiæ. Nã secundum proprietatem suĩpsius, unumquodq; potest facere, quæ facit. Sed dices, quomodo qualitas dicitur habere substantiam, secundum suum caracterem ac proprietatem, siquidem etiam quodlibet, prędicamentorum habeat proprium caracterem, peculiaremq; proprietatem, per q̃ subsistit, & ab alijs differt. Forsitan quia illę secundum qualitatem secundum quam inter se habent differentiam, etiam caracterem & proprietatem habent, quemadmodum etiam qualitates habent ipsam substantiam, meritò substantiæ. Nam qualitatis est proprium distinguere substantias, inter se, & proprium caracterem illis ingerere, atq; operationem circa quale, & caracterem simul extendere, sicut quãtitas circa quantum solum operatur, & substantia circa substantialem formam stat, & uersatur, sed hęc quidem ex diuersis expositorum, abundè scripta sunt. Reliquum autem opus est, ut iam ad uerba Aristo. sermonem conuertamus.

Vna quidem species qualitatis, habitus & dispositio dicantur. Differt autem habitus à dispositione, eò quod permanẽtior, & diuturnior sit, tales autem scientiæ et uirtutes. Scientia enim uidetur permanentium esse, & difficile mobilium, & si mediocriter scientiam quis accipiat, nisi magna transmutatio fiat ab ægritudine, uel aliquo alio tali. Similiter autem & uirtus, uelut iustitia & temperantia, & unumquodq; talium, non facile mobile uidetur esse, neq; facile transmutabile. Dispositiones autem dicuntur, quæ sunt facile mobilia, & cito transmutabilia, uelut caliditas, & frigiditas, & ægritudo, & sanitas, & quæcũq; alia talia disponitur, quidem enim aliqualiter secundum has homo. Cito autem transmutatur ex calido frigidus factus, & ex ualere in infirmari. Similiter autem & in alijs, nisi aliqua ipsarum harum ægritudinum existat, propter multitudinem temporis: iam naturalis facta, & immobilis, uel omnino difficile mobilis existens, quàm utiq; aliquis ubi habebit, habitum iam appellabit. Manifestum autem, quod hæc uolunt dicere habitus, quæ sunt diuturniora, & difficilius mobilia, non ualde enim obtinentes scientias. Sed facile mobiles existentes, non aiunt habitum habere, quãuis disponantur aliqualiter secundum sciẽtiã, uel deterius, uel melius. Quare differt habitus à dispositione, eo quod hic quidem facile mobilis sit, hic autem diuturnior, & difficilius mobilis. Sunt autem habitus quidem, & dispositiones, dispositiones autem non ex necessitate habitus, habentes quidem enim habitus, & disponantur aliqualiter secundum ipsos. Dispositi autem, non semper & habitus habent.

Quod quãuis qualitas dicatur multipliciter, tamen nõ æquiuocè dicatur, hoc scilicet. (Vna quidem igitur species qualitatis) indicat. Vnde si quis uult contendere ꝯtra hoc, quod qualitas sit genus, & uniuocè prędicetur, is propter ordinem eligat analogum, quod est medium inter æquiuoca & uniuoca, non solum in prędicamento qualitatis, sed etiam in alijs nouem generibus. Nam analoga neq; propriè sunt genera, neq; ut genera de his prædicantur, quæ sub ipsis sunt, cum ubiq; sit ordo priorum & posteriorum. Itaq; sicut in alijs fecit Aristo. sic etiã hoc in loco facit, ubi post descriptionem naturæ ipsarum specierum qualitatis, conuertitur à diuisionem, & tandem ad ea quæ insunt ipsis, ut proprietatis. Sed cum Aristo. tradiderit diuisionem qualitatum, per quatuor membra, quæ etiam insinuat dualem, ante quaternariam, opus est consequentem ordinem diuisionis indicare, quæ proficiscitur à binario, & ab eodẽ trahit principium, quemadmodum etiam Plato iubet pro uiribus secundum minorem numerum, diuidendum prius aliquid esse, iccirco prius dicendum est, Qualitatum alię sunt naturales, aliæ uerò aduentitiæ. Naturales æquidem adueniunt, secundum naturam, & semper internæ sunt, inditæq; rebus. Aduentitiæ uerò extrinsec⁹ ꝑficiũt, et abijci queũt. Et harum sint nonnullæ, habitus & dispositiones, quę longiore, breuioreq; tẽpore, ac facili mutatiõe, & difficili amissione differunt. Qualitatum uerò naturalium, aliæ sint secũdum potentiam, aliæ autem secundum actum, & illę qualitates secundum potentiam, sint illę quib⁹ dicimur apti idoneiq; ad efficiendum aliquid, sed earum qualitatum quæ secundum actum dicũtur, alia sit quæ in profundo agit, quę etiam dupliciter secundum qualitates passiuas dicitur. Vel enim passionis ope, aliquid sensibus ingeritur, uel eò quod qualitates adueniunt à passione, ceu dulcedo, caliditas, albedo, & id genus. Nam hæ qualitates sunt, quandoquidem meritò earum habentia qualitatem, dicantur qualia. Passiuę uero dicuntur etiam istę, quatenus sensibus ingerũt passionem, uel quatenus secundum passionem adueniunt. Nã aliquis pudore affectus, rubeus, timens, pallidusq; euadit. Item est aliud genus qualitatum scilicet earum quæ operatione in superficie sunt, ceu figura, & forma, quæ est simulachrum animati, & color, non quaten⁹ color, simpliciter. Nam illud iampridem acceptum est, sed quatenus complet figuram, & simulachrum, idem quoq; dicitur, de omnibus, quæ cum uidentur in superficie secũdum lineamenta, et descriptiones, apparent & sunt apparitiones. Sed prorsus sciẽdum est (ut etiam Iamblicus notat) q; Aristo. concedit figuram etiam esse qualitatem aduentitiam. Nam eadẽ area, aliquando fit triangulus, aliquando quadratum, ab arte transformata. Similiter etiam color, non naturalis, ceu timentium pallor. Item est quędam dispositio naturaliter, & non aduentitia, ut sanitas, & morbus. Item huiusmodi sine etiam habitus, quandoquidem natura ipsi, possideantur. Quamobrem forsitan Aristo. diuisionem in duo membra recusauit. Sed quomodo in prima diuisione, sic inquit, una quidem igitur species qualitatis, & statim in secũda dicet, alterum autem genus qualitatis. Nisi quia hæc species, & genera sunt aliarum specierum. Item cum sint uniuersaliores, & subalternæ, ob id ipsas uocat genera & species, & minime utitur uicissim alternatimq; nominibus speciei, & generis, sicut ait Alexander, quia nondum erat nota differentia ipsorum. Præterea, habitus, & dispositiones ueluti duas species differentijs specificis distinctas, intelligere nõ oportet, sicut homo, & bos distinguuntur, sed potius uelut qui nuper genitus, distinguitur ab eò qui iam matura ætate floret, qui quidem specie non differunt. Nam una et eadem ratio est in utrisq;, quandoquidem album, siue secundum habitum, siue secundum dispositionẽ, sit color disgregatiuus uisus. Item habitus, & dispositiones, inuicem non differunt numero, sicut Socrates à Platone differt nã nulla multitudo concurrens, est quę aliquid singulare efficiendo, differentiam numeralem agat, sed tempore differũt, sicut album pauco tempore differt ab albo, quod longiore tempore durat, uel quia alterum est longioris durationis, alterum uerò minime, quemadmodum ædificatio rectè firmiterq; ædificata, distinguitur ab ea quæ nuper constructa, compactaq; est. Quod uerò una sit ratio qualitatis, in utrisq;, ostendit, quandoquidem quales ab utrisq; denominentur. Cæterum ipsius habitus exemplo, adducit artes, scientias, & uirtutes, quippe quæ singulę sunt difficile mobiles, & permanentiam habent, nisi ob ęgritudinem, uel ob aliquid aliud eiusmodi, haud ob continuam ignorantiam, desidiamq; expellantur, amittanturq;. Veruntamẽ uirtutes sunt permanentia, longiores ipsis artib⁹, quandoquidem eis in omni fermè operatione utamur, & tamẽ nõ utimur artib⁹. Item, quia uirtutes in electione uersantur, atq; in eo q; est in nobis scilicet nostra facultate, potestateuè consistũt, sed artes minime in electione uersantur, uerum Aristo. in præsentia omnes artes scientias appellabit, secundum quoddã commune significatum scientia. Deinde in textu ait, scientiam esse de numero eorum quæ difficulter mouentur, & subdit dicendo, etiam si mediocriter scientiam aliquis accipiat,

ciplat, unde illud mediocriter, non significat hoc in loco id quod superficietenus scitur, & capitur, quandoquidē de tali, neq; habitua, neq; scientia sit, sed dixit (mediocriter) qa sunt, nonnullæ scientiæ, non ualde demonstratiuę, & ob id neq; propriè scientiæ sunt, sicut Plato quasdam disciplinas esse ostendit, dici itaq;, ꝙ qui callent talem scientiam, difficulter mobiles sunt. Item illud (mediocriter) dixit perinde ac dixerit, etiam si aliquia scientiam mediocrem existentē, acceperit. Forsitan etiam in scientia quædam intensio, & remissio est, quemadmodum in habitu & dispositione, unde si non ad summum aliquis scientia callet, sed mediocriter ipsam attingat, profectò ut scientiam habee, ita & difficile mobilis erit scientia, nisi magna fuit transmutatio ob ægritudiuem, uel aliquid huiusmodi alterum. Etenim non nulli grauiter ægrotantea, amiserunt sciētias, quemadmodum in Palestina apud nos, quidam præpollena liberalibꝰ disciplinis, cum iam in morbos graues incidisset, omnium oblitua fuit, cui denuo opus fuit, post recuperatam restitutamq; sanitatem, ad rudimenta grammatices redire. Item idem accedit ob aliam causam, ceu quando quispiam uerberaretur in capite, uel hauriret uenenum, huic profectò accideret omnia obliuisci, quemadmodum accidit militibus quandam herbam comedentibus, qui cum Antonino exercitua Romanorum duce, Parthos oppugnabant, ut narrauit Arianus de gestis Parthorum. Verūtamen cum illi post illud tempus denuo restituti ad suam naturam, saluati fuerunt, bibentes poculum ex uino & oleo commixtum. Nam hoc casu, forteq; auxilium inuetum fuit, contra illam affectionem. Deinde autem inquit, similiter uirtutes non esse facilè mobiles, non quia sint similiter firmę atq; difficile mobiles, sicut artes & scientia. Nam uirtutes illis sunt firmiores, tenacioresq;, sed dixit similiter, quia & hæ uirtutea nō facile mobilea sunt, quandoquidem maiorem firmitatē habeant (ut diximua) qa ubiq; requiritur usus earum, & operatio in omni loco, in omni tempore, in omni actione, atq; in omni uitæ circūstantia. Præterea, subiungit exempiū dispositionis, ponendo exempli causa caliditatem, non naturalem qualis est caliditaa ignis, sed caliditatem aduentitiā, qualis est calefactæ aquæ, similiter ponit frigiditatem, nō illam naturalem niuis, sed eam quæ aduenit tēporaliter corporibus frigidis factis, quæ etiam interdum discedit. Item ægritudo & sanitas facile mobiles sunt. Nam cito hæ trāsmutane ad cōtrarium, nisi quis temporis mora, ac longitudine in his adeo moretur, ut in natura eius sint cōuersę, qd quidem sit cum ægritudo sanari non potest, & sanitas difficulter omittatur, alioquin non dispositiones sunt, sed habitus tales congruit appellare. Quod uerò qualitates permanentes, sint habitua, fidem facit ex consuetudine. Nam qui theoremata non obtinent diu, sed facile amittunt, hi quidē fatentur se non habere habitum, quāuis disponantur, afficianturq; aliquo mō, secundum scientiam. Nam dicunt affici disponiq;, hi qui facile excidunt ab his quibus afficiebantur. Verum inquit Iamblicus, nō oportet existimare dispositionem esse genus ipsiua habitus, nam semper oportet adesse generi specificam differentiam, ad constitutionē specierum, sed modo nulla talia adest, quando non fixa qualitas, fieret fixa. Itaq; quomodo dixit, ꝙ habitꝰ sunt dispositiones, sed dispositiones non sunt per habitus? Nam hoc genera pati uidentur, ad suas speciea comparata. Verū respondet, ꝙ genera hoc patiuntur, comparata ad suas species, eò ꝙ genera dicūtur communiora, ampliorauè speciebus, sed habitus hoc modo nō sunt omnino dispositiōes, ue in plus latiorq; dicatur dispositio, quàm habitus, sed quia cum fuerit in habitu, disponitur secundum habitualem qualitatem, sed econtra dispositus secundum qualitatem, nō semper secundum habitum dispositam qualitatem habet. Sed pace Iamblici, hoc etiam modo ostenditur ꝙ dispositio in plus est, ac amplior, quam habitua. Non enim glaucedo, & simmitas primum subsisterent secundum intensionē, & tamen glauci & simmi disponuntur. itaq; nonnullę qualitates ex remissis factę sunt intensæ, ceu artium susceptiones ex remissa qualitate infixa fiunt, quædam autem neq; intensæ fiunt sed secundum trāsmutationem primò habuerūt subsistentiam, ut lac transmutatum, & non inter sum caseus, & lutum fit later, & uinum acetum, quare dispositio nō est genua. Hæc quidem igitur Iamblicus obscure scripsit, proinde Syrianua ait, prima species qualitatis est dispositio, cuius quidem aliquid partim est habitus, aliqd uerò partim dispositio, quę est ęquiuoce genus. Forsitan autem, neque communis dispositio est omnino genus, eius dispositionis, quæ habitui opponitur, sed ęquiuoca dūtaxat hæc sunt, scilicet illa communis, quæ dicitur aliquo modo id quo aliquid disponitur, & illa propria quæ duntaxat in disponendo est. Equidem aliud est aliquo modo disponi, siue permanenter, siue facile mutabiliter, & aliud est solū disponi. Vnde si dispositio erat genus illius communis, profectò ob eādem etiam debebat ipsa particularia quomodocūq; disponi, sed ista est solum facile abiicienda. Nicostratua quoq; accusat Aristo. quia cum dixisset hoc scilicet una spēs qualitatis, unam non subiunxit, sed duas scilicet habitum & dispositionem. Porrò ait sic ignorat, ꝙ una specie dispositio accipitur, sub qua ordinantur habitus & dispositio, tāquā sub quoddam communi æquiuoco, sicut sub communi iustitia particularis iustitia, & sanctitas ordinantur. Soluens Iamblicus, hoc in loco quandam dispositionem in genere & communem, & quandam in specie, asserit, quāquàm illam communem nolit esse propriè genꝰ, licet communem genus uocet. Item & alio modo Iamblicus soluens dubitationem, inquit ambo idest dispositionem, & habitum unā speciem esse, quandoquidem non habeant inter se rationea generis, & speciei, sed solo tempore, & quia facile & difficile sunt transmutabilia, differunt. Quocirca etiam in eadem specie considerantur, & una altera non est pręstantior, & amplior, quo etiam in loco Iamblicus ad memoriam reuocat, uniuersalem determinationem, quam Aristo. determinauit, quando uicissitudo alteratio, mutatioq; in aliam speciem facta transit, & tunc in una fit translatio, ubi diuersitates quæ secundum corpus, & materiam fiunt, non assumit secum specificarum differentiarum, sed eas diuersitates, quæ secundum rationem tantum sunt, assumit, in permutationem uicissitudinemq; specierū. Quo circa, mas, & fœmina quāuis non exiguam inter se habeant differentiā, sm̄ a tas operationes & generationes, tamen ea non uult differe secundum speciem, neq; album hominem à nigro, neq; si secundum tempus fiat aliqua differentia, ceu si quidem in montibus habitantea longiori ætate uiuerent, sicut dicūtur hi qui summitates montium incolunt, uel hi qui in paludibus degunt, breuiori ætate. Nam uariatio secūdum tēpua, non mutat speciem hominum, sed manet eadem species, cōtinena differentias temporis, unde in habitu & dispositione, intensio & remissio, cum materiales sint, non faciūt differentiam secundum speciem, nam indeterminatio ipsiua magis, & minus, à materia oritur, & extensio cōtractioq;, secundum tempus, potius ad aliquid aliud se habēt, quàm ad efficiendam speciem. Nam differentiam specificat, nō efficit tempus, neq; complet exitum, ortumq; speciei, sed dūtaxat ipsi seruit ad uitæ prærogationem, & durationē. Atq; sit textus Aristo. qui prius adductus est, recte ac diligenter examinetur, profectò soluit dubitationem. Nam in textu non dixit unum genus, sed dixit una quidem species qualitatia, dicuntur habitus & dispositio. Item dicebat, secūdū copulationem hoc modo, habitus & dispositio, perinde ac una species ambo essent, & non ueluti oppositæ species in alteram speciem. Item tertiò nusquam mentionem facit de dispositione, ut ipsa dupliciter dicatur scilicet generaliter & specialiter. Nam minime nata est uariatio temporis remissi & pauci, facere genus, quare hoc modo dispositio genꝰ esse, putanda non erit. Vltimo cum assignat differentias ipsorum ex mansione & longiori tempore, profectò ipsa designat oppositis nonnullis differentijs, quas specificas differentias esse non uult. Verum dicit Iamblicꝰ, ꝙ si quis à nobis diffinitiones dispositionis eius, quæ est uelut genus, &

diſpoſitionis quæ eſt ut ſpecies, requirat, non ſicut habem⁹ in iuſtitia aſsignare aliam rationẽ iuſtitiæ, quæ eſt genus, & aliam iuſtitiæ quæ eſt ut ſpecies, ita habebimus dicere differentiam, in his, quandoq; neq; illud pauci temporis, neque illud facile mobile competit diſpoſitioni, poſsit eſſe genus diuturnioris, & difficili mobilis. Neq; aliquod aliud ſignificatum, poſſumus fingere, quod æque extendatur cum illo, quod eſt pauci temporis, & cũ eo quod eſt diuturnioris. Sed hæc animaduertenda eſſe exiſtimo, primò quidem ꝙ & ſi aliqua ſit diſpoſitio tãquam genus, tum non erit illa quæ eſt pauci temporis, ſed alia erit quæ communiter ſecũdum diſpoſitionem, quomodocũq; in ambobus ſcilicet habitu & diſpoſitione conſideratur. Deinde. quia illud q͛d quomodocũq; diſponitur, profectò illud erit commune illi, quod permanenter durat, & illi quod facile transmutatur, ſicut diſtributio honoris et dignitatis, quædam eſt ſimpliciter communis congregationi hominum, & deorum, multitudini, quarum eam quę ad homines ſpectat, iuſtitiã ſpecialiter uocamus, & eam quæ ad deos attinet, appellamus ſanctitatem. Item Iamblicus hæc adiecit, ꝙ alia quidem eſt ratio diſpoſitionis qualem Ariſto. in metaphyſica innuit, & poteſt communiter determinari, & alia eſt hæc, quæ competit diſpoſitioni, quatenus ſpecies eſt. Verum ſi quis differentias diſtinguat, ſecundum tẽpus ſolum is profectò debet ſecundum hoc etiam generale ipſarum identitatem inuenire, quòd quidem fieri non poteſt nam quæ eſſet illa communitas, quæ inueniretur eſſe communia pauco tempori, & diuturno, atq; ut generalis ſpecierũ, quæ ſit ſecundum ipſam ſolum temporis proprietatem, & ſecundũ conſtitutionem qualis, exiſtentis in ipſo? Deinde quærit Alexan. quomodo differant hæc, diſpoſitio & habitus, ab his quæ poſterius uocabit paſsiones, & paſsibiles qualitates? Nam caliditas quando facile tranſmutabilis eſt, dicit ipſam eſſe paſsionem, & nunc id quod facile tranſmutabile eſt, uocat diſpoſitionem. Similiter paſsiones diuturniores, inquit fieri paſsibiles qualitates, & nunc diuturniora, & difficile mobilia uocat habit⁹, igitur quomodo differũt iſti habitus & diſpoſitiones, ab illis quæ paſsibilibus qualitatibus, & paſsionibus? Vnde ſoluendo hanc quęſtionẽ, ait Alexan ꝙ forſitan habitus & diſpoſitio in qualitatib⁹ animę, quęcũq; ſunt aduentitię, & extrinſecus, ac per doctrinam fiunt, in hac ſpecie qualitatis ordinantur. Sed cũ Alexãdro proponebant pro inſtantia exempla quę Ariſt. ponit, ſcilicet exempla caliditatis, frigiditatis, & ægritudinis, & ſanitatis, quæ non ſunt animæ diſpoſitiones, uel habitus, tum reſpondebat, Alexander Ariſt. uſum fuiſſe communib⁹ exemplis, uel dixit caliditatem, ac ſi diceret, ceu ut caliditas. Nam ſicut hęc facile tranſmutabilia ſunt, ſic etiã & diſpoſitio. Atqui poſteriores expoſitores hanc ſolutionem confutant, & primo mirantur quomodo Alexãder determinet quoſdam proprios habitus & diſpoſitiones animarum, eſſe, diſſentiendo ab Ariſto. & non efficiat ipſas eſſe communes habenti. Deinde quomodo & non intelligit habitus, & diſpoſitiones eſſe in corpore, præſertim cũ aliquę differentiæ ſpecificæ ſecundum corpus fiunt, ſicut album niuis eſt completiuum, eius rationis, & in ipſa albedine habitum ingerit. Niſi forte oporteat habitum eſſe aduẽtitium, & non connaturalem, quo pacto erit habitus ſecundum album, diſpoſitio lini albi permanenter. Præterea aiũt etiam exempla Ariſto. uiolentiam pati, ſi proprie dicuntur & examinentur, atq; dicunt, non proprie dici in auſcultatorijs libris, ubi docendi ſunt. Iuuenes. Item Alexander euertit expoſitionem, exiſtimando quòd cum dicit Ariſto. ceu caliditas, perinde ac dixerit, uelut ut caliditas, quoniam ſicut hæc ſunt facile mobilia, ita & diſpoſitiões in anima, facile mobiles accipimus. Nam in promptu hæc habent cõfutationem, quandoquidem & in habitibus quos ipſe fatetur eſſe animæ, ſic dicat uelũt ruſticitas, itaq; neq; oportet, ut hęc determinentur, ſicut eorum quę ſunt in corporibus, ut quæ facile ſunt mobilia, paſsiones ſint, & quæ difficile mobilia, paſsibiles qualitates, & earum qualitatum quę ſunt in anima, aduentitiæ illæ, quæ ſunt faciles mobiles, diſpoſitiones ſint, & quæ difficulter mobiles, habitus eſſe dicunt, quia hoc modo rationem ipſius qualitatis, quatenus qualitas, non diuidimus in ſpecies, ſed faciemus ipſarum differẽtiam, pœnes ea quæ in ſuis ſubiectis ſunt, & fiunt. Itaq; potius dicendum eſt, ꝙ affectio, paſsioq; deſignatur proprie per motum, alterationem, & mutationem, et ſimiliter paſsibilis qualitas, quando mot⁹ paſsiuus fuerit difficulter mutabilis ſcilicet quando difficulter amitteretur. Et quum termino, extremoq; ſpeciei continetur, & ſeiungitur, prorſus ab ipſa enormitate irregularitateq; ac uariatiõe ſecundum motum, tum ſit diſpoſitio, nam uia tum motus alius, & paſsiuus eſt ad ratiõem, ſed quum ad formam peruenerit, & ſteterit, atq; quieuerit, tum patiens, & alteratũ erit. Eodem igitur modo ſe habet caliditas, quæ quando alterat, uidetur eſſe paſsio uel paſsibilis qualitas, ſed quando ſteterit ſecundum formam, ſpeciemq; caliditatis, uel frigiditatis, tum erit definita ſpecies diſpoſitionis. Quo etiam modo, accidit ſecundum eandem rationem qualitatis fieri differentiam, & non ſecundum aliquas appoſitiones extrinſecus ipſorum recipientium, quę qualitati minimè congruũt. Verum cum paſsionum, affectionumq; animę naturalium, nonnullæ ſint paſsiones, nonnullæ uerò paſsiuæ qualitates (ut ipſe dicet) itaq; non decet has ſpecies qualitatis ab anima ſecernere, & alienare, & eas transferre ad corpus, igitur infrigidatio ad tãtũdem gradus eſt diſpoſitio, ſimiliter etiã habitus eſt qui latior & diuturnior eſt, ſed paſsiua qualitas, eſt frigidum, & non infrigidatio, immo cõtrarium accidit, ſecundum hanc rationem, ſicut ueritas ſe habet. Nam infrigidatio, & calefactio, uerſantur potius in motu, ſed frigidum, & calidũ ſtant in ſpeciebus, itaq; infrigidatio nõ eſt paſsiua qualitas, ſed dicitur eſſe affectio eius, quod alteratur & patitur, neq; frigiditas eſt ipſa paſsio, quæ fit, ſed id quod iam factum eſt. Porphyrius uerò ait, ꝙ temporalis calefactio, habens paſsionem, forte eadem erit cum diſpoſitione, uel erit habentes corporis inducentis in alio calefactionem, erit diſpoſitio, ſed eius quod hoc modo calefit, tanquam non potentis aliud calefaceret, erit paſsio temporalis. & calefactio non diuturna, quare paſsionis intenſio, eſt diſpoſitio, quæ etiam erit paſsibilis qualitas, & intẽſio diſpoſitionis fit habitus, et maxime paſsibilis qualitas. Verum ſi quidem obiurgant diuiſionem, quia non efficit unũ eſſe multa, quod quidem oportebat, ſed multa confert, & colligit in unum, atq; habitum & diſpoſitionem unam ſpeciem eſſe ponit, quia partim intẽditur, & partim remittitur, manens in eadem proprietate, qui etiam dicunt fieri poſſe, ut nihil uetet ea quæ differunt ſpecifice habere aliquam differentiam, ſecundum magis & minus, cuius rei exemplum adducunt, de accuſatiõe iræ & furore, quæ Theophraſtus tradidit in libro qui inſcribitur de paſsionibus, habere differentiam ſecundum magis & minus, & non eiuſdem ſpeciei. Similiter quoq; amicitia, & beneuolentia intenditur, et remittitur, & utraq; illarum eſt alia ſpecies. Item crudelitas, & feritas, ad iram ac amor & concupiſcentia eodẽ modo differunt, atq; uniuerſaliter illæ uulgatiores affectiones intenſæ quæ in aliam ſpeciem tranſmutantur. Si igitur hęc dicunt, reſpondendum eſt eis quòd ſi magis & minus fuerit ſecundum determinationem materiæ, quomodo erunt ſpecificæ differentiæ, cum extenſio materię ſecundum nil aliud ſubſiſtat? Nam ſi eſſet aliquid aliud, differens ſecundum ſpeciem conſideratam, profectò ex illo magis diſtinguerectur, & non ſolum ſecundum magis & minus, quare quando etiam magis et minus dicerentur, de paſsionibus, tanquam de materialibus naturis dicerentur, quandoquidem mutationes ſint irrationalium euerſionum, ceu totum hoc dicitur cubitus iniuſtus, non quia cubitus ſeorſum dicatur, & iniuſtus. Vnde hic quoq; inordinatę & materialis naturæ eſt differentia, & non proprie, & ſecũdum ſpeciẽ. Nam ſicut quædam communitates in ſeipſis conſeruãt diſtinctionem ſpecierum, ceu illa dextri & ſiniſtri, ſic etiã differentiæ ſunt in eadem ſpecie manentes, ſicut differẽtię illę

quæ

quæ sm magis & minus habentur. Sed Plotinus his oppugnādo, dubitat & dicit, si cōmune est omni qualitati ut habeat characterem, proprietatēq; suam extra substantiā, atq; ut aduenit post substantiam, ad efficiendū aliquo modo subiectum. Cur habit⁹ & dispositio plures qualitatis spēs numerantur? Nam alterius est differentia ipsum permanere, & nō permanere, & non ipsius qualitatis, quandoquidem qualitercūq; se habens dispositio, ad efficiēdum quale sufficit. Vnde illud scilicet permanēter manere, extriosecum est, quandoquidem illud permanere, difficilterq; mobile, ac contineri in eadem specie, sit peculiare substantijs, uel rationis substantiæ per Iouem aliquo mō, non etiam in qualitatibus differentia qualitatis secūdū hęc efficiat speciem, cum habeat in una specie quandam differentiam ad seipsam, & non circa aliquam superfluam additionē, nam neq; habitus à quouis differens, pręter dispositionem per manentior fit, sed cum transmutatus, quadam permanente & indissolubili uirtute subsistet. quod quidem non est appositio alicuius specificæ uarietatis, sed est propria differentia perfectionis eiusdem speciei, non quia imperfectæ sunt dispositiones, sed quia etiam ipsæ habent talem propriam perfectionem, quæ conuenit cum perfectione eiusdem speciei. Nam hæc partim fiunt secundum dispositionem, partim uerò secundum habitum. Etenim neq; in eodē penitus habitus, manet cum dispositione, quandoquidem non sit altus ab ipsa, neq; penitus distat. Non enim habit⁹ erat dispositio cum additione, sed aliquo modo idem erat cum dispositione, quo pacto ea nō sont quę sunt iam in eadem specie manentes, differentijs distincta. Sed aiunt, cur prius habitū & dispositionem ordinauit, inter es quę sunt ad aliquid, & nunc eadem in qualitate locat, nisi illud uerum sit, quod sæpe dictum est scilicet q nihil prohibet, ue idem secundū aliud & aliud, sub alio atq; alio prędicameto ordinetur, & maxime sub ipso prædicamēto ad aliqd, et non sub aliquo alio prędicamēto, qnqdē ipsa ad aliqd nō fiot per se, sed in alijs prędicamētis subsistant. Deinde qui dam obiurgant Aristo. quippe qui ordinat dispositionem cū eo quod dicitur esse breuis temporis, qui etiā adducūt in medio ipsam consuetudinem, tāquā significantem diuturnum tempus, quemadmodum ipse Aristo. restē adducebat cōsuetudinem, ad cōprobationē eorū quæ insunt habitui. Nā cōsueuimus dicere in tenacissimis odijs, atq; inualidissimis morbis, quod affectio & dispositio iam facta est. Sed consuetudo quidem recusanda est, quando quidem in cūctis non sequatur ueritatē. Quocirca in quibus ipsa attingit ueritatem, in his solis eam adduci testem cōsentaneū est. Proinde dispositionem, pro habitu suscipere consueuimus, quoniam hæc in eadem speciem coordinata sunt. Eq. dem dispositio insinuat quandam positionem secundū speciem, habitus uerò indicat actum habēris uel habiti, et propter hoc dispositio facile est transmutabilis, & habit⁹ difficulter dissolubilis. Verum Eudorus obijcere huic nititur, quia cum dixerit Aristo. facile mobile esse propriū dispositionis, rursus inquit, siquidem species habitus et dispositio nis, ubi non erit proprium amplius dispositionis illud scilicet facile mobilis, quandoquidem etiam habitus sit facile mobilis. Etenim si propriū est animali rationale, profectò, canis non erit animal cum sit irrationalis. Item si omnis habitus, & dispositio, & nulla dispositio est habitus, quomodo non concludet habitus non esse habitus? Ad hoc itaq; dicendū est, q Arist. non dicit omnis dispositionis propriū illud scilicet facile mobilis, quādoquidem sit quędam dispositio generalis, & quędam specialis, & huic quę specialis est, facile mobile est proprium, generali uerò competit utrūq;, scilicet facile mobile & difficile mobile. Equidem hęc uidentur habere quandam rationem, si quis arbitretur dispositionem esse genus, uel saltem ut genus, sed si quis dispositionem posuerit, tanquam uniuersi habitus partem, ac ipsam uelut remissiorem affirmauerit, hoc quoq; modo habitus erit dispositio, tanquam continens dispositionem in seipsa. Nam dicimus etiam secundum uirtutes disponi, quā uis sit habitus. Cęterum quia ad ueritatem plurimum conferre solet, significatorum distinctio, proinde oportet hæc etiam distinguere, quę quandam habēt dubitationem. Vnde cum duplicitet ab ipso uit? dicatur, una quidem impetfecta, quæ solum ratione uel consuetudine, uel natura præparata est ad aliquid rectè consequendum. Equidem sola ratione dico, ceu quādo scimus id quod opportunum est, & id scite, neq; assueti, neq; apti sumus. Proinde ea quę Medeæ sunt, loquimur.

Et addisco qualia sim praua factura,

Ita autem melior est meis consilijs.

Alia autem perfecta est, quę ex tribus his orta est, quę difficilis mobilis, nunc appellatur perfecta, & ex omnib⁹ emanans. Rursus cum quędam propria, dicatur scientia rerum, qua rerum certam notitiam habemus, & altera sit communior hac, quæ etiā de omni arte dicitur, imprę̄sentia ea scietia dicta est quæ ad omnes artes extenditur. Item cum duplicitet dicat̄ caliditas, una quidem naturalis, & altera aduenticia, hoc in loco uocat eam caliditatem facile mobilem, quę est aduentitia. Similitet cum duplex sit frigiditas, sumenda est hic ea frigiditas, quę aduentitia est, & nō con naturalis. Quocirca neq; ignis caliditatem, neq; niuis frigiditatem, sed aquę uel alterius corporis transmutationem, quo ad utraq; hęc Aristo. dicere existimabimus. Præterea dignum est animaduertere Stoicorum, circa hæc nomina consuetudinem. Nam uidentur quibusdam eorum nonnulli existimare, ecōtrarium q Arist. sentit, scilicet dispositionē esse habitū lōge pmanētiorem, sed hoc habet occasionē talis suspitionis, quā quā non sit apud Stoicos dispositiōis & habitus accepta differentia, secundum quod permanentiora uel minus pmanentiora sunt, sed secundum alias dispositiones. Nam aiunt, habitus intendi ac remitti posse, sed negant dispositiones insensibiles ac remissibiles esse. Vnde aiunt rectitudinem uirgę, quā quā transmutabilis facile sit, quia flecti potest, iccirco illam esse dispositionem aiūt, quę tamen rectitudo, nec remissa, nec intēsa sit, neq; habet magis & minus, quibus de causis aiunt eam esse dispositionē. Eodem quoq; modo uirtutes, & dispositiones esse asserūt, non secundum proprietatem permanentiæ, sed quia non possunt intendi, neq; suscipere magis & minus, sed artes cū sint difficile mobiles, dispositiones esse negant. Verūtamen uidentur habitum considerare in latitudinem speciei, & dispositionem in fine latitudinis, & speciei, atq; in eo maxime, quod siue moueatur, & transmutetur, sit rectitudo uirgæ, siue etiam non transmutetē, disponi afficiq; dicitur. Sed potius illud animaduertēdum erat, quòd habitudo à Stoicis cōcessa, nō sit eadē cū dispositiōe q̄ tradit Arist. scdm facile dissolubile, & difficulter dissolubile ab habitu differēs, sed neq; hoc mō cōsentiunt. Nā Arist. nō firmam sanitatē dispositionem esse inquit, sed Stoici qualitercūq; se habeat sanitas, non concedūt ipsam esse habitudinem. Nam aiūt, habitus esse proprium ferre, nā habitudines concedūt designari, peculiares q; fieri, aduētitijs constitutionibus, habitus autem ex suis operationibus. Vñ neq; tēporis lōgitudine, uel ualitudine apud Stoicos habitus specificant, sed quadam proprietate, & caractere. Et quemadmodum radicitus firmata magis, & minus dicant̄, radicit⁹ firmati, quāuis unam proprietatem cōmunē habeāt, ut terre firmiter adherens, sic etiā idem habitus, in his quę sunt difficulter, & facile mobilis considerāt. Nā protsus cū plura sint qua lia genere, certe illud proprium absolutū retinēt, q̄ specificant, ceu uinū austerū, & amigdala amata, & canis tabiosus, catel⁹ deliciosus, qb⁹ oib⁹ inest generalis caracter, q qui cōsistit in his, breuiter & remisse, & quantū in his rationibus, quę habitui immanēt, sunt in una pstitutiōe, sic illud facile mobile, sępe ex alia cā hn̄t. Proinde Stoici extēduot habit⁹ cōmuni⁹, ēt ad dispositiōes, q̄s dicit Arist. esse facile mobiles, q̄s ēt plurimū differre ab habitudine putāt. Nā recuperantis sanitatē habit⁹ à sessione, & procinctu ad mouēdū, atq; ab eiusmodi habitudinibus, prorsus differt. Nam quędā sine radice, atq; fixę nō sunt, quas etiā ita subsiste-

re tradunt, ut dimissæ permaneant tandiu, quantū sibi ipsis suapte ratione possunt permanentiam exhibere, atq; præstare. Proin & apud Stoicos, neq; habitudo qualitercūq; difficile, solubilis, dicitur habitus. Nam si extrinsecus hēt hoc, quod dicitur difficile solubile, quemadmodum cum annulus cum in digito existit, non esset in habitu talis constitutionis, sed si suapte operatione traderet talem existentiam, tunc esset in habitu, sicut lutum quando transmutatur in testam. Nam ipse seipso, talis testa sit. Sed hæc quidem hūc in modū narrata sint. Cæterum illud quod altiore indiget contēplatione in his, illud est, nūquid habitus non sit quippiam aliud à dispositione, nisi ei competet permanentia, & difficilis motio. Proinde quid est hoc, quod assummit, nūquid est differentiæ, uel talis habitudinis appositio, uel quędam alia qualiscūq; excellentia? Nam si illud qđ assumptū erat, est specifica differentia, pfectò habitus sit diuersa species à dispositione & nō amplius habitus, & dispositio in eadem specie erunt si uerò illud quod appositum est, nuda habitudo fuerit, uel qualiscūq; abundantia excellentiauè, ut hoc modo opinio procedat, certè etiam in tali adiectiōe aliter sit permsoētta, & nō scđm proprietatem rationis, in est habitus. Forsitan itaq; in latitudine unius speciei, rationes habitus, & dispositionis hōtes differētias in seipsis specificas, & cōtentas, ab eadem specie considerentur, nā una species cōplectit in seipsa habitus & dispositionis differentias, cuius rei causa est puritas, & immaterialis natura specierū, propter quam sine mixtione, & purę multæ species in una sæpenumero continentur, & non solum intelligenda est ea differētia, quæ sit pœnes magna, sed etiam illa diuersitas essendi, quæ sit pœnes ipsum minimum, itaq; nec intensio, nec mutatio sumenda est, propter quam habit⁹ à dispositione ortum trahat. Nā neq; ex intēsione, neq; scđm mutationē cōnata est pullulare, atq; prodire, nā magis principale, ac magis causa est ipsum immobile, quàm id quod mouet, atq; id quod est similis cōmēsurationi unī⁹, quàm id quod defertur in ipsam indeterminationē, sineq; materię, qua de causa eos etiā confutabimus, qui asserunt fixū, & nō fixum afferenda esse ad distinctionem habit⁹ & dispositionis. Nam hi faciunt corporalem specierum doctrinam, & ſm transmutationem per habitū esse efficiūt, quo pacto transmutatio erit principalior ipsa specie, firmaq; stāre, qđ quidē protsus fieri nō pōt. Simił ob eandem cām, neq; dignum est recensere, tueriq; id quod diuturnius, & quod citius transit inter tales differentias, quia temp⁹ qdē simul fertur cum motu, q non habet in seipso potestatem proprietatis spētum, immo magis mot⁹ determinat p ipsam formā, & speciē. At si quis diceret, q potentia pexistens ad continēdum habeat perfectiorem cōtinuationem cū cōstitutione permanentię, atq; stabilitatem scđm tēpus Forsitan aliqs respondebit, illud quod est cōueniens suppositioni qualitatum. Vnde illud quod nūc dicitur principaliter in motu tēporaneo, cum quidam assignent hoc mō differētiā habit⁹, & dispositionis, nequaquā fide dignū est, neq; est uerus sermo. Nam is ecōtrario rerū naturā cōuertit, itaq; neq; imperfectū & perfectū, siquis hæc ad distinctionē ipsorū esse assumeret, tanquā pximā & indubitabilē hñt differētiā, qm̄ nihil in rationibus imperfectum cōsideratur, secundū proprium uniuscuiusq; ordinem. Nam completur ipsa, iuxta cōmensurationem potentiæ, quā unaquęq; ipsorum accœpit. Forsitan igitur oportet tales differentias trāsferre, ad ea quę participant rationibus & ad cōposita, quandoquidem hæc secundum defectum propriæ naturæ mixta perfectè efficiant eadem imperfecta, ac ea quæ determinata sunt, incommensurata esse, & deniq; ea quæ stant mota ad intensionem uideri, itaq; protsus determinandum est, q oportet rationem participatam pure secundum se considerari, quāuis alteri insit, igitur inquirendum est diligenter, quæ sit illa quæ secundum rationem speciei, & quæ secundum naturam materialis subiecti, ac ea quæ secundum id quod commune est, ex his ambobus in composito, nam sic maxime non cōfunditur specierum puritas, quam pars sit comprehendere rationem, secundum se. Vnde ex hic etiam alia manifesta fiunt scilicet q habitus nō sit ea dispositio, quæ assumpsit permanentiam, neq; q eadem sanitas in recuperante (cum sit facile mobilis) sit dispositio, sed quod firmata & difficile mobilis, sit habitus, nam denuo has cōpositorum & participantium proprietates transferim⁹ ad simplicissimas species qualitatum, & in ipsis facimus generationes, per motum uariatas, sed talis terminatio subitam ipsarum pręsentiam, quando affuerint, & absentiam quando non aduenerint, nō poterit seruare, neq; siquis totum, & partem in ipsis acceperit, ueritatem assignet, nā minime dixit, q in ipsis sint tales differentiæ, nam quō earum differentia potest in ipsis impartibilibus considerari. Vnde forsitā uariatio ipsorū ſm se ɔsideratur, meritò partibiliū & participatorū, quę non possunt indiuisibilitatē ipsorū indiuisibiliter suscipere Vnde rectè Architas ponēdo habitū esse speciem qualitatis, cōtentus est isto, & non copulauit dispositionem cum ipso, neq; habitum & dispositionem uelut duo numerauit, neq; tanquam ea sub eodem ordine speciei collocauit, sicut his dicebamus, neq; eadem posuit tanquā ea quę differunt, sed ipse potius adhesit identitatis speciei affirmans habitum, & dispositionem esse unam speciē. Atqui neq; Aristo. & aliī positioni dissentiunt, uerūtamen apponit quandam explicationem, et ostendit multitudinē quæ est in uno istorum scilicet habit⁹ & dispositionis. ubi ait dispositionem dici de illo quod haber partes secundum ordinem in loco, siue potentiæ, siue secundum speciem sit in eo. Nam positionem quandam significat, sicut etiam nomē dispositionis significat, itaq; his dictis, in unum omnes differentes positionis corporales, tanquā secundum locū hoc modo disponantur, & eas positiones quæ in præparatione, & aptitudine tanquā secūdū potentiam positionem suscipientes, & deniq; perfectos habitus; tanquam secundum speciem determinantes positionem, cōplectamur. Vnde apud ipsum, habitus, uno modo dicitur habentis, & habiti, & sicut qui haber actus, sicut actio agentis, et ei⁹ quod fit est actus, & quoddam intermedium, sic etiam illius qui uestit, & habentis uestem, habitus est quodam intermediū, sine differentia intellectum, consideratumq;. Quocirca habitus iste non est qualitas, sed est in alio prædicamento scilicet in prædicamento habere, alio quoq; modo, habit⁹ dicitur dispositio permanens. secundū quā bene uel male dispositum afficitur, siue secūdū se, siue ad aliud dicatur, sicut sanitas est habitus. Nam illud uerbū dispositio pmansiua, indicat differentiam propter quam habitus dicitur qualitas, & quęcunq; para talis dispositionis habitus. Quocirca uirtus etiam partium, est quidam habitus. Vnde etiam in uno, multæ considerantur diuersitates. Nam illæ distinctiones quæ prius dictę fuerunt de dispositione, eædē etiā obseruantur in ipsi habitibus, quibus etiam apponitur id, scilicet quæ secundum actum perfectè ac bene considerantur, & quæ secundum se, & ad aliud simul ostenduntur. Similiter quoq; sic continētur in ratione habitus, atq; habit⁹ & dispositiones multiformiter cōsiderata, sub una ratione perfectissima qualitatis continentur, quia illa in se continet ista, attamen qualitas ob id non est ponenda quędam intellectualis species, uel unum genus entis, quādoqdē nō sit inter prima genera, sed qualitas est in eo, qđ uerè est. Itē neq; ipsa est ens, sicut & alia intellectualia genera sunt, sed ipsa est posterior, & post substātia subsistit. Eqdē op⁹ est ei substātię, q uera est, hēre hęc quę ɔsequūtur illā, qñqdē sic ipsis prior, & ex his subsistētiā nō habeat, neq; p ea ɔpleat alioquin substātia esset posterior, qlitate. Neq; fortè icōueniēs est, aliq substātiā cōpleri p qualitatē ex ipsis, & eadē esse modo, ipsa habeat substantiā, ante qualitatē, sed illud quod aduēit extrinsecus, talē substantiam habere nō dicit, quando habet substātiale esse, Itaq; quidā non rectè quęrunt, an qualitatēs quę hic & ibi sunt, sub uno genere collocari debeant. Nam protsus ea quę ibi sunt, qualitates nō sunt, sed oia sunt substantię in ipso ente, quādoqdē qualitates secundum participatiōe qualitatum in materia cōsiderantur.

derantur. Sed nonnulli aiunt, si habitus q̄di communiter intelligitur, prędicaretur de illa substantia & de hac, uel habitus iste, aut aliter diceretur habitus, cum prædicaretur de hac substantia, & non de illa. Dicetem itaq; illum habitū intellectualem, non esse assimilādum his habitibus q̄ sunt hic, sed magis simplicibus & immixtis spectebus, quas intellectus in seipso continet, sicut etiā alia est sapientia, quę est ipsius intellectus, & alia quæ est ipsius animæ. Equidē sapientia quæ in anima est, habitus est, sed sapientia quæ est in intellectu, substantia est. Proinde non est quęrēdū, si aliquod quale sit commune, hic & ibi uniuocū. Nam omnia illa quia sunt separata, & per se sufficiētia, ac suapte natura, & per se nullius rei participatione entia, propter quod etiam uere entia dūtaxat appellantur. Itaq; nullum quale his corporeis rebus, & illis diuinis, commune erit. Sed de his satis disputatum sit. Reliquum ad sequentes, qualitatis species, transeundum est.

Alterum autem genus qualitatis, secundum quod pugilles, uel cursores, uel salubres, uel ægritudinales dicimus, & simpliciter quæcūq; secundum potentiam naturalem uel impotentiam dicuntur, non enim in disponi aliqualiter unūquodq; talium dicitur, sed magis in habere potentiam naturalem, uel impotētia faciendi aliquid de facili, uel nihil patiēdi, puta pugilles, uel cursiui dicuntur, non in disponi aliqualiter, sed in habendo potētiam naturalem uel impotentiam faciendi aliquid, de facili. Salubres autem dicuntur in habendo potentiam naturalem, nihil patiendi à contingentibus de facili. Egritudinales autem in habēdo impotentiam nihil patiendi, à contingentibus de facili naturalem. Similiter autem in his, durū, & molle, se habent, durum quidem enim dicitur in habendo potentiam, ut non de facili diuidatur. Molle autem in habendo impotentiam eiusdem huius.

Transiuit iam ad secundam speciem qualitatis, quę secūdum potentiam & aptitudinem uelut ipse inquit, sc̄dm naturalem potentiam, uel impotentiam dicitur, nam cum potētia multa significet (ut prius diximus) nūc autem significat naturalem aptitudinem, quæ etiam dupliciter dicitur, quandoquidem una simpliciter dicatur, altera uerò consideretur secundum promotionem secundū quàm aptitudo iam perspicua, & parata est, ut in pugillatiuo dicitur. Hanc itaq; nūc accipit, propterea quia adiecit facere aliquid, uel pati facile, nam hoc est propriū potētiæ proficientis, promptęq;, quod quidem etiam bene numerabile est. Etenī Stoici etiam aptitudinem quo ad artes solum simpliciter sic c̄sideratam, nobis reliquerant, & quo ad uirtutes asseruerunt naturalem promotionem, profectumuè rectum dicendi, q̄ Peripatetici naturalem uirtutem uocabant. Sed forsitā nō solum in uirtutibus, sed etiam in artibus aptitudo naturalis, & profectus a quocūq; consideratur, uel etiam naturalis uis, rectè dicendi consideratur. Deinde cursiuos uel pugillatiuos eos dicimus, qui nondum hæc habent in habitu, quibus tales dicūtur, sed solam aptitudinem iam promotam, & paratam, ut tales fiant. Similiter eos qui sanari & ægrotari possunt, uocamus secundum eam aptitudinē, qua consequi sanitatem, uel in ægritudinē incidere queunt. Item naturales uirtutes, & malitię ad eādē aptitudinem reducuntur. Item in eadem specie qualitatis, durum, & molle posuit, quia durum potentiam habet ut facile non scindatur, nam nullum corpus generabile durum scinderetur, molle autem habet impotentiam eiusdem huius scilicet potentiam ut facile diuidat. Sed notādū est q̄ possibile est ut de quibus potentia dicitur de eisdem etiam impotentia dicatur. Nam si sanabile hēt potētiā ut nō facile à quouis aliquid patiatur, & durum potentiam, habet qua non facile diuiditur, hēt etiā impotētiam ut à quouis facile patiatur, & illud facile diuidi, & econuerso, & si ęgrotabile habet impotētiā nō patiendi, & molle impotētiā habeat ut nō diuidatur, pfectò habebit etiā hoc potentiā patiendi, illud uerò potētiā diuidendi. Sed cū illud quod difficulter affici potest, sit perfectius eo quod facile patit̄, & sanabile perfectius est s̄m naturam, eo q̄d facile ægrotat, ideo huic potētiā fiuēdi facile salute, potētia assignauit, & facile ęgrotāti impotētiam. Verū noīa nō oib⁹ imposita sunt, quibus separari possit aptitudo, ab actu. Equidem in pugillatiuo, & pugile, cursiuoq; & currente, nomina separata sunt, sed grammaticus, & musicus, dicit̄ ille, qui habet aptitudinem solam & qui actu grammaticus & musicus est. Item notādum est etiam hoc, q̄ quāuis hæc secundū potentiam, & sc̄dm speciē unā qualitatis dicant̄, tñ nomen qualitatis nō est qua qualis sc̄dm potētiam appellet̄ & denominet̄, quādoquidem pugillatiuus non à pugillatiuo denominet̄, quādoquidē pugillatiua sit ars pugnandi, & tamen pugil nondum habet artem. Vnde si oportet explicare species istas qualitatis, cum sine nomine sint, explicandæ sunt per orationem. Nam aptitudo ad cursum, est ipsa qualitas, à qua aliquis cursiuus dicitur, & aptitudo ad pugnandū, est qualitas à qua pugillatiuus dicit̄, & deniq; hę sunt uniuersales qualitates, à quibus denominata eādem terminationem dictionis ferme habent. Item animaduertēdum est, q̄ nō ois potentia, neq; omnis aptitudo transmutandi in quodcūq; dicit̄ qualitas, secūdū hāc spēm qualitatis, sed solū ea quę dicunt in actualem qualitatem, atq; sciendum est, q̄ inter has naturales potētias etiam naturales uirtutes animi ordinantur, & corporales, quæ penes molle & durum considerantur, atq; illæ quæ secūdū utrūq; in pugillatiuis & cursoribus considerantur, quare hoc in loco omnes potētiæ cōplectuntur. Cæterum explicatis uerbis contextus, transeamus ad obiecta & obiectorum solutiōes, & primū obiectum sit, quia antea habitum & dispositionem uocauit speciem qualitatis, nūc uerò uocat genus, q̄d qdem sicut pri⁹ dubitatum est, ita etiam solutum est, quandoquidem nullum sit inconueniens, ut media quæ neq; spālissimæ spēs, neq; generalissima genera sunt, species & genera uocari possint. Nam quæ nunc enumerantur spēs sunt sub supræma qualitate, quæ etiam sunt genera specierum quæ sub ipsis sunt, & dicuntur subalternæ, proinde species & genera meritò uocantur, sed de ordine spērum qualitatis obijciūt, quādoquidem dicunt prius mentionem habēdam esse, de naturalibus potētijs, quibus nōnulli pugilles, uel cursores fiūt, deinde eas persequi, quæ studio & doctrina aduenīūt naturalibus potentijs, sicut sunt habitus, & dispositiones. At hi qui ista obijciūt, intellegant etiā quā sibimet Arist. consentiat, quandoquidem ipse in naturalibus libris dicat perfectum, esse natura prius, imperfecto. Nam imperfectū ex perfecto ortum trahit, atq; id quod est in potentia, fit ex eo quod iam actu est. Nam homo, sperma, semen genitale, generat (ut pater) & de spermate hominem rursus efficit, sicut mater, nam omne quod est in potentia, ducitur in actu, ab eo quod iam actu est. Proinde oportet, ut perfectum prius sit in ratione causæ. Itaq; meritò prius sermonē de perfectis faciens, subiunxit postea sermonem de potentijs, nam quāuis secundum generationē, id quod est in potentia, præcedat id q̄d est in actu, & imperfectum, hoc modo sit prius perfecto, tamen sc̄dm naturam econtrario fit, nam omne imperfectum, à perfecto perficitur, & omne q̄d est in potentia, ducitur in actum ab eo quod iam actu est, itaq; nō oportet ut impræsentia illas species quæ sunt priores secūdū generationem prius accipiat quā eas quæ sunt priores secūdum naturam. Vnde in oībus qualitatib⁹, præsertim illud secundum actū, prius subsistit, in quibus caracteres, pprietatesq;, quēdā terminū actu cōpræhēdit, & aliter p̄sens ordo pprius specierū qualitatis fieri nō pōt, siqdem naturales potētiæ c̄siderētur, sc̄dm aptitudinē, & aptitudines mediæ sint inter actuales pfectiōes, & passibiles q̄litates, quę deinceps assignabunt̄, nā prius esse oportet id q̄d est efficiēs act⁹, deīde esse id q̄d est aptū pati, & hoc modo ab eo q̄d est in actu, passio, affectioq; apta est fieri, dū aliquid patitur. Plotinus quoq; dubitat, q̄uo naturales potentiæ sint altera species qualitatis, nam si ea quæ sunt s̄m

potentias, qualitates sunt, itaq; illud quod est in potentia,
non cõpetit omnibus qualitatibus, quandoquidem conti
neatur tn una specie qualitatis. Ad id quod dicendum est,
ꝙ iam ostensum est potentiam omnibus speciebus qualita
tis competere, & cum uniuerso genere qualitatis extendi.
Verum multipliciter dicitur potentia, & ad minus duplici
ter, cuius eò cum unã speciem Aristo. assignet, illam scili-
cet secundum actũ, meritò alteram contra illã diuidi, quę
secundum imperfectam aptitudinem cõsideratur, quę etiã
aptitudo dupliciter consideratur, secundum id quo poten
tia esse intelligitur, quandoquidem partim sit secũdũ quã
uis aptitudinem, atq; in omnibus (ut ita dixerim) conside-
ratam, & partim sit secũdũ eam aptitudinem, quę iam ꝙp
piam promotionis naturalis accepit, quod quidem etiam
competit his, qui bene possunt numerari, sed inquit, si dici-
mus natura pugillatiuum secundum qualitatẽ disponi, cer
te potentia apposita, nihil facit, nam potentia iam erat in
habitibus, & dispositionib⁹ assignatis. Verum ad hoc dicẽ
dum est, ꝙ quales hæc determinent qualia, nihil prohibet,
ut ab habitu, uel à dispositiõe, uel à naturali aptitudine de
nominari, quia generale quale, secũdũ genus qualitatis cõ
muniter consideratur, quod tñ speciebus, & differentijs di
stinguitur, ad constituendam speciem, quæ sit habitus uel
dispositio, quas quidem species accœpit, quatenus ex natu
ra proficiscuntur, nec autem proponit dicere, non de quali
tate simpliciter, sed species qualitatis numerat. Item neq;
de quali, sed de aliquo quali dicit, de eo præsertim, quod se
cũdũ naturalẽ potẽtiam, & secũdũ potẽtiã, & aptitudinẽ
qua aliquid dicitur esse aptũ, aliquid consideratur, & non
de quali secundũ habitũ, uel dispositionẽ. Item instat, quo
modo is qui secundum potentiam, dicitur ab eo differre ꝙ
secundum scientiam qualis sit? Nisi quales ambo dicãtur
quales, quatenus quales, & hoc modo non differunt inter
se, nã genus utrisq; ęqualiter inest, tñ quaten⁹ species qua-
litatum differentiũ distributę sunt, secundũ hoc inter se hęc
distinguentur, nam etiam in aliȷs omnibus specieb⁹, diuersi
tas eorũdem fit secundũ differentias specificas, & nõ cõ-
plectuntur, neq; constituuntur generalibus cõmunitatib⁹.
Item aiunt, ꝙ neq; differẽtię aliq̃ sunt ipsius qualitatis, sed
qui habet scientiam, studio & meditatione eam habet, & ꝙ
secũdũ potẽtiã dicitur, ille natura talẽ potentiã habet, sed
differentia solet extrinsecus aduenire, sed quõ spẽs artis pu
gnandi erit? Atqui ad hoc etiam dicendum est, ꝙ profe-
ctus, promotioq; proficiscens ex meditatiõe & studio, pro
ducens naturalem potentiam, ut ad ꝓximã spẽm accedat,
habet habitum pręsentem collectum in fine, qui est alius à
naturali pręparatione, qui quidẽ ipse ꝑfect⁹ sit, & prępara
tio sit impfecta, ut æs ad statuã aptã, distinctũ est à statua,
sic etiã pugillatiuus differe à pugile. Verum in his a quali-
ber arte, & a potentia denominant̃, nomina distincta sunt,
& alter pugil uocat̃, alter uerò pugillatiuus, sed in ipsa ar-
te, & naturali potẽtia, noĩa in unũ cõciderũt. Nã ambę uo
cantur pugillatiuę, quocirca plures res sub non suor nomi-
natę, quãuis alia & alia species sit, hęc quidem perfecta, il
la uerò ex meditatiõe, studio, & arte aduenisẽs, unde Arist.
noluit dicere eos disponi, ꝙ scd̃m potẽtiã q̃les dicunt̃, quã-
doquidem dicat eos non dici disponi, qui aliquo modo se
cũdũ potẽtiã afficiuntur, non quia tales qui secũdũ poten
tiam sunt affecti, aliquo modo nõ disponantur scd̃m com
munem significatũ dispositionis, sed quia nõ ita disponũt,
sicut illi qui exercitio perfecti sunt. Nam æquiuocum erit
dispositio, quę ex naturalibus potentȷs est, & nõ ab his in
quibus sunt, sed à quibus denominantur. Quod si hoc ita
se habet, quędã differẽtia ſm ipsam diffinitionẽ q̃litatis ho-
rũ cõsiderabit̃, & nõ extrĩsec⁹ intelligeẽ additio ipsis po-
tẽtȷs, ultra habitus, sed hoc mõ habitus, & naturalis potẽ
tia erunt distinctę inter se, quaten⁹ altera est imperfecta, &
alter perfect⁹, ac etiam quaten⁹ eorum unũ est impartibile,
& alterũ partibile, ac rursus quatenus alterum procedit in
participatione specierum, & alterũ consideratum est, iam
in participationibus specierum. Hęc igit̃ ad hãc dubitatio

nem, dicta sint. Pręterea uidetur mihi dignum inquisitione
esse, quomodo perfectam & imperfectam speciẽ inuicem
distinguunt. Nam si hoc, quia imperfectum est, non solum
secundum naturalem aptitudinem, sed etiam scd̃m promo
tionem & mutationem ex eadem in specie in forma, certe
imperfectum erit, quatenus consideratur in motu, qua ad
ad speciem & formam tendit, & ita erit ibi specifica diffe-
rentia. Sed quomodo uniuersaliter ponit imperfectum, in
alia specie potest? primò quidem cum species considerata
sit ubiq;, secundum esse perfectũ. Nam diuidentes spẽs ani
malis, alium dicimus esse hominem, & alium esse equum.
Deinde duplicabuntur eo mõ species, & secũdũ unãquãq;
species altera erit perfecta, altera uerò imperfecta. Fortassis
igitur nõ oportet talem differentiam accipere, tanquã per
fecti ad perfectũ, quæ in eadem specie continentur, neq;
oportet accipere aptitudinem, & potentiam, tanquã desi-
gnantes, ac ueluti contractas proprietate ab his, in quibus
sunt in diuersis speciebus ponere, sed eadem potẽtia, & eo
dem imperfecto quod est in ipsa potentia, secundũ quan-
dam talem perfectionem accipienda sunt, quæ sint in spe
cie determinata. Nam in quoddam termino aptitudo conti
netur, & non consideratur secundũ uiã in formam, & spe
ciem. Nam illa uia est indeterminata & infinita, & nõ po-
test scd̃m formam, & speciem determinari. Quocirca apti-
tudo æris ad statuam, est quidam terminus, & forma æris
quę permanet cum forma statuæ, scd̃m quã fit, quocirca
qualitas est, & quales secundum ipsam dicãtur, quãuis nõ
sit adhuc in actu perfecti. Verum aliȷ dubitant de hac na-
turali impotentia, quandoquidem, ut potentiam accipiãt,
quomodo qualitas sit potentiã materię, quæ expers quali-
tatis & quantitatis, quinimmo alia est naturalis potentia,
& alia est potentia materiæ, quandoquidem alia sit prima
impræssio speciei, & alia sit priuatio, et nõdũ aptitudo, sed
adhuc sine ea existens. Vnde ad memoriam reuocare opor
tet, ꝙ Aristo. hanc potentiam naturalem dixit, eã quę iam
pręcedit, & principalis est ad faciendũ aliquid facile, uel
pati. Verum Eudorus damnat hanc speciem, quia uidetur es
se eadem cum priori specie qualitatis. Nam naturales poten
tiæ si facile mobiles fuerint, dispositiones erunt, si autẽ per
maneant, erunt habitus, sed hoc pace Eudori non recte di
ctum est. cum Aristo. in prioribus specieb⁹ uirtutes, & sciẽ
tias acceperit, quæ quidem, licet aliq̃d naturæ habeãt, ta-
men indigent doctrina & disciplina aliorum, sed in scd̃is
speciebus, ordinauit ea quę non indigent doctrina aliorũ,
sed a sola natura dependent, ergo priores species istæ, sunt
distinctæ, illæ q̃dem secundum sunt, & operationem, istæ
uerò uersantur in ea præparatione, quæ scd̃m aptitudinem
fit. Item aiunt animaduersione dignum esse, etiam hoc ne
comprehendendo Arist. ea quæ multũ differunt, sub una
specie qualitatis reduxerit. Nam cũ sint quædam potentię
agendi, quędam uerò difficulter patiẽdi meritò eædẽ sunt,
quatenus sunt potentiæ, sed illæ quæ considerantur scd̃m
passionem, scd̃m impotẽtiã potius cõsiderantur, itaq; quo
modo cũ hæc plurimũ inter se differãt, in unũ redigemus?
& hæc simul numerabimus impotentias, cum potentȷs.
Item quomodo Aristote. quosdam secundum potentiam,
uel impotentiam, sic quales appellat? Nam aliquis secun
dum hoc esset capax contrariorum simul. Nam potentia
est contraria impotentia, nisi quia non eiusdem ad idem sit
contrarietas, sed respectu alterius, & alterius, quandoqui
dem cuius est potentia, eiusdem non sit impotentia, sed po
tentia est faciendi, & impotentia patiendi. Et hoc necessa
rium est, nam hoc modo huius potentia est, huic etiã cõ
trario inest impotentia, & seorsum hæc non sunt distin-
cta, sed solis uerbis, rationibusuè, & relationibus, ad ea
quæ differunt, ope intellectus facta, distincta in idem cõ
ueniunt, nã pugillatiuus habet potentiam pugnandi, percu
tiendiq;, & ipse cum sit difficulter uulnerabilis, põt nõ per-
cuti, & ad hoc habet impotẽtiam. Item dicẽdum esse exi-
stimo, ꝙ actio et passio sub uno et eodẽ prædicamẽto or-
dinantur, quocirca etiã potentiæ & impotentiæ tales qõs

agendi

agendi, & non patiendi sunt, non prohibentur in eadē specie redigi, siquidem habitus etiam, priuationesq; in eisdem prædicamentis collocari soleant. Equidem potentia agendi, & non patiendi una est in sano, & impotentia, nō agendi, sed patiendi in ipso ægroto est. Sed quomodo Aristo. dixit, q̄ cursores dicuntur non qui aliquo modo afficiuntur, disponunturq;, sed q̄a habent potentiam aliquid facilè agēdi. Nam absurdum est suspicari ipsos nullo modo disponi, quandoquidem habeant aliquo modo dispositionem, secūdum dispositionem speciei perfectæ non disponuntur aliquo modo, ut q̄ neq; habeant dispositionem, ueluti facile mobilem, neq; ueluti permanētem, sed tantum disponūtur secundum aptitudinem, iuxta illud igitur significatum, dicuntur non disponi. Vel magis dicendum est, q̄ uniuersaliter talis species non designatur & specificatur secundum ipsam dispositionem, quāquam prorsus ille qui talem potētiam habet, dispositus sit, quatenus habet facilem aptitudinem non agendi, uel patiendi aliquid. At si pugillatiuus est qualis, cur etiam factiuus non erit qualis secundum eandē rationem? Forsitan quia factiu⁹ uidetur esse ad aliquid, uel si dicitur sc̄d̄m potētiam, certe erit qualitas de secunda specie qualitatis, quæ consideratur sc̄d̄m potētiā, sicut etiam pugillatiuum quæ si secundum actum, actionēuè, quatenus disponit animam consideretur, qualitas profectò erit de prima specie qualitatis, & quatenus factiua est non ad aliquid, sed magis sub actione reducetur, inclinationes uerò inanimatorum, quæ in eorum facultate non sunt, sed extrinsecus adueniunt, perficiunt id quod tendit ad aliquid, & appetit illud, cuius etiam speciei erunt illæ nationes factiuæ. (Vnde illud quod facile est) non est cōmuniter aptum, idoneumq;, ut prius diximus, nam nondum habet facultatem ad operationem, sed habet aliquam, promotionem, ut dehinc agere possit, quę quidem profectio promotionē, est capax perfectę rationis, ante formam et speciem, & est tanquam pars quædam, quæ ab eadem seiuncta est, & totum nōdum habet. Sed cur cum aliquid patitur quippiam, dixit eius potentiam patiēdi esse, sed non impotētiā? Respondentur quia ipsemet in metaphysicis distinguēdo soluit, quia potentia uersatur in actione, & impotentia quoque passionis, & ibi assignat actionem esse id quo alterum in altero agit, & ipsam passionem esse id quo patiens ab altero patitur, quatenus alterum quibus constat, q̄ potentia est communiter accepta utrisq; competat, sed proprie impotentiam dicit esse passionis. Sed dices, q̄uo impotentiā uersari in passione posuit? Nam siquis permutādo dixerit patiendi potentiā, esse impotentiam patiendi, sicut faciēdi potentiā, esse impotentiam patiendi, diximus q̄ ia coget nos dubitare. Nisi hæc communius ab alijs, ad alia torquētur, & defectantur quandoquidem potentia propriè dicta, cōpetat actioni tantum & non passioni, & impotentia tantū passioni proprie conuenit, nam meliorū sunt potentię, quorum etiam initio natura maximè pollet, & īpotētię sunt deteriorum. Atqui si impotentię priuationes sunt, & priuationes non habentur, quomodo igitur inquit esse impotentiā patiendi, nisi habere impotētiam aliquid magis abusiue dictum sit, loco illius quod est priuari potentia, uel forte dixit impotentiam esse, quia impotentiæ simul sunt, cum potentijs. Nam sanitas habet potentiam agēdi sana, & impotentiam patiendi ægra, ideo nullum absurdum est, si impotentiæ habeantur, tanquam simul, existentes cum potētijs. Item quomodo determinauit mollæ secundum impotentiam diuidendi, si quidem impotentia priuatio sit, & mollē sit quædam species, sicut etiam est durum? Nisi quæat idē considerari, ut species, quando accipitur quatenus est facile diuisibile, & uelut impotentia diuidendi. Cæterum post instantias, & solutiones ultro citroq; adductas, temp⁹ profectò est, ut ipse posteriores expositorum disputationes, de hac naturali potentia conscribas, dicendo qua sit illa, et in quibus rebus consideretur. Proinde hæc uniuersaliter est ueluti quoddam genus, oībus his quę q̄uocūq; p̄ficiūtur, competens. Nam prorsus fieri non potest, ut aliquid ab imperfecto ad profectum procedat, nisi potentia intermedia adeerit, ducens imperfectum ad perfectionem, quę potētia suscipit complementum ab ipso perfectissimo, q̄d postremo aduenit, potentia igitur est conductrix extremorum, & & præbens uiam à deterioribus, ad meliora res proficiscētur, atq; præparationem & occasionem ingerit, ut perfectionem consequantur, quæ etiā partē quandam ab actione prius accepit, & uelut quidam defectus est perfectæ substantiæ, & habitus, ac ueluti quędam prior calefactio, ut lichini ante caliditatē ignis. Insuper etiam est quædam participatio, mediocris diuisa, ac distributa secūdum mensuras, quæ etiam tota præsens intelligi non debet, quo tamen pacto potentia talis consideratur in particularib⁹ animalibus. Nam q̄n animæ mens, à separato perficitur, tum est quædam potentia, deducens mentem, intellectumq; animæ, ad intellectualem speciem, & actualem intellectionē. Verum illa potentia quæ est sc̄d̄m naturam, est maxime euidens. Nam opera naturæ uersantur in motu, qui ex potētia eadem in actum procedit, & cum accipitur, in alio fieri, nō pōt, neq; suscipi quam in ipso potente suscipere. Non enim quęuis forma cuiuis aduenit, sed illi aduenit, quod potest perfici, quatenus habet aptitudinē, ut eam suscipiat. Similiter etiam in anima, quatenus longè abest ab ea mente, quæ in actu est, p̄xima est naturæ, sc̄d̄m talē potētiā considerat̄, rectè itaq; dicitur, q̄ potentia hęc differenter substātiā naturę cōplet, iccirco hoc in loco naturales potētias determinat esse secundas qualitates, etiquā hęc potētia ea sit, quæ propriè determinat̄. Et hic illud uerbum alterum, in textu, non intelligitur aliter quàm sic, quia hęc secunda species, est altera à prima. Et si in uniuerso aliqua fieret generatio, non aliter fieret, quā p̄ potentiam in substantia. Item materia p̄ficit̄, suscipiendo species per potentiā, quę est in ipsa. Equidem hęc potentia uel per seipsa sufficiens est tendere, ac procedere in formam, ceu in ipsis aīab⁹, per se mobilib⁹, uel producitur ab ipsa actione facillime ad p̄fectū, sed talis potētia, in talibus etiā existens, sortita est suā subsistentiam. Verūtamen magis ad scientiam attinere uidebitur, explorare opiniones, quę de tali potentia secūdū aptitudinē sunt, siue ipsa naturaliter consideretur in qualitatibus, siue in substantijs, siue in quouis alio genere rerum. Itaq; quæritur, utrum id q̄d est in potentia ex materia sit potentia, atque ipsa potētia, ut quidam putat, uel nōquid ipsa materia sit illud quod est in potentia, ut alijs uidetur. Nisi hoc absurdum sit, nam materia, cum suapte natura prorsus impotens sit, non potest p̄ębere aliquam causam, neq; substantiam ingerere cum ipsa habente, deficiat. Item neq; potētię principium affert, cum prorsus sit impotēs, neq; dat occasionem qualitatis, eiusq; causa est, cū sit sc̄d̄m se qualitatis expers. Item nihil habet sc̄d̄m se, cū sit oīb⁹ priuata, inops, & pauper de se. Item neq; habitudo materię, est id q̄d est in potētia, cum materia omnino sit absq; habitudine. Item neq; primi subiecti abundantia, cum ipsum nullam differentiam in seipso habet, neq; extensio, uel contractio, uel rarificatio, uel densitas ipsius materiæ, quę est priuata omni motu. Item neq; aliquod aliud eorum, quæ circa materiam esse intelliguntur, est causa ut potentię sint, nam quędam speciei præparatio uidetur esse hæc potentia, & non habitudo eorum quæ qualia non sunt. Item neq; species quatenus species, & quatenus stat in propria perfectione secūdum se, neq; si hæc esset substantia, produceret potētiā. Nā cum sit perfecta, & tota in seipsa, p̄ęcedit potentiam secundū partitionem specierum, & formarum subsistētiū, itaq; relinquitur ut alijs potentia subsistat ex concursu horum s. materię & speciei, uel eorū quę se hñt ut materia, & species seu forma, itaq; potentia in materia, propter speciē est sc̄d̄m participationē illā immixtā rationum, p̄ęsertim quando fuerit aliqua prima aptitudo, ab ipsis materię data, perinde ac participatio sit receptaculum, habitus, & susceptio, receptaculumq; habitus prius introducitur, quàm tendat in actum. Vnde corpus & aīa, quāuis hāc aptitudinē suscipiāt, tamē hęc omnia saluant, & hñt proportionē

ad materiam, secundum quam proportionem ad perfectiores seipsis, tanquam ad formam sint coordinata, secūdum hanc primam subsistentiam materiæ, suppsitos possidet aptitudinem ad perfectiorem participationem, nam ea quæ sunt in generatione, cum ab imperfecto ad perfectum proficiscuntur, & promouentur, suscipiunt prius promotionē, receptionis habitus. Deinde perfectiores participatiōes sortiuntur, nam cum participatum maneat, & participans sit, q̄ simul totam formam recipere non potest, semper aliam participationem imperfectiorem, ante aliam proficiscendo ad perfectiores suscipit. Vnde in animalibus etiam quādā proportionem potentiarum corporis, quę sunt intellectuales, & puræ incorporeę, eandem aptitudinem considerare possunt, manifestum igitur ex his fit, q̄ illę potentiæ sunt communes corpori, & animæ, atq; animali insunt, atque quomodo ad agendum & patiendum, uel non patiendum simpliciter se habeant considerantur, secundum communē quandam participationem. Quinimmo perspicuum fit, ex eisdem quæ fit eorum inclinatio ad utrūq; scilicet ad potentiam & impotentiam nam cum ipsa subiecta ratione materiæ commisceantur, cum participationibus rationum, ideo pars quæ prouenit à ratione, ambigua fit, & anceps inclinata æqualiter, ad potentiam & impotentiam. Vnde omnia alia, etiam quæ dici solent de naturali ordine, taliū potentiarum, perspicua sunt, qui exactè ipsa inquirūt, & scientia participant, quoniam etiam transmutatio consideretur secundum naturales potentias, quandoquidem ipse considerentur, quatenus producuntur, & procedunt ad perfectum, atq; quatenus magis, & minus insunt eisdem, quia semper aptitudines naturæ procedunt, & uersantur in processione ad aliud. Sed animaduersione quoq; dignum erit, ne, forte hęc circa composita, & participata potentiarū primò subsistant, & in ipsa positione nihil tale putatur, nam habent uim quandam participatione formarum, nisi potius participantia potentijs, cum per seipsa sint potentię expertia, non suscipiunt mutationem ad perfectum, neq; promotionem, sed hęc habent, secundum naturales potētias, quę propter materialem indigentiam & extensionem, inclinationemuè, ad perfectam formam præbent promotionē suā participantibus eis, & transmutationem ad perfectam essentiam atq; motum secundum magis & minus, tradit magis secundum uitalem participatarum rationum quam & secundum spectale determinantur participantia per motū. Iuxta quoq; eādem seriem, exactę contemplationis sermo faciendus est, de molli & duro, unde hæc primò fiāt, itaq; diuisio atq; distantia quædam est solida, quędam uerò est rarior, quæ efficiunt durum & molle. Similiter densum & rarefactio, uel uacui multi intercapedo, ubi ergo hæc compactio, & repletio uacuitatū, differentiam iis utrisq; exhibet, uel materiæ abundantia, defectus etiam faciunt, hoc quidem esse durum, illud uerò mollę, uel potius omnia talia efficiunt proprietatem aduenientem, & facientem hæc diuersa secundum rationem, igitur si defecerit potentia, & non poterit seipsam retinere, duritiés contrariæ formę subsistet, quandoquidem mollis potētia, consistat in eo quo potentia seipsam sustinet, & eleuat se, ad sublimia, hoc modo extenuando se potentia mollis, & tenuiorem consistentiā efficit. At si iste est modus, quo molle & durum fiant, profectò contrarium accideret ei quod Aristo. uult nam amplius non esset durum secundum potentiam, & molle secū dum impotentiam, sed econtrario, nam subtilitas subsistēs seipsam erit potentia eleuandi seipsam, duritiés autem erit impotentia huius talis, itaq; melius est loco illorum differētiam duri & mollis assignare, secundum continentiam excessus, uel defectus, partium eorum, nam alia huic consonant differentiæ & durum diceretur habere potentiam nō facile diuidendi, & molle haber impotentiam eiusdem talis Nam difficile diuisibile, uel facile diuisibile secundū excessum, uel defectum constitutionis, connexionisq; partiū duri & mollis consistunt, idem quoq; durum & molle quispiam potest assignare, secundum dominium magis uel minus speciei, nam durum est id, quod magis retinet speciem, molle autem cōtrarium patitur. Forsitan utrūq; eorū perficit secundum rationes diuersas, & secundum opppositionem perfectam specierum, sicut calidum, & frigidum, dulce, & amarum, densum, & ratum. Nam si omne quod secū dum naturam se habet, id perfectam ꝓprie speciei receptionem haber, & sunt quædam mollia secundum naturam, ut animalia quædam tota & plantæ, ac in partibus animalis pulmo, quomodo itaq; erit molle determinatum, secundū defectum formæ, & speciei? quomodo igitur Aristo. consideret molle secundum impotentiam, non facile diuidendi, sicut etiam ęgrotabile secundum impotentiā non patiēdi, facile aliquid à quibusuis? Nam ęgrotabile secūdū se subsistit, secundum priuationem, & defectum formæ, & non secundum oppositam speciem. Nisi forsitā duplex species in potentiæ, per hæc insinuetur, una quidem quæ fit secundū priuationem, ut ægrotatiuum, & ægrotabile, habet impotentiam patiendi facile à quibusuis, huius oppositum potētia habet sanabile, alia uerò est secundum speciem subsistētem, ceu molle habet impotentiam, ut non facile diuidat, et durum hoc modo etiam habet impotētiam, ut nō facile diuidatur, itaque molle secundum impotentiam eam quæ est deterius, oppositum determinatum est. Forsitan etiam dicemus sanabile habere impotentiam patiendi, facile à quibusuis. Nisi aliquis molle uocare illud uoluerit, quod abest à potentia ob excellentiam impotentiæ, nam durum ut habeat, & eam impotentiam, quæ secundum oppositionem fit, non est inconueniens, quandoquidem non habeat ea quæ conueniunt molli, quod est quædam species, sed sanabile cum non habeat secundum priuationē ea quę ęgrotabile habet, profectò non dicetur habere impotentiā. Verum quomodo habeat perspicuum est, quia eiusdem est potentia & impotentia. Nam id durum est, potentia, nō facile diuidendi, & molle est impotentia, ut existimo ecōtrario scilicet facile diuidendi. Postremò Aristo. non temerè casu, in calce posuit hæc exempla, talium potentiarum, sed uoluit insinuare ordinem ipsorum, quia cum sint ultimę in natura omnium potentiarum, sunt quoq; extremę res.

Tertium autem genus qualitatis, paßiuæ qualitates, & paßiones. Sunt autem talia, puta & dulcedo, & amaritudo, & stipticitas, & omnia his cognata. Adhuc autem caliditas, & frigiditas, & albedo, & nigredo. Quod quidem igitur hæ paßiuæ qualitates sint, manifestum est. Quæ enim susceperint ipsas, qualia dicuntur secundum ipsas, uelut mel, eò quod dulcedinem susceperit, dicitur dulce, & corpus album, eò quod albedinem susceperit. Similiter autem, & in alijs. Paßiuæ autem qualitates dicuntur, non eò quod ipsa quæ susceperint qualitates paßa sint aliquid, neq; enim mel eò quod paßum sit aliqd dicitur, dulce, neq; aliorum talium aliquod. Similiter autem his, & caliditas, & frigiditas, paßiuæ qualitates dicuntur non eò quod ipsa quæ susceperint paßa sint aliquid, eò autem quod secundum sensus, quælibet dictarum qualitatum sit factiua, paßionis, paßiuę qualitates dicuntur. Dulcedo enim paßionē quādam penes gustum efficit, & caliditas penes tactum. Similiter autem, & aliæ, albedo autem & nigredo, & alij colores, nō eodem modo dictis paßiuæ qualitates dicuntur, sed eò quod ipsæ à paßione factæ sunt, quod quidem igitur secundum paßionē fiāt multæ immutationes colorum, palam. Verecundatus enim aliquis, rubicundus factus est, & territus pallidus, & uniquodq; talium. Quare & si aliquis natura aliquam talium paßionum paßus est, ex aliquibus naturalibus symptomatibus, similem colorem uerisimile est ipsum habere, quæ enim nunc inuerecūdari dispositio, eorum quæ circa corpus facta est, & secundum naturalem consistentiam, eadem dispositio fiet utiq;, & ut & naturalis similis color fiat. Quęcunq; quidem igitur taliū symptomatum,

matum, à quibusdam paßionibus difficile mobilibus, et permãsiuis principium sumpserunt, paßiuæ qualitates dicuntur. Siue enim in ea quæ secundum naturam consistentia palor, uel nigredo fuerit, qualitas dicitur, quales enim secundum ipsas dicimur, siue propter ægritudinem longam, uel propter æstum idem hoc accidat, pallor uel nigredo, & non de facile desistant, uel per uitam remaneant, paßibiles qualitates & hæ dicuntur. Similiter enim quales secundum ipsas dicimur. Quæcũq; autem à facile solubilibus, & cito desistentibus fiunt, paßiones dicuntur, qualitates autem non, non enim dicuntur quales quidam secundũ ipsas, neq; enim rubeus propter uerecundari rubeus dicitur, neq; pallefactus propter timorem pallidus, sed magis eò quod passus sit aliquid. Quare paßiones quidem tales dicuntur, qualitates autem non. Similiter autem his, & quæ secundum animam passiuæ qualitates, & paßiones dicuntur, quæcũq; enim in generatione mox ab aliquibus paßionibus difficile mobilibus fiũt, qualitates & hæ dicuntur, uelut insania & extasis, & ira, & talia, quales enim secundum ipsas dicuntur iracundi, & insani. Similiter autem & quæcũq; aliæ extases non naturales, sed ab aliquibus alijs symptomatibus fiunt, uel & de difficili transmutabiles, uel etiam omnino immobiles qualitates, & talia dicuntur, quales enim secundum ipsas dicuntur. Quæcũq; autem à facile & cito desistentibus fiunt, paßiones quoq; dicuntur, puta si tristatus aliquis iracundior est, non enim dicitur iracundus, qui in tali paßione iracundior est sed magis eò quod passus sit aliquid. Quare paßiones quidem tales dicuntur, qualitates autem non.

Dicit rursus tertium genus qualitatis, ubi pro specie genere utitur, uel etiam proprium genus dicit, nam etsi hoc genus qualitatis, non sit supremum genus, sicut simpliciter qualitas, uel accidens, tamen est etiam proprium genus, ut suis diuisum in proprias species. Equidẽ hoc genus, est de numero eorum quæ uocantur genera subalterna. Diuidit ergo hic tertium genus, in duo scilicet in passiuas qualitates, & passiones, quibus commune est ipsum quale qualitercũq;, nam ea quæ habent tales qualitates, denominanẽ qualia. Item eisdem passio est communis. Equidem passio communis, consideratur in utroq; horum differenter, quãdoquidem uel aliquid uelut ut passionem ingerit sensui, ut dulcedo passionem quãdam ingerit gustui, & caliditas tactui, uel aduenit tanquam ad passionem factã, sicut pallor aduenit timidis, & rubor pudorq;, his q pudore afficiũtur. Verum propria distinctio, passiuæ qualitatis, & passionis est illa, quam Aristo. postea inducit nam quæcũq; principium acceperunt ab his passionib⁹, & denominatiuis quę sunt difficile mobiles, passiuæ qualitates dicũtur, uelut pallor secundũ naturam, uel nigredo, uel ea quæ fiunt propter ægritudinem longam, & æstus caloris immissionem, nam isti pallidi non sunt, & nigri, eò modo, sicut sunt illi qui secundũ naturam dicuntur, sed quęcũq; principium acceperunt, ab his quæ facile tollũtur, & cito redeunt, ceu pallor qui præ timore fit, aut pudor in his qui in uerecũdiam habent, passiones sunt, & secundum hanc qualitercũq; quales participantes, quatenus patientes dicũtur tales, nam tales dicebamus rubedine & palledine affici, non tamẽ quales, nam qualia tales passiones sunt, ideo nec denominant tales pallidos, uel rubeos, sed dicimus q patiuntur huiusmodi talis, nam quia pallore uel rubore affecti sunt. sic aliquo modo participant qualitate, tamen non quatenus quales facti sunt, rubei uel pallidi. Similiter in anima etiã iuxta quandam proportionem passiuæ qualitates dicuntur, nam ita secundum naturam, & mansuetudo, atq; ea quæ habitu acquisitæ sunt, dici passiuæ qualitates possunt, qñquidem habentes iracundi & mansueti dicantur, quales secundum eiusmodi qualitates, & passiones animi uocãtur, quæ aliquibus eueniunt, & exiguo tempore durant, sicut ille qui tristitia iracundus fit, non enim dicitur talis iracundus, sed dicitur iratus. Vnde horum dictorum sententia, talis est, sed prorsus aliquis hoc in loco etiam quæreret qũo prius dispositionem & habitum designauit per facile mobile, & difficile mobile, & nunc distinguit passiones, & passiuas qualitates, per eadem. Sed iam diximus in illis nõ nulla, quę huic quęstioni satisfaciunt, quia ibi tradidit habitus & dispositiones, quæ ex doctrina & extrinsecus eueniunt, tanquam difficile mobiles, & facile mobiles perfectiones, hic autem tradit passiuas qualitates, & passiones, quæ sunt scđm naturam facile uel difficile mobiles. Quod si hæc non sufficiunt alicui, repetantur etiam nunc, hęc breuiter scilicet quòd caliditas quatenus disponit qualitercũque subiecta, dispositio dicitur, & quatenus habet permanentem dispositionem, habitus uocatur, quæ etiam quatenus ab aliquo agente superficietenus fit, passio dicitur, & quatenus permanenter & intrinsecus fit passio, dicitur passiua qualitas. Equidem utraq; hæc scilicet ut à passione fiat aliquid, & ut passionem sensibus ingerat, secũdum passionem considerantur. Nam secundum hæc utraq; passio consideranda est, in ipsis, quare caliditas, si per aliquam moram fuerit in ipso corpore, habente uel inducente illam in alio, dispositio profectò erit, sed calefacti hoc modo iam ut habent speciem caliditatis, & neq; aliud calefacere, tunc passiua qualitas dicitur, si autem species ipsa consideratur, quatenus fit, passio profectò erit, quare quãuis Aristo. eisdem nominibus scilicet facile permanere, et facile transmutari in hoc genere qualitatis usus etiam sit, tamen non eisdem significationibus ea accepit, sed designat dicẽdo passiuas qualitates existenter, aliquo modo secundum naturã esse, à quodam accidente, scilicet ab hoc quo inferunt passionem sensibus. Atqui uidebunt non esse simpliciter qualitates, sed magis substantiæ, quandoquidem partes substantiarum, sint substantiæ. Nisi quia non est dicendum caliditatem ignis esse passiuam qualitatem, secundum diffinitionem ipsam, ac speciem, & substantialem participationẽ ipsius, sed partes substantiæ, & eam affectionem qualitatis, quæ in corporibus fit, ab ipsa asserendum est passiuam qualitatem esse, cuius rei maximum indicium est, quia species substantiarum, non coniunguntur sensui, neq; illum attingunt, & mouent, quandoquidem sensus non sit substantiarum perceptiuus. Nam ipsas, uix intellectus recipit, sed sensus est receptiuus qualitatum, quæ à speciebus & rationibus fiunt, quas qualitates, etiam corpus natum est recipere, & hæ qualitates mouẽt sensum. At sensus ab ipsis aliter & aliter diuisis, afficitur, & disponitur, propter hoc igitur illas qualitates motiuas, quæ sensui coniunguntur, & illũ attingunt, passiuas qualitates (eò q agant) dicere solem⁹, ac etiam quia habent proprias naturas cognatas, ac mot⁹, motionesq; passiuas sensu. Verum nonnulli mirantur, qũo mel dicatur dulce, qũia susceperit dulcedinem, nam dulce prorsus sine dulcedine esse non potest, itaq; mel quomodo suscipit id quod habet? Sed ad hoc dicimus, q Aristo. declarauit hoc per illud exemplum, quod subiunxit dicẽdo, & corpus album, eò q albedinem susceperit, quare innuit etiam quòd mel ut corpus, suscipit dulcedinem. Sed iterũ instant, quomodo cum dixisset Aristo. uelut mel eò q dulcedinem susceperit, dicitur dulce, mox subiũxit, neq; enim mel pati aliquid dicitur dulce, neq; aliorum talium aliqđ, nam si suscepit dulcedinem, quomodo non patitur ipsam? Nisi quidem mel susceperit dulcedinem, ducentem gustũ in passione, & ipsum non sit passum aliquod dulce, sed secundum substantiam suam habeat, ipsam dulcedinem. Eqdem proprium passiuæ qualitatis est, ut inferat passione sensibus, quãuis nos eoa non multũ exerceremus, siue per passionem aduenirent subiectis, siue sine mutatione, & alteratione. Equidem uocantur qualitates ab his qui possident eas, & qui dicuntur quales secundum eas, siquidem qualitas est ea res, secundum quam unumquodq; quale dicitur, sed passiuæ qualitates dicuntur, quatenus assumunt

passionem, quam sensibus ingerunt. Item, quomodo inqt albedo, & nigredo aliĩ colores nõ eodẽ mõ passiuæ qualitates dicuatur, sed fieri dicunt, factęq; esse à passione, quã doquidem ipsæ agant in sensum, disgregantes & congregantes uisum? Item aliç qualitates ex passione aduentunt, nam corpora muta, calefiunt, & pudor aduenit, cum quis erubuit. Nisi fortè cum sentimus calidum efficimur calidi, sed quando sentimus albedinem; aliquod album in nobis fit. Non enim materia albi oculus fit, recipiens speciem albi, quemadmodum manus calore calefit, & quãuis oculus aliquid patiatur, tamen non fit albus, ideirco quãquã Aristoteles alibi dixerit uisum pati, & de hoc fidem faciat, ex eò q̃ post receptionem excellentiam uisibilium, non potest ipse suscipere, uidereq; minora uisibilia, sed uidetur adhuc uidere illa, tanquam habeat reliquias ipsorum, itaque quãuis hæc dicat, tamen hæc nõ aduersantur his, quę nũc dicuntur. Nam hoc in loco considerat differentiam passiuarum qualitatum, quatenus nonnulla communicant eandem qualitatem, nonnulla uerò minime. Vnde si ols passio per motum fit, & omnis motus est in tempore, itaq; omne patiens, in tempore patietur. Si igitur uisio uidetur fieri sine tempore, atq; subito, itaq; non per passionem fiet. Nisi Aristo. uideatur dicere, tactum etiam sine tempore & subito pati, qua ratione caliditas, & frigiditas, passiuę qualitates erunt, & non passionem inferentes, sed ueluti per passionem introductæ. Forsitan autem, neq; in solis colorib? uerum est sensum nõ affici eadem qualitate idest uisum nõ fieri album, uel nigrum. Nam neq; auditus acuitur, uel obtũditur, sed etiam colores disponunt uisum, quemadmodũ etiam unumquodq; aliorum sensibilium, suum sensum disponit. Videtur itaq; proprium esse colorum, ut aliĳa adueniant. Etenim colores, etiã his à quibus inseparabiles sunt, ceu albedo niuis, & id genus, non sunt simpliciter substantiales, sed aduentunt, siquidem nix fit coagulatio aquę propter excellentiam frigiditatis, cuius uero sic coagulatæ albedo, est quædam passio, & proprietas. Eodem quoq; modo pallor est in his, qui timidi sunt, & rubedo in his q̃ pudore afficiuntur, quandoquidem hæc sine proprietate dispositionum animæ: Nam in timidis, timentibusq;, cum sanguis recurrit ad cor, uelut ad ꝓpriũ pricipiũ, & nõ ampli? apparet in faciẽ, tũc efficit pallorẽ accidẽtẽ, sed is qui sanguine euacuãtur, aliter pallor accidit, sed erubescẽtes tum erubescimus, quãdo sanguis à corde ad faciẽ defluit, ac ueluti principalem faciei colorem occupans, atq; obscurans, & instar umbræ præcedens color, à turpi adueniente propter cogitationem occultatur, & tũc pudor fit. Quãdo igitur & ab utero tales concursus fierent, per qualescũq; causas, tales colores essent naturales, & propter hoc à natiuitate tales, & tales, uidentur, quare omnes qualitates secundum colores meritò dicuntur fieri ex passione & accidentia esse, atq; aduenientia. Etenim niui albedo, & corui nigredo aduenit, secundum quandam passionem præcedentem, quæ etiam in naturali consistentia inest. Et nemo putat me dicere, q̃ mutatio ipsa præcedens, & motus efficiat colores, sed rationes colorum quæ iam in natura constiterunt, efficiunt colores. Equidem ea quæ mutantur secundum proprietatem mutationis, & conuersionis suæ, ad rationes, accipiunt, & propriè participant rationibus, & ab eisdem specificantur. Nam alia est ipsa ratio stans, & aliud est subiectum simpliciter, q̃ his subĳcitur, & aliud est id quod de subiecto & participatiõe rationis componitur, in quo mutatio. & passio considerantur. Nam simplex per se nihil pateretur, itaq; neq; in pallidis, uel erubescẽtibus, mutatio efficit colorem, sed proprium sanguinis est, colorem transmutare, quando uel internus fit, uel quando ad exteriora defluit. Quãnia ergo colores à passiõe fieri dicat Aristoteles nihil aliud dicere uult, quàm corpora fieri apta ad receptionem talium colorum, per passiones. Sed ait Eudorus, quomodo in prima specie qualitatis, inter dispositiões numerauit caliditatẽ, frigiditatẽ, ęgritudinẽ, & sanitatem, & hoc in loco easdem collocat, in passiua qualitate, tãquã in alia specie? Forsitan dicemus, q̃ ibi accipiebãtur, quatenus disponebant, & aliquo modo se habebãt ad positionem, secundum calidum & frigidum, hic uerò cõsideratur passiua qualitas, quaten? efficit passionem in aliud. Vnde aliquod idem, alio & alio modo acceptum, nihil prohibet sub alia, & alia specie collocari, ceu Socrates quatenus homo substantia est, sed quatenus species, est ad aliquid. Similiter etiam caliditas, quatenus disponit aliquo modo subiectum, dispositio erit, & quatenus calefacit sensum, passiua qualitas erit, quare secũdũ diuersos modos, eadem caliditas erit diuersis specieb?, quandoquidem si cõsideretur secundum proprietatem, & suum caracterẽ dispositio est, si uerò consideretur secundum permanẽtem mutationem passionis, erit passiuas qualitas. Sed dices, quomodo ibi dixit ea quæ celeriter pereunt, & transmutantur esse dispositiones, & hic uocat eá quæ transmutantur, celeriter passiones, & non amplius qualitates? Nisi quia eorum quæ sunt facile mobilia, alia sunt dispositiones, quæ propter id qualitates sunt & caracterem imprimunt ei, quod disponitur, alia uerò sunt motus facile solubiles, qui in solis passionibus considerantur. Proinde tales motus passiones uocantur, & non sunt digni nomine qualitatis, quandoquidem neq; dicantur quales, qui secundum ipsas patiuntur, itaq; nullum absurdum est, si quædam sub qualitate ordinẽtur, & quædam non. Item animaduersione dignum, quomodo Aristo. ordinauerit passiones sub qualitate, si quidem asserit qualitates, & passiones, esse tertiam species qualitatis, & posterius subiungit, dicendo, talia quidem dicuntur passiones, qualitates autem non. Nam quidam putant hoc esse dictum, non sine defectu scilicet illud (qualitates autem non). Nam putant hoc deficere scilicet (nõ sunt passiuę). Perinde ac ipsę passiones sint qualitates, sed non passiuæ qualitates. Aliĳ uerò putant in idem ipsas passiones includere, & passiuas qualitates, & quis hoc modo plane distinguantur, tamen quia passio cadit sub passiua qualitate, tãquam quoddam temporale adueniens ipsi, proinde sic ait ipsam ordinari sub illa. Verum Alexander inquirendum esse non putat, si passiones sint sub qualitate. Nã ipse Arist. non solum passiuas qualitates, sed etiam passiones sub eadem specie ordinauit, quandoquidem dixerit, tertium autem genus qualitatis sunt passiuę qualitates, & passiones. Non enim consentaneum est, ut in idem reducat ipsa, cum sit dicturus ipsorum differẽtiam. Nam per has speciei qualitates, & passio determinantur, quare etiã passio erit qualitas, nam specieb? insunt nomina generum. Sed pace Alexandri. asserere q̃ Aristote. dicat ipsas passiones simpliciter esse qualitates, perspicuò repugnat uerbis Aristo. quandoquidem ipse plane dicat (quare passiones quidem talia dicũtur, qualitates autem non). Similiter etiam secernere, separateq; passiones omnino à qualitate, repugnat eis uerbis, quibus ipse dicit unum genus qualitatis esse, etiam passiones. Sed q̃ reducere passiones in idem cum passiuis qualitatibus, absurdum sit, perspicuum est, quippe Aristo. euidentissime ipsas distinguit. Forsitan igitur passiua qualitas (ut est qualitas) non est passio, licet eia sit cognata, quandoquidem nequeamus intelligere, neque nominare passiuam qualitatem, sine passione. Vnde uidetur passio, esse aliquo modo imperfecta species, passiuæ qualitatis, cuius passionis passiua qualitas, est perfectio. Sicut igitur dispositio cum habitu connexa fuit, ita etiam hic passionem cum passiua qualitate copulauit, nam sicut dispositio præcedit habitum, sic etiam passio est uelut suppositio passiuæ qualitatis, quocirca quatenus ut imperfecta præcedunt, & ab his ad illa fit transmutatio, hac ratione passio non distat, nec differt ab ipsis qualitatib?, sed quaten? deficiunt à perfectione, quæ est in ipsia, quantum ad naturam specierum, & quantum ad consistentiam permanẽtem, sic separantur qualitates à passione, quandoquidem Aristoteles dicat (sicut colores pauci temporis à passione fiunt, ita et diuturni ex eodem accidũt) Verum sectatores Nicostrati, absurdum esse putant, ut oẽs colores fiant ex aduenĩẽte

passione,

passione, presertim illi qui sunt connaturales, & substantiales, sicut color niuis. Nam in exemplis quæ adducebantur de timore & pudore Aristo. proposuit passiones, quę adueniunt. Vnde idem uidetur sentire de omnibus. Nisi humores qui qualitercũq; circa corpus existentes, usq; ad faciẽ tendunt, ac diffusi sint, consequantur colores qui consimiles ipsi uideantur. Equidẽ humores immutari solent, à passionibus, quo fit ut consentaneum sit, ut colores sequantur mutationes, uel complexiones aliquales corporum. Verũtamen neq; hoc dicit, scilicet ꝙ colores naturales extrinsecus aduemant, uelut niuis albedo, sed inquit, ꝙ si quis intelligeret primam cõstitutionem niuis, quomodo à principio ipsa facta sit, profectò inueniet corporeitatem, & subiectũ ſm aliq̃lem mutationem, et aliqualem complexionem, talẽ colorem accepisse, quod quidem etiam aliquis ex his quæ uidentur, ad memoriam reuocare, atque intelligere poterit. Nam sicut colores qui uidentur aliqualiter, complexionibus corporum assimilantur, sic etiam in alijs fit, quãuis illi naturaliter fiant. Præterea sunt nonnulli, qui has qualitates consimiles, negant esse passiones, uel passiuas qualitates, & affirmant eas esse partes substantiarum, & substantias, itaq; perspicuum est, ꝙ isti, neq; susceperũt quę à principio dubita fuerunt, de coloribus naturalibus. Andronicꝰ uerò uoluit passiuas qualitates non esse diuidendas, in his quę efficiunt passiones, & his ex passione consistunt, sed asserit omnes tanquam ex passione consistentes passiuas esse, & factiuas, accidere ipsis. Nam calidum calefacere potest, unde quatenus quędam in alia aliquid faciũt, nõ qualia, sed efficientia ipsa uocamus, ceu calefactiua appellamus, & non calida, quę quidẽ calefactiua ad aliquid sunt, sicut cõbustiuum & cõbustibile, & id genus. Proinde calidum quidem est, nullo existente calefactibili, sed calefactiuum sine calefactibili, esse nõ potest. Cum itaq; hæc ad aliquid esse dicantur, & qualia non sint ad aliquid, sed se habent aliqualiter, iure itaq; efficientia non erunt qualitates. Vnde dicendum est ad hanc dubitationem, quòd oportet considerare passiuas qualitates, quę fiunt in sensibus, cõsistere fieriq;, non quatenus ex agente quodam & patiente fiunt, neq; quatenus ad conuertentiam dicuntur, sed oportet intelligere simplicem & simpliciter speciem passionis ꝑ se, tanquam qualitatem in qua nihil actionis & copulationis agentis, in ipsam patiens, adaptamus. Nam hoc quale, est species separata ab his quę sunt ad aliquid, & alia species est passio ab ea quæ suscipiũt aliquod sensibile, & aliquam similitudinem à pręcedentibus passionibus. Proinde & Aristo. passiuas qualitates diuidit, cõtra ea quæ sunt à passione, solet etiam afferri quędam oppositio ad ea quę dicta sunt, quandoquidem illud scilicet passionem ingerere, uel ex passione fieri passibilem, passiuam qualitatem, indicet solum habitudinem illius, ex quo fit ex aliquo uel illius quod efficit in aliquo, quam quidem nũquam diceret Aristoteles esse passiuam qualitatem. Verum nos respondebimus ad hoc, ꝙ qualitas passiua non dependet ex habitudine, sed ipsa alteri aduenit, sed propriũ passiuæ qualitatis, consideratur secũdum ipsam transmutationem, quę nõ est secundum esse, quandoquidem hęc non sit propria qualitatis, sed pręsupposita substãtia, qualitas aduenit ipsi, tãquam etiam ipsa aduemat ipsi esse. Hęc itaq; de dubitatione dicta sint. Cæterũ tertia species qualitatis, differt à prima, sicut Porphyrius & Iamblicus tradunt, quia illę qualitatis primæ speciei perfectionem habent ex doctrina, hę uerò tertię speciei, per naturam insunt. Sed forsitan pace Porphyrij, ea etiam quę natura insunt in illis qualitatibus primę speciei, complectuntur, sicut caliditas, frigiditas, & huiusmodi alia, tamen differentia est, quia hic traduntur quatenus sunt secundum passionem, ibi uerò quatenꝰ sunt dispositiones, & habitus. Item a qualitatibus secundę speciei differunt hæ tertiæ speciei, quatenus illę considerabantur, quatenus erant potentia et aptitudines, hę uerò sunt magis actus, & secundum formam quandam subsistunt. Verum si quis cupit adiscere ordinem ipsorũ dicẽdum est, ꝙ specificatio quę ex passiõe & transmutatiõe fit, deficit a qualitatibus per se naturalibus, & ab his quæ sunt primę speciei, & quæcũq; sunt secundum actum, & quęcũq; secundum naturalem potentiam primò consistunt, & alterationes secundum motum differunt inter se. Proinde Architas uidetur ordinasse speciem qualitatis secundum passionem, ante speciem secundam naturalis potentię. Et forsitan hoc magis rationem habet, quia quod actu est, oportet pręcedere id quod potentia qualitercũq; est. Sed hoc etiã sciendum est, quòd Architas totam hanc speciem qualitatis, in passione proprie uersari, & specificari tradit, & hoc ipsius commune elementum tradidit, complectens simul communi diffinitione passiuas qualitates, & passiões, quo pacto multa dubia euadit, & simul naturam ipsorum diffinite complectitur. Nam hæc species qualitatis puta non est, neq; sine materia & corpore neq; i forma specieuè fixa est, sed uidetur quędam natura media esse corporum, & formatum, specierumuè, quę quidem assimilatur corporibus secundum passionem, & quatenus species fit a passione, uel assumit formam in seipsa a specie, sic cognata est rationi, & formę. Vnde quod immutatio aliqua, & alteratio consideretur secundum tales qualitates, perspicuum est. Nã hoc uisu comprehenditur, sed illud inquisitione dignum est, forsitan ne talis mutatio sit causa talium qualitatum, sed ipsa, quantum non sine ratione est causa. Equidẽ ipsa forma cõsiderata in ipsa proprie qualitatem constituit. Nam motꝰ est tanquam id quod in ordinę materiæ prius supponitur, & prius ministrat principali causæ quę est pars, descendens a ratione, & informans motum indefinitum, quæ etiam neq; patitur, neq; alteratur, sed etiam passionem ingerit, uel in passione principaliter consistit. Forsitan autem uerum est dicere, quòd secundum eũdem sit passio in subiecto, itaq; & in coloribus, mutationes fiunt circa compositum corpus, sed rationes singulorum colorum sunt in natura quorum distributio fit, & participatio quatenus corpora participant colore. Item inquirere dignum est, quid sit hęc passio. Nam passio dicitur uel destructiua substantia, ut putrefactio corporis, inducens corruptionem illi quod putrefit, uel oppositum huic facit scilicet conseruans subiectum ꝑ transmutationem, ut sit tale, secũdum naturam fiat, passiones conseruant & continuant sensus secundum se, tanquã sensitiuos, etiam alio modo dicitur passio ipsa transmutatio, ab eo quod est in potentia in actum, ut quando cera in diuersis formis ficta, formataq;, diceretur pati, fieri quoq; potest hoc modo, ut passiones diuidantur secundũ species motuum. Nam passiones uel fieri secundum substantiam, uel secundum quantum, & passio quæ nunc quęritur nec secundum substantiam, nec secũdum quantum est passio, immo neq; omnis passio qua quales dicimur quandoquidem hoc genus passionis, quod hic inquiritur sit una species qualitatis determinata, sed siquidem est passio in qualitate, quę consistat uerseturq; in fieri ac in transmutatiõe, ad eas quę sunt secundum actum passiuæ qualitates, talis passio erit huius speciei. Nam mitta sunt quasi pręparationes passiuarum qualitatum, quocirca Aristo. in metaphysica passionem diuidẽdo inquit passio quidem dicitur uno modo qualitas, secundum quã alterari contingit, uelut album & nigrum, dulce, amarũ, grauitas, & leuitas, & quęcũq; alia huiusmodi. Altero uerò modo, passio est actus alterationis, adhuc illę alterationes, & motus sunt magis nociuæ & acerbissima nocumenta, adhuc magnitudines calamitatum, & aduersitatum passiones dicuntur, nam alterationem eam etiam quæ secundum actionem alteratio est, & nocumentum motum, & alia huiusmodi, uelut motꝰ reduxit, & collegit sub passione quo circa apparet meritò quòd Aristo. non segregauit passiones a qualitatibꝰ, nam circa alterationem, & motum passionum, subsistunt passiuæ qualitates, & complentur, & specificantur ab ipsis. Imperfectum uerò tanquam in ordine materię præsupponẽ, & cognatum qualitatibus esse, meritò passionum comprehenditur. Postremò quia permanentia, & difficile mobile

uidetur esse proprietas passiuę qualitatis, distinguēs ipsam à passione, idcirco non est permanentia ita intelligenda, sicut illa quæ est in habitu, sed oportet intelligere permanētiam illam, quæ est proprie passionum. Nam oportet id qđ quale esse existimatur, qualitercūq; manere, ut sit & dicatur qualitercūq; quale, non permanentia specificatum, ut habitus, sed permanentia qualitatis in passione. Item quia passiuas qualitates diuisit, in passiuas qualitates animę, et corporis, inquirendum est, si stupor irę & alia, sint animæ propria, an communia etiam corpori aialiuē, si ergo Arist. placet i primo libro de anima, talia proficisci, oririq; à corpore ut sępe facile commouemur ad iram, etsi parua sint ea quæ nos prouocant & sæpe cum magna fuerint, non commoueamur, quando itaq; affectio non mutat corpus, neq; prouocamur ad passionem, si ergo hoc ita se habet, uocauit has esse affectiones animę, quatenus ipsa dominatur, et præstat in animali composito. Nam constitutiones cognatæ animæ ad ipsum corpus tendentes, in generationem, & seipsas non temperantes continentesue, sed à corpore impelluntur, hę cum sint materialiores, causę sunt passionum animæ. Itaq; de his hæc dicta sine. Cæterum tēpus est ꝓficiscendi ad quartam spēm qualitatis, quā Arist. subiūgit.

Quartum aūt genus qualitatis, figura & circa unumquodq; existens forma, adhuc autem cum his rectitudo, & curuitas, et si quid aliud simile est his, secundum unumquodq; enim horum aliquid dicitur quale, eò enim quod triangulare uel quadrangulare sit, quale aliquid dicitur, & eò quod rectum, & curuum, & secundum formam unūquodq; quale quid dicitur. Rarum autem, & densum, non asperum, & planum, uidebūtur utiq; quale aliquid significare, uidentur autem aliena esse talia, ab ea quæ secundum quale dispositione, positionem enim quandam partiū magis uidetur unumquodq; significare. Spissum quidem enim, eò quod partes sint prope inuicem, rarum autem, eò quod distent abinuicem, & planum quidem eò quod in recta aliqualiter partes iaceant, asperum autem, eò quod hoc quidem excedat, hoc autem deficiat. Forte quidem igitur & alius utiq; aliquis uidebitur modus, qualitatis. Sed qui maxime dicuntur, fere tot sunt. Qualitates quidē igitur sunt, quæ dictæ, qualia aūt quæ secundam ipsas denominatiue dicuntur, uel quomodocūq; aliter ab ipsis. In plurimis quidem igitur, & fere in omnibus, denominatiue dicuntur, uelut ab albedine albus, & à grammatica grammaticus, & à iustitia iustus. Similiter autem & in alijs. In quibusdam autem, quia ut iacent qualitatibus nomina, nō contingit denominatiue ab ipsis dici, puta cursiuus, uel pugillatiuus, qui secundum potentiam naturalem dicitur, à nulla qualitate dicitur denominatiue, nō enim iacet nomen potentijs his, secundum quas isti quales dicuntur, sicut scientijs secundum quas pugillatiui, uel luctatiui, qui secundum dispositionem dicuntur, pugillatoria enim scientia dicitur, & luctatoria. Quales autem, qui ab his denominatiue dispositi dicuntur, aliquando autem & nomine posito, non dicitur denominatiue, quod secundum ipsam quale dicitur, uelut à uirtute studiosus, eò enim quod uirtutem habeat, studiosus dicitur, sed non denominatiue à uirtute, non in multis autem, est quod tale. Qualia igitur dicuntur, quæ denominatiue à dictis qualitatibus dicuntur, uel quomodocūq; aliter ab ipsis.

Meritò quartum & ultimum ordinem assignat huic generi, uel speciei qualitatis, quandoquidem cōsistat in superficie, & uelut extrinsecum in extremo corporis fit. Verū hoc genus multipliciter, multasq; partes habet, & primò in ipso continetur figura, quæ uno uel aliquibus terminis continetur quę etiam, & plani & solidi est terminus. Verum ipsa non est sumenda hic, secundum multitudinem linearum & superficierum nam hoc modo figura esset quantū, neq; accipienda est secundum colorem, sed secundum aliqualē superficiei figurationem scilicet quatenus in angulum redigitur, uel sine angulo est. Deinde cum dicit, & circa unumquodq; forma. Sciendum est, ꝙ forma dupliciter dicitur apud Aristo. uno modo de substantialibus formis, alio modo de pictis, & formis quæ sunt qualitates superficiei, nūc igitur forma consideratur, non secundum substantialē formam, quandoquidem talis non sit qualitas, sed consideratur quatenus aduentens substantialibus formis circa superficiem apparet, quatenus dicimus aliqua esse pulchra & decora, uel deformia, & dedecora. Nam tales formæ qualitates sunt, sed hæ qualitates, quæ circa colorem & figuram consistunt. Verum animaduertione dignum est, ne forte & illarum sint contentiuæ, quāuis hoc Iamblicus non amittat. Proinde quidam putant formam dici de his formis, quæ in solo animali sunt, & figura de his quæ sunt in his ipsis inanimatis, sed neq; secundum artificialem consuetudinem, neq; secundum multorum usum, bene recteq; hęc dicuntur, nam & nomina alternatim animatis & inanimatis tribui solent, quandoquidem figura similiter dicatur de animatis, & forma de ipsis inanimatis, cuius usus & utriusq; sic dicti ratio, testis est, nam si secundum terminum superficiei & ipsius typum, forma dicitur, profectò hoc modo, nihil etiam insinuatur quod uitam habeat, ut possit in animatis congruere, figuræ quoq; terminus non prohibetur, quin naturalibus, & corporibus animalium cōueniat. Sed forsitan dicendum est, figuram dici de sola circunscriptione extrinseca, & forma de commensuratione, uel de ꝓportione eorum quæ terminantur, nam terminum speciei, in superficie forma imitatur. Verum quidam intelligunt formam duntaxat naturalibus congruere, quam opinionem uidetur Iamblicus admittere, in his quæ deinceps dicit, perinde ac forma dicatur de mathematicis, & prorsus de figuris, & propter hoc, inquit Iamblicus, dictum esse ab Aristo. circa unumquodq; forma, quia ueluti materialis, in indiuiduum collocata est. Proinde Iamblicus inquit, rectitudinem & curuitatem dici quandam communem qualitatē, de geometricis figuris & forma, & propter hoc commune & extensum ad utrāq;, & comprehensum in formis, et figuris communiter, ac quia in plus se habet quàm utraq;, propter hoc seorsum numeratur, nam ut ipse ait, linea quatenus linea quanta est, sed recta quatenus recta uel curua, intelligeretur esse qualia, similiter superficies quatenus superficies quāta est, sed quatenus plana, uel decliuis, erit qualis, similiter in forma (ut ait) hæc considerantur. Sed pace Iāblici, forsitan rectitudo & curuitas linearum, inerit lineis et superficiebus secundum seipsas, sed formæ non secundum se, sed secundum accidens quatenus forma cōplectitur figuram (ut mea est sententia) quod si aliquid aliud his rectis & curuis simile, ceu figuram instar elicis, et chioclę, aut instar coni, & instar lenticularis quę sunt figuræ appositę, profectò id eale, & quæcūq; talem mixtam habent naturam, ex rectò & circulari, sicut geometræ asserunt. Quamuerò hæ figuræ, & formæ sint qualitates, probat per diffinitionem qualitatis, nam si aliquid dicitur quale, ab unoquoq; eorum, & illud a quo aliquid quale dicitur, qualitas est, itaq; unūquodq; eorum erit qualitas. Proinde subdit, rarum & densum non denominari a raritate & densitate, neq; aliqua qualitercūq; se habentia, facere rarum & densum, sed rarum, et densum fieri, propter distantiam partium, uel approximationē adeo inuicem, ut si aliquod corpus ætherogeneum incidere, hoc dicitur rarum, ceu spongiæ & pumices, sed dēsum est illud, quod habet partes cognatas & connexas adeo prope, ut nullum ętherogeneum intercipi posit, ceu in auro, et ferro, id consideratur, si ergo hæc magis positionem partium indicāt, et non caractērē proprietatemue, profectò non erunt qualia. Item lene, politumuē illud est, cuius partes æqualiter in rectum iacent, ceu in extensis marmoribus, asperum uerò est illud, cuius partes non ęqualiter iacens, sed partim prominent, partim

submissa

submissa sunt, ceu quælibet in ferra, quippè quę talia significant positionem, positio autem, uel est in prędicamēto ad aliquid, ut dictum est in illo p̄dicamēto, uel sub p̄dicamēto positiōis reducit. Etenī posita, q̄dā positionē significat. Sed animaduertendum est, ꝙ forte raritas & densitas, leuitas & asperitas, qualitates quędam sunt, secundum caractetem & assignationem, sicut caliditas, & frigiditas quæ & quādam positionem significant, iuxta partium ordinem, & neq; mirnm est, si idem secundū alind, & alind, sub alio & alio prędicamento reducatur, sicut etiam Aristo. & ei⁹ expositoribus uidetur. Vnde complēs, perficiensq; species qualitatis, statim subiunxit hæc. (Forte quidem igitur, & alius uidebitur modus qualitatis) quodquidē dicit nō insinuando philosophicam cautionem, ut quidam putant, neque quia difficile sit diuidere rationem primorum generū (ut alij existimant) neq; quia differentias insinuet secūdū quam rationale & irrationale, & alia considerātur, qualia substantialia, & diuisiua generum, nam illa sunt magis substantiæ, & non qualitatis. Equidem si qualitates essent, nō hoc modo in ultimum ordinem proiecta essent. Verum Andronicus quintum genus qualitatis adducit, in quo ultimū ordinem proiecta essent. Verum Andronicus quintum genus qualitatis adducit, in quo raritatem & densitatem, leuitatē & grauitatē, subtilitatē & grossitiem eā scilicet grossitiem, subtilitatem, quæ non secundum mollem dicitur grossities, sed quatenus dicere solemus, aerem subtilem esse, & aquam subtiliorem, nam qualia inquit, ipse omnia talia dicimus, eò ꝙ à qualitate per se uidemus. Similiter quoq; diaphanum, & umbrosum, opacumuè dicimus esse colorem, quare inquit uel est ponendum hoc esse aliquod aliud genus qualitatis, uel copulandum est, cum passiuis qualitatibus. Nam eò ꝙ corpus aliquod patitur, unūquodq; istorum tale fit. Verum hæc differunt ab illis passiuis qualitatibus, quia non sunt passionis inferentia. Eudorus quoq; grossitiem & subtilitatem in alterum gen⁹ collocat, & alio modo, atq; alibi esse, hæc nō uult. Sed Achaicus has grossitiem scilicet & subtilitatem in quarto genere ponit, tanquam consequentes rarum, & dēsum, quas inquit Aristo. insinuare per hæc uerba magis, cum dicit. Forte autem & alius modus, ubi uidetur ordinasse illas in generatione, & corruptione, calido, & humido frigido, & sicco, & omnia ista sunt, graue, leue, durum, molle, asperū, lene, grossum, & subtile. Sed quomodo aliquis hæc admittet, cum ab ipso Aristo. nullum genus dictum sit, sub quo hæc ordinantur? sicut in primo erat habitus & dispositio, & in secundo naturalis potentia, & in alijs unum aliquid aliud? Itaq; melius est dicendum, ꝙ secundum ueritatem sunt aliqui alij modi, etiam quos Arist. tradit in metaphysica, tanquam in perfectiore facultate, sed hic tanquā introducendi causa, eos maxime qui discere uolunt hæc, exposuit, tamen communiter de omnibus speciebus subiūgit, dicendo. Qualitates quidem igitur sunt illæ, quæ dictæ sunt, & qualia secundum ipsas denominatiuè dicuntur, uel quomodocūq; aliter ab ipsis. Vnde hoc dixit, quia quędam denominatiue dicuntur ut ab albedine album, quędam uerò æquiuoce, ut triangulus, quadratum, & unaquęq; aliarum figurarū. Nam in his triangulus est qualitas, & participās qualitate uocatur. Item in quibusdā ambo nominata sunt, ut grāmatica, & grāmaticus, & in q̄busdā neutrū denominat, ut aptitudo ad grammaticam, & his qui sc̄dm ipsam apte dispositus est, in quibusdam quoq; alterum solum nominatum est scilicet quale, ut in cursiuo, & pugillatiuo. Nam aptitudines sunt sine nomine, quandoquidem pugillatiua, & cursiua sint scientiæ secundum actum, à quib⁹ pugilles & cursores quales dicuntur, nam cursiui, & pugillatores eos significant, qui potentia sunt quales, denominati à specie habitus comparati, alicubi quoq; ponitur nomen habitus, ceu nomen uirtutis, quod tamen quale secundum ipsum aliquid non dicitur, nam nemo diceretur uirtuosus, sed studiosus, non à uirtute denominatus est, quemadmodum neq; literatus à grammatica, in quibusdam quoq; uariantur nominum significationes, circa rerum significationem, propter enormitatem usus, nam iustus secundum nomen a sententia iudicioq; litium denominatus est, sed secundum res a iustitia denominatur. Equidem iustus secundum dictionem a iustitia denominatur, quemadmodum prudēs a prudentia, sed secundū res non habent deriuationem. Vnde propter hęc omnia Aristoteles adiecit in textu, uel quomodocūq; aliter ab ipsis, ubi hæc reduxit ad id quo nomina qualitatibus non imponuntur, ceu accidit impotentijs naturalibus, uel reduxit ad consuetudinem, quæ nō habet alterum in usu, ceu liquet in uirtute, & uirtuoso. Vnde constat, ꝙ hæc rarò accidunt, sed pleraq; denominata sunt a qualitatibus, a quibus habent esse qualia. Hæc igit̃ est uerborum contextus expositio. Reliquum est ut cōuertantur ad singulas quæstiones, & dissolutiones, sed prius facienda est ipsorum diligenter distinctio. Stoici itaq; tradunt figuram prębere tendentiam, uel tendēdo fluxum, sicut etiā intermedium punctorum distantiam habet, iccirco etiā diffiniunt lineam rectam esse illam, quæ tendit in extremum. Sed pace eorum, tolleretur mathematica substātia. quę immobilis est, & ab omni alteratione, & ab omni fluxu, & tēdentia est semota, cùm ab omni alteratione etiam seiuncta sit. At si quis putat incorpoream substantiam figurarum dubitabilem esse, an sit, siue seorsum a subsistentia sit, is tamen putat non sermonē fieri de figuris, quę sunt in corporibus, quo pacto etiam dicemus secundum Aristo. defluxum, progressumq;, aut prorogationem, nō esse figurę causam. Nam motus, & transmutatio hoc modo causa qualitatis fieret, quod nec Aristoteli placet, nec rationem habet. Nam qualitas consideratur secūdum terminationem, motus uerò est res interminata, & magis appetens terminari. At si quis duplices figuras esse supponat, partim incorporeas (ut Plato ait, esse ideas circuli, & aliarum figurarum) & partim nonnullas distributas in corporibus, & tertio quasdam secundum quandam aliam intermediam naturā idearum, iterum quæ fiunt consequens erit quærere, an aliter sint figuræ incorporeæ, & aliter sint corporales, atq; si nunc dicuntur figuræ secundum communem rationem harum ambarum figurarum, uel secundum solam consideratam figuram, in corporibus. Item nūquid id quod in figurea quasi dominatur, fiat a qualitate figuræ, tanquam ab altero quodam quod sit aliud ab ipso quod obtinetur a figura, nisi ꝙ neq; temperans, dominansq; non sit aliquid, sed solum in ordine effectus figura consideretur, quæ aliter inhereat naturæ rerum, quatenus solum terminata est, sed nullum commune corporum & incorporeorum erit quædam species prior, tanquam ab utrisq; distincta. Nisi forte aliquis dicat incorporeas figuras ueluti causam quandam exhibere, communem principalem uirtutem, his quæ figuris corporalibus formata sunt, quæ uirtus principalis uisibiles figuras connectat, & coniūgat sibi, at simul idem sit, quo pacto aliquod commune habebunt. Atqui hoc Arist. suppositionibus, non cōuenit. Vnde neq; aliquis ponet meritò aliquod temperans, & dominans in figura qualitatis. Nam apud Aristotelem, qualitates hoc modo non operantur, sed solum possidentur. Verum si quis de ipso ordine effectus (quo figuræ sunt) hoc modo dixerit ipsas esse, ut tāquam accidentia aduenientia secundum consequutionem, uel a casu, profectò huius uerba non admittemus. Nam nihil eorum quæ secundum naturam fiunt habet talem subsistentiam. Quod si his dixeris, figuras corporibus naturalibus aduenire, secundum participationem specierum quarūdam, & rationum naturalium, tum suscipiemus, & considerabimus figuram esse secundum se, & a tali causa produci. Cæterum quoniam quidam figuram (sicut etiam colorē, dulce, & durum) in prędicamento ad aliquid, ponunt, quia ad sensum referuntur, perspicuum est, ꝙ isti omnia confundunt. Nam hoc modo, substantia & alia genera sensitiua, erunt ad aliquid, sed oportet diuidentes singula ipsa, sc̄dm se in proprijs generibus eadem collocare, & tunc dicere illa tanquam sensibilia sensum, esse de numero eorum quæ

sunt ad aliquid. Præterea, considerandum est, de forma si subsistat secundum qualem figuram, ut quidam putant, & aiunt Aristotelem propter hoc ipsam simul cum figura posuisse. Sed hoc Andronico non placet, neq; uerum est. Nõ enim uidetur, eò ꝙ figuram simpliciter dixit formam non simpliciter, sed dixit & circa unumquodq; existẽs forma, quod secundum figuram consistat forma. Nam sermonis explicatio manifeste & inuicem distingui, quãdoquidem figuram tradit, tanquam cõmune aliquid, & pluribus secundum numerum, uel secundum speciem differẽtibus cõueniens. Formam uerò insinuat esse id quod cum singularibus corporibus naturalibus, pręsertim si in extremitate existit, ceu quã rationea diuisæ in ipsis sensibilibus, quæ fiunt extremum uestigium ipsorũmet imprimunt corporibus, quod cõueniens & oppotrunum sit unicuiq; rationi, itaq; ppter hæc aliquis diceret Aristo. plantam, non esse, ut forma simul subsistebat, cum figura quædam sit. Quo uerò neq; recta sit talis opinio, hinc facile adiscere possunt. Nam figura penes extremitatem mollis esse intelligitur, forma uerò penes terminationem speciei. Item commensuratio, & incommensuratio figuræ secũdũ longitudines & latitudines esse tribuuntur sed forma, decor, & dedec⁹, comperiũt, ubi non remouetur relatio, atq; habitudo eius ad speciem, tamen non est putandum hæc esse inuicem eadem, neq; unũ ex altero dependere. Si igitur dicamus, ꝙ secũdum speciei formationes, & ea idola quæ intrinsecus apparẽt optima formatio eorum, & conseruans uestigium speciei, & id quod potest connecti ad rationem, est commẽsurabile, certe cõtrarium eius erit incommensurabile, & hoc modo secundũ talem commensurationem, & incõmensurationem, forma cõsideratur, quo pacto magis proprie assignaremus de ipsa rõnem. Veruntamen Iamblicus inquit, hoc non cõplere & perficere formã. Equidem diceret aliquis, ex figuris aliqualibus cõmensurationibus, & aliquali etiam colore, & raritate, & densitate, formam compleri. Nam talis ordinatio plura redigit, & complectitur in idem, quę quidẽ Arist. separatim posuit, & non sunt, & nõ potest talis ordinatio puram formæ proprietatem animo concipere. Itaq; hæc omnia sic ad uerbum cum Iamblicus de forma statuat, ac proferat, meritò eis mens adhibenda est, ne fortè sequatur ex his quę ipse dicit, formam esse contẽtiuam figurę, & coloris. Nam si forma consideratur secundum terminationẽ, & superficiem speciei, & species erat omnium contentiua, secundum unam rationem, profectò & terminis ei⁹ cõtinebit terminos omnium. Verum si forma diceretur compleri ab alijs, sed non tanquam ex partibus uel elementis, à quibus sit distincta, nihil absurdi diceretur, perinde ac sit quędam communis compræhensio omnium. Nam qui uidet rectitudinem, & obliquitatem, figuris cõmunem esse, etiam formam ipse esse dixit, & nullum absurdum uidebatur, si postquam tradiderat propria, & quę communiter insunt ostenderit. Dicit quoq; symmitatem, & aquilinitatem narium, non oportere principaliter reducere ad formã, sed magis ad curuitatem, qui pulchre adiecit illud principaliter. Nam sicut forma simpliciter non à symmitate, uel aquilinitate, sicut neq; ab albedine uel nigredine, sed poti⁹ ab obliquitate & uniuersaliter à figura, quemadmodum etiam à colore completur. Vnde hoc rectè additum, non est prætermittendum scilicet ꝙ communitas in his dictis, secundum quartam speciem qualitatis consideratur haberi, quatenus est quædam communis extrema circũscriptio, & ultimus terminus eorum, quæ secundum distantiam, uel secũdum aliquam aliam proprietatem potentiæ, terminantur, sed hæc etiam meritò addenda est. s. ꝙ circa terminationẽ naturę terminatur, quocirca etiã hoc genus multiplex est, & pluribus utitur differentijs. Item quispiam poterit contradicere Aristoteli assignanti causam rari, & densi. Nam distantia partium adinuicem, uel propinqua positione, & & coherentia rarum, & dẽsum, determinatur, si quis sectã Democriti confirmare & tueri uoluerit. Etenim ille inquit, illa corpora atoma in idem conuenientia, & coeuntia, densum constituere, sed si eadem inuicem distiterint, & multo uacuo intercepta fuerint, tunc efficietur rarum. Sed hęc absurda sunt, nam si materia unita est, & sibijpsi consentiens, ac per uniuersum ea quæ sunt qualia, dicuntur esse qualia, profectò rara & densa per uniuersum erunt unita, & ipsismet consentient. At ille qui assignat causam per distãtias, is efficit quale esse quoddam aduentitium positionis, secũdum figuram. Verum ad hæc Iamblicus inquit, duplex rarum & densum ponimus esse, unum quidem in speciebus est, quod etiam per totum uniuersumq; adest substantiale est, quod etiam magis habitus proprium esse cõsideratur, ut est rarum aeris, & ignis, quod inest ipsis secundum substantiam, aliud est acquisitum etiam extrinsecus, ut in figura consideratur, quodquidem in spongis, & in pumice, uidetur ubi uacuum aliquod intermediũ, non incidit, sed ibi sunt figurata solida circũscripta, secundum figuram in quibus circũscriptionibus, subtiliora corpora à solidis continentur, quare non omnis raritas, & densitas, à positione seiuncta est. Nam etsi substantialis raritas, & dẽsitas, nequaquam sit, secundum positionem, tamen illa quę secundum figuram consideratur, secundum positionem qualium figurarum propriè determinatur, unde etiam prohibetur qualitas esse. Nam à positione minimè egreditur, sed specificatur secundum illam. Sed hæc sententia distat ab opinione Democriti, quoniam hic non de raritate & densitate quæ in elementis est hæc tractantur, sed de illa raritate, & densitate, quæ simul cum formis & figuris subsistit, sed rara, & densa, quæ in elementis ubiq; extenduntur, sunt species & formæ elementorum, quæ etiam nullaten⁹ inter se aliquo medio, neq; uacuo, neq; corpore sunt itercepta, atq; distracta. Sed illa rara & densa, quæ secundum figuram secũdo modo consistunt, dicuntur etiam aliquo modo consistere secundum positionem, & non habeant causam qualitatis, sed positionem dẽsitatis, & raritatis. Similiter quoq; de polito & aspero quæ dubitarentur, possunt solui. Vnde Eudoxus dubitat, cur rarũ & densum, politũ, & asperum significant positionem, & curuitas, ac rectitudo nõ significat eãdem? Ad quod dicendum est, ꝙ positio consideratur circa alia corpora, quæ sunt in loco, uel circa lineas quæ sunt in superficie, sed rectitudo, & curuitas, determinant qualitatẽ circa ea quæ habent positionem, & non est in positione, neq; secundum eam specificantur. Verum Nicostratus, raritatem, & densitatem, qualitates esse contendit ostendere, quippè qui asserit ignem rarum esse, & aerem, & terrã dẽsam, non secundum positionem, sed secundum qualitatem. Sed his respondẽdum est, ex uerbis diuini Iamblici, quòd utrũq; eorum duo significat scilicet positionem partium, & qualitatem, positionem quidem uelut in telis, & texturis significat, & qualitatem, ut in aere. Verum hæc distinguenda non erant, ad introductionem. Nam aliud est rarũ, cuius partes distant inter se, & non quia uacuũ intercipiatur, sed quia aliquod corpus æthereogeneum, habitibus intercipitur. Equidem aer non est rarus, eò ꝙ partes ipsius inuicẽ distent, sed quia leuis & facile diuisibilis est, propter quòd erit aer rarum, secundum qualitatem, & non secũdũ positionem. Verũ Iamblicus inquit eiusmodi raro nõ densum, sed solidum contrarium poni debere, eò ꝙ solidum difficulter diuisibile est, & graue est, quodquidem erit secundum qualitatem, sed illud secundum positionem, reducetur ad prædicamentum ad aliquid. Atqui considerandũ est, quare significatum solidi, sit raro oppositum. Nam si hoc erit triplici dimensione, demensum, huic certè superficies & linea opponentur, si autem fuerit forte oppositũ eius, erit debile, etsi fuerit diuisi difficulter diuisibile, quandoquidem hoc habeat propter duritiem, oppositum ei⁹ erit molle, etsi fuerit densum, propter partium constrictionem, oppositũ eius erit rarum, & tunc huic raro propriè non solidum, sed densum erit oppositum. At Plotinus non uult audire duo significata, raritatis & densitatis, quorum unum redigatur ad prædicamentum ad aliquid, & aliud ad qualitatem, sed uidet ac uult raritatem, & densitatem, esse solã qualitatẽ.

Nam

Nam rara, & densa, non sunt in ipsis distantijs, quod si quis concederet idem esse qualitatem, & distensionem, dicendum est ad hoc, quòd hoc duplex secundum naturam non oportebat confundere. Nam uiri Philosophi munus, est, explicare differentias, quæ sunt in his, quæ inuicem communicant. Sed alij aiunt non oportere distensionem sub alio prædicamento redigere. Nam substãtia unita, & una est. Ac qui prius diximus, ꝙ Arist. hic primas, & elementares partiũ positiones, causas esse nõ efficit, sed eas positiones quę sunt iam in compositis circũscriptæ, quæ etiam distractę à subtilioribus corporibus, sub sensu non ueniunt, sed habẽt aliquo modo in distantia unionem, & compunctionem inter se. Stoici autem potentiam, uel potius motum potentem, rarum facere, & densum, ponunt esse causas, quarũ alia est ad extra, & alia est ad intra, & aliam putãt esse causam ipsius esse, & aliam huius ut quale sit. Sed hæc nõ repugnant his, quæ diximus, quandoquidem sermo nunc minimè fiat de speciebus & formis naturalibus, sed de raritate appropriate, quæ considratur secundum distantiam. Achaicus autem recusat ea quæ dicta sunt, & raritatem reducit in pręd icamento ad aliquid, & ad quandam alteram speciem finitã qualitatis, neq; ponit ipsam in passiuas qualitates, ut Andronicus, immo nõnullas earum qualitatum, quæ in quarto genere qualitatis ponuntur, ut subtilitatẽ et leuitatem inquit, consequi raritatem & grossitiem, & grauitatem, consequi densitatem. Sed quomodo raritatem & densitatem in quartam speciem qualitatis reducuar secundum Aristo. sententiam, manifestum non est, quandoquidẽ ipse manifestè ipsas à qualitate excludat, quod si etiã qualitates sunt, quõ sub quarto genere q̃litatis reducent? quã doquidem hæ totæ per uniuersum subiectum penetrant, ubiq; & à subiectis esse recipiant, sed quartum gen⁹ econtrario est earum qualitatum, quæ superficiei eo⁹, & extrinsecus adueniunt. Cum ergo nonnulli hoc in loco sermonẽ de lenitate, & raritate faciãt, proinde necesse est de his etiã pauca differere, & dicere ꝙ graue & leue in ponderibus, quod utitur ampliori & minori inclinatione, & momento, quantũ est, siquidem etiam Architas determinauerit pondus secundum inclinationem, esse unam speciem quanti. Sed graue, et leue, quatenus sunt proprietates corporum, secundum quas aer dicitur leuis, & ignis leuior, aere, ac terra grauis & grauior aqua, sic significant qualitatem. Eodẽ quoq; modo, gracile & grossum, quateo⁹ in molle sunt, & mensurant secundum ipsum, tũc considerantur in quanto, sed quatenus sunt proprietates designãtes, erũt qualitates, itaq; quærendum est nũquid quæcũq; istorum nõ collocentur in quanto, sed secundum characterem considerentur, sicut in alia specie, præter dictas quatuor species qualitatis, sicut Andronicus, & Plotinus existimant, aut sint sub una quatuor specierum? Verum hoc perspicuum erit, si nouerimus de ipsa grauitate, & leuitate, quæ sint. Etenim si caliditas extendens corpora, facit suapte natura corpus leue, & frigiditas congregans, facit graue, profectò grauitas & leuitas reducentur ad genus passiuarum qualitatum. At si leuitas consequitur calidum, & frigidum, grauitas, & caliditas, & frigiditas, sunt factiuę qualitatis, & graue & leue apta non sunt, neq; facere aliquid neque pati, profectò uidebuntur illæ in passiuas qualitates reduci, & grauitas & leuitas in aliud quoddam genus proprium, immo si secundum substantiam elementis insunt, profectò uidebuntur, neq; esse qualitates. Item si illud quod suscipit istas est quale, & quale dicitur, & habebit differentiam substantialem suam, certè etiam hæ qualitates dicentur eorum corporum, quę participant formali charactere eorum. Sed uidetur quibusdam genus qualitatis adeo multiplex esse, ut in omnibus prædicamentis esse inueniatur. Nam quædam sunt substantiales qualitates, ut humanitas, & Socratio, quendam uerò sunt in ipso quanto, uelut lineæ rectitudo, & curuitas et in numeris, numerus, triangularis, & quadratus, & in ipsis etiã qualitatibus, qualitas consideratur ut in colore disgregatio, & congregatio, similiter etiam in prædicamẽto ad aliquid, habitudo dupli & dimidij, & in prædicamentis ubi, & quando inueniunt, quando dicere solemus locum esse boni aeris, & praui aeris, & bona temporis fœlicitas, similiter etiam in prædicamentis actionis, & passionis, actiuæ & passiuæ qualitates collocantur, in prædicamento positionis quoque ponuntur bene ponibile, & malę ponibile, & tandem in prædicamento habere, id quod facile est induibile, & contrarium huiusmodi. Item aiunt peruenire hoc genus qualitatis, etiam ad ea quæ non existunt, ceu dicitur hypocentauri fictio, uel chimerę cõceptio, atque peruenit ad ea quæ sunt, & tamen in aliquo tempore non sunt, ut cicadæ cantus in hieme. Nam huiusmodi talia, dicuntur non existere, quæ tamen sunt nata esse, tamen aliquo tempore, uel hoc modo non sunt. Sed horum hæc sola quidem figura loquutionis, insinuat qualitatem, ut humanitas & Socratio, quòd non sint qualia, alia uerò ut hypocentauri fictio, uel chimeræ conceptio, aut cicadæ cantus in hieme, prorsus neq; subsistunt, neq; habent aliquem intellectum, itaq; iuxta opinionem eius, qui talia aiunt, habere qualitatem, profectò qualitas esset de numero earum rerum, quæ non sunt. Sed de alijs quoque dicendum est, ꝙ illæ qualitates quæ sunt secũdum differentias qualitatis solius, propriè erunt in qualitate, & aliæ quæ considerantur in alijs prædicamentis, erunt etiam in eisdem, sed quatenus sunt uniuscuiusq; prædicamenti cõpletiuæ rationis, non exeunt ex proprietate illorum prædicamentorum, in quibus sunt ad genus qualitatis, sed quando aliter acciderint, tãquam extrinsecus determinantes proprietatem ipsorum, tunc tales qualitates intelliguntur seruantes, & in hoc additionem ipsius esse ex circunstantia, & adherentia. Sed forte apertius de eisdem dicendum est, ꝙ qualitas consideratur in substantijs, secundum substantiales differentias, sed in alijs generibus propriè in unoquoq; proprietatem generis determinando, est qualitas. Nam hoc est proprium qualitatis. Cæterum, quia dubitationes & solutiones dubitationum pertransiuimus, bonum erit conscribere, etiam adnotationes Iamblici, eudentius, de quarta specie qualitatis. Etenim indicat, ꝙ Plato posuit figuras præcedentes esse corporum constitutiones, tanquàm sint causæ essendi corporibus, & differentias qualitatum ratiocinatur, per differentias figurarum, dicens calidum esse quod componitur ex figuris acutorũ angulorum, quales sunt Pyramides, & frigidum esse illud quod minus talibus constat, ueluti icosædron, & in alijs similiter fit. Sed ille non assumit mathematicas figuras, quandoquidem illæ, neq; materiales, neq; naturales, neque in motu considerentur, sed Plato posuit plana materialia & naturalia, atque in motu uersari. Aristoteles autem, figuras neq; esse principia elemẽtorum supposuit, sicut Plato, neq; illas esse immobiles, & incorporeas, ac immateriales, sicut mathematici, sed materiales quidem consisteores in corporibus, & determinantes, ac informantes superficiem ipsorum esse, supponunt. Præterea, neq; Stoicorum opinio dicentium figuras esse corpora, sicut etiam alia qualia consonat opinionis Aristotelis de figuris, quia corpus quidem in quantitate consideratur, qualitas autem est diuersa à quanto, itaq; opinio Aristo. est media inter illas quæ asserunt figuras prorsus esse incorporeas, & eas q dicũt esse corporeas. Architas uerò recte talẽ opinionem explanabit, dicendo talem qualitatem nõ cõsistere in figura, sed in figuratiõe, quo pacto insinuat subsistẽtiã huius generis qualitatis, esse penes corpora, & ꝙ iam corporibus formatis, et figuratis, tales qualitates assistũt, quæ corpora iam partim sunt affirmata, partim uerò post formationem sc̃dm formas, & figuras stãtib⁹ qualitatib⁹, uel determinantibus ultimum ipsorum in ipsis mutationibus figurant. Itẽ indicat Architas, figuram nõ recipi proe corp⁹, sed solũ superueniens adesse corpori. Nã figurata cũ nõ sint figurę extrinsecus hẽt, circũpositã ipsimet figurã. Itẽ insinuat tales qualitates sufficiẽter subsistere, nõ fm suã

actionem,ſed quatenus ab alio recipiunt,quodqdẽ indicat illas eſſe figuratas,& non figurantes. Item patet ex eodẽ, tales qualitates non conſiſtere, ſecundum terminationem, ſed ſecundũ perfectionem reductam in aliud. Verũ Architas cum ſufficienter putauerit,in hoc genere qualitatis eſſe utendum ſolo uocabulo figurationis, ſolitus etiam in alijs generib⁹ qualitates,unicuiq; unũ uocabulũ & nomen adaptare,& minimè dicere plura nomina,quę explicent unũ, ac minimè unum diuidere in plura,hæc dixit. Sed Ariſto. diuidit unum ĩ plura,quãuis neq; ipſe ab uno recedat. Sed cum circa unum plura ſimul conſideret, quid ergo eſt hoc genus qualitatis, & quomodo unum exiſtens continuitate, in ſe multas differentias continebit? Niſi ſicut etiã pri⁹ diximus,deſcriptio nãq; eſt penes corpora, quæ eſt cũ naturalibus corporibus,quando exiſtens figuratum terminatio,ſecundum ſubſtantialem dimenſionem et naturalem,atque ſolidam determinata,quæ etiam in motu, & in materia intelligitur. Equidem ſicut dimenſionis terminus eſt figura,ita totius ſpeciei terminatio, uſq; ad ſuperficiem produxit formam,quæ ſit apparens ueſtigium ſpeciei,et ſit extrema extẽſio proceſſus rationis,ad exteriora. Similiter autem & rectitudo, æqualitatis rationem indicat ſimul extremam,ac curuitas inæqualitatis idem oſtendit,ꝙ ſi aliquis acceperit curuitatem eſſe circularem lineam,& his apparẽtiam rationis conuerſionis,in ſeipſam profectò oſtẽdet, & ita hæc omnia erunt ſecundum terminationem extrinſecus aduenĩetem,& termini aliquo mõ propè ſunt,et non longe abinuicem ſecundum extremum & ſuperficiale idolum, quodquidem conſideratur ſecundum determinationem circũſcriptionis, quocirca etiam ſub uno genere ordinantur, ſed quatenus modus extremorum proprietatis determinatur,ſecundum diuerſitatem unicuiuſque,tunc ſecundũ hãc ſpeciem propriam ſeorſum ab unoquoq; illorum oſtendit, & inſinuat,quo pacto etiam plura conſiderantur, & ambo ſaluantur. ſ. differentia plurium ſpecierum, & reductio earũdẽ ad unum gen⁹. Sed dices unde hoc genus ſit unũ? cum in ſe contineat plures ſpecies? Niſi à collocatione ſpẽi in alia,aliqd ultimum incorporeis proportionale ſpẽi termino ſequet,& hoc corpora determinet, ſecundum imaginẽ eorum terminorum,qui ſunt antiquiores, & principaliores in ipſis rationibus,à qua cũ ſit ſubſiſtentia ipſius qualitatis,quarti generis,& aduenit corporibus,uerũtamen exhibet ſecundam adminiſtrationem,& natura ſuſcipiẽtis,materialis tunc exiſtens,ſit,& extenſa,cõpoſitaq;,ac recipiẽs circũſcriptionem determinantem ipſam,ſecundum omnes proprietates,quæ circa ipſam conſiderantur, quibus non obſtantibus etiam ſit proceſſus unicuiuſq; ſpeciei, uſq; ad idola quæ circa corpora apparent,atq; ſit mollis materię; et ſenſibilis dimenſionis diuerſitas. Nam extremitas, terminatioue,in oĩbus his terminans extremum oĩum taliũ, conſtituit genus qualitatis,quod nunc inquiritur. Genus autẽ hoc,determinans,proprias naturas unicuiuſq;,et quodam modo ſpecificans, opportunitatem talem exhibet corporibus contentam,ut corpora uideri poſſint,atq; efficit molles,ut molles menſuratas eſſe, & infinitatem corporũ terminis diſtinguit,& ſeparat. Præterea, cũ hęc de quarto & ultimo genere qualitatis diſputata ſint,erit quoq; utile, numerare eos qui conati ſunt aliter diuidere genera qualitatis,& conſiderare ea quib⁹ inter ſe certò digladiantur. Plotinus igitur diuidit has corporis qualitates,qui cum animę qualitates dicat,non eſſe ſecũdũ ueritatem qualitates, ſic facit diuerſitatem, qui tamen cum ſolam differẽtiam oſtendat,eorum in quibus eſt qualitas,tamen non oſtendit differentiã qualitatis,quocirca etiam Ariſt. paſſiuas qualitates diuidendo,partim quaſdam animæ dicit eſſe, & quaſdam corporis,non diuertendo ſe in aliud gen⁹. qualitatis, ſed in eodem permanſit,qui quidem optimè nouit ꝙ receptaculum formarum uariatum,efficit diuerſitatẽ appoſitę regionis,& ꝙ nullum efficit differentiam formę inexiſtentis,uel caracteris. Item Plotinus,cũ diuidat qualitates corporis ſecũdũ ſenſus,in idem abſurdum incidit. Item (ut ait Iamblicus) unũ diuidit Plotinus in diuerſa numero, & nõ in differentia ſpecie. Nam ſenſibile inquantum ſenſibile, eſt una ſpecies, quãuis aliquid connexum unicuiq; ſenſui, ut proprium ſenſibile accipiatur,ſecundum numerum ipſa diſtinguat,quodquidem etiam Ariſtoteles inſinuat. Nam paſſiuas qualitates,ut ſenſibiles ad ſenſum ordinans, communiter ipſas ad omnes ſenſus reduxit,qui tamẽ eas qualitates, quæ ad unumquemq; ſenſum diſtinctum coniungitur,non adiecit,quia non facit diuerſitatem ſecundum ſpeciem, ſed ſolum numero differunt. Sed animaduertendum eſt, nunquid ſi ſenſus ſecundum ſpeciẽ inter ſe non differunt,ſi propria ſenſibilia ſenſum differrent, quorum differentiam ſpecificam nitebatur Plotinus ex ſenſibus oſtendere. Nam talis differentia ſecundum numerum in indiuidua, & in ipſa diuiſa,ut in hoc uiſibile,& illud, eſſe non poteſt. Quod ſi Ariſtoteles non diuiſit,uſq; ad diuiſionem numeralem, nihil mirum eſt,cum ſermonem faciat,atq; producat uſq; ad primam diuiſionem ſuprẹmorum generũ,in ſpecies,quodquidem oportebat, etiam Plotinum facientem diuiſionem ſuprẹmorum generum obſeruare. Equidem Plotin⁹ dixit, animæ qualitates ſecundum partes animæ,quãuis fieri poſſit,ut in pluribus partib⁹ eadem ſit qualitas,ut familiaritas & aſperitas,atque ut multæ qualitates in una parte animæ ſint,quoniam fiunt multæ uirtutes, ceu in parte rationali, multas ſcientias,& diuerſa ſpecie,eſſe dicimus. Verum poſt hoc diuidit eas qualitates, quæ plures ſunt rationalis partis ſecundum ſcientias et artes,& decidit uſq; ad extrema, & non ſiſtit pedem in compræhenſione,quæ ſit eorũ ſecũdum genus,ſicut fecit Ariſtoteles,qui omnes illas comprẹhenderat ſecundum genus habitus. Item non intellexit, ꝙ modo non expedit diuiſionem generum producere,uſq; ad ultimam exactã & abſolutiſſimam diuiſionem, ſed quòd ſufficit omnium generaliſſima, & ea quæ ſunt his cognata,(de quibus illa prædicantur) nunc ſolum tradere,quare neq; acceptandus eſt illę proceſſus diuiſionis, quo perfectiſſimè Plotinus diuidit,atq; apponit illas potentias,quę ſunt in parte concupiſcentiæ. Nam hæc eſt diminutio potius extremorum,& nõ diuiſio primorum generum. Nam omnis diuiſio debet fieri ſecundum propriã unicuiuſq; naturam. Nam quanto cõgrua diuiſio ſecũdum partes, quod quidem eſt diuiſibile in ipſis compoſitis, uel in ipſis incorporeis, quæ habent quandam in ſe ſubſtantiam ipſorummet remiſſiorem. Nam hæc diuiſio, à quantitate non eſt altera. Equidem quando aliquis qualitatem, non ut qualitatem diuideret ſcilicet quando diuideret eam tanquam totam, ubiq; præſentem,quatenus per eam quædam qualia ſunt, ac ut eadem eſt in paruis & magnis, & qualibuſcũq; partibus,ut dulcedo mellis eſt in quantiſcũq; mellis partibus,is profectò in hunc modum non rectẽ faceret diuiſionem,quandoquidem qualitas non ſicut apta nata eſt, ſic nitatur ipſam diuidere. Fortè autem, neq; illud uerum eſt, quòd omnis qualitas totum quale penetret, & ubique illius ſe recipiat, ſiquidem quarta ſpecies qualitatis conſiderabatur, quatenus ſuperficietenus aduenit, etiam ſi triangulus, & unaquæq; alia figura habeat lineas & angulos, quæ ibi in figura non ſunt. Nam in eodem loco omnes lineæ,neq; anguli cum lineis ſunt. Item neq; eadẽ qualitas corpori, & animæ adeſt, ut temperantia & nigredo. nullum itaq; inconueniens eſt,ſecundum hoc,ut animales, & corporales qualitates diuidantur, ſed ab òperationibus diuerſis exiſtentibus, argumentari diuerſas qualitates,prẹſertim quando ea quæ de potentijs in qualitates ſecundum eaſdem tranſducerentur, nam potentiæ cum ſint immanifeſtæ, ex operationibus quas producunt, cognoſcuntur, ſed qualitates manifeſtæ, qualia oſtendunt, per ea quæ ſunt altera qualia ab illis uiſa, & manifeſta, & ipſæ qualitates, dignoſcentur, per principaliſſima genera. Sed hic animaduertendum eſt, quòd etiam qualitates habent potentias, & quòd nullum abſurdum eſt, potentias ab operationibus, & à potentijs exiſtentias cognoſci. Verum quia Plotin⁹, diuidit qualitates animales, & corporales

iuxta proficuũ & nociuum, & mox diuidit proficuum, & nocumentum, tanquàm proprias differentias qualitatis, cum putat omne proficuum & nocumentum à qualitate prouenire, iccirco nos dicimus, quòd ille non conuenienter sic facit diuisionem, quia transit de quali ad aliquid. Nam mel idem cum sit secundum qualitatem, huic quidem proficuum est, huic uerò nociuum, similiter etiam unguentum, alijs quidem esse suaue & utile, sed scarabeis nociuũ & mortale, quare proficuum & nociuum non sunt qualia, sed ad aliquid. Deinde cur magis proficua, & nociua, afferunt differentias qualitatis, quàm substantiæ, uel passionis? Nam in his proficuum, & nociuum etiam considerantur. Quod uerò etiam quantum ad potentiam rectè coaptatũ, & contra non coaptatum, sit causa utilitatis magnæ, & nocumenti, ars Asclepiadorum indicio est, ac ea quæ de commensuratione narrantur, idem indicãt. Preterea, si qualitates operarentur, & secundum operationem qualia efficerent, forsitan liceret dicere, quòd ipsæ prosunt uel nocent, sed si quando habentur à qualibet, nullum eisdem nocumentum, uel utilitatem à seipsis quatenus sunt qualitates ingerunt, itaq; nõ erunt proficuæ de se, nec nociuæ. Verum uniuersaliter omnes tales diuisiones, absurdæ sunt, quoniam sunt magis ad aliquid, & non fiunt secũdum qualitates. Vltimò post magnum Plotinum, consideranda est illa diuisio, quã Aristotelis in alijs locis tradit, ubi duas esse potentias, & ueluti principia ponit, unam quidem harum actiuam, alteram uerò passiuam, qui etiam ponit irrationales potẽtias in ipsis irrationalibus, & rationales in ipsis rationalibus, ceu irrationalis potentia calefaciendi, est in calido, & rõnalis quæ est in medendi arte, et ob id irrationalem potentiam, inquit esse actiuam, unius tantum. Nam caliditas, cum calefaciat, non habet potentiam infrigidandi, sed rationales sunt contrariorum productiuæ, & compræhensiuæ, cuius rei causa est, quia omnis ratio indicat rem, & priuationem rei, tamẽ non eodem modo indicat, neq; ambo appetit, sed rem appetit, & intelligit secundum se, scilicet id quod est melius, & priuationem scilicet id quod est deterius, per accidens intelligit, & uult, sicut se habet medendi ars, circa sanitatem, & ægritudinem. Diuisio itaq; hæc conceditur Aristotelis esse, tamen non est assumpta in primis generib⁹ qualitatis, forsitan neq; prorsus in qualitate, quãdoquidem nõ oporteat diuisiones antiquorum de alio genere in aliud trãsferre, sed seruandæ sunt in his rebus, in quibus traditæ sunt. Hæc quidem igitur de diuisione disputata sint. Postremò nonnullæ instantiæ afferri possunt, de omnibus speciebus qualitatis, & communiter de ipsius diffinitione, quoniã diuidimus substantiam per differentias secundum qualitatem, ceu animalis, hoc quidem rationale, hoc autem irrationale dicere solemus, ac actiones, partim bonas, partim turpes ponimus, oportet ergo quærere, quomodo aliquis diuideret quale secundum species, & quibus differentijs uteretur, & ex quo genere illæ essent. Nam qualitatem dicere, est dicere, & simile à seipso, ac si aliquis differentias substantias faceret, & differentiam diceret differentia differre, quoniam omne differens, differentia differt, itaq; si differentia differt differentia, necesse est igitur procedere in infinitum, quo igitur sapores à coloribus diuidimus? nam si diuersis sensiterijs, tanquam diuersis subiectis differunt, profectò ista differentia erit circa nos, quam si quis concederet esse, quomodo different ea quæ sunt eiusdem sensus, ceu album & nigrum, uel dulce & acetum? quod si dicatur, quia aliud est disgregatiuum, & aliud est congregatiuum, & hæc oculorum sunt obiecta, illa uerò linguæ; primò quidem dubitatur de passionibus si disgregationes sunt, aut congregationes. Deinde ille qui hoc dicit, nõ dixit illa quibus differunt, sed passiones quæ fiunt ab ipsis. Vnde ad hæc dicendum est, quòd in unoquoque generum, quæ sunt in prædicamentis, & in rationibus quę in eisdem sunt, multa sit propria idiotitas, secũdum quam eędem rationes in pluribus considerantur, in quibus etiam inest naturalis diuersitas, secundum quam species seorsum à genere discernuntur, quæ diuersitas extrinsecus non aduenit, sed unicuiq; generum naturalis est, itaq; quęrendum non est, si circa substantiam erit substantia, uel circa qualitatem qualitas, secundum quam species in unoquoq; genere distant inter se. Nam differentiæ constitutiuæ specierũ, extrinsecus uniq; generi non adueniunt, sed simul existunt cum unoquoq; genere, alioquin non essent species eorum generum, quæ in singulis speciebus sunt, si à seipsis genera non haberent proprias differentias, connaturales tãquàm à seipsis contentas. Quod si eis extrinsecus adiungim⁹, ceu ab alio genere ad aliud transferentes ipsas, profectò species erunt quædam commixtiones plurimum prædicamentorum, & non amplius sub eodem prædicamento collocabuntur, & tamen species debent esse contentæ sub generibus, quæ continentur sub supræmo genere uniuscuiusque. Hæc igitur sit una solutio dubitationum. Alia autem est, quòd aliorum oportet differentias, quærere, quibus singula inter se separamus, unde impossibile est secundum rationem, ut differentiarum differentiæ sint. Nam hæ seipsis differunt propriam uirtutem à seipsis trahentes, uel potius dicẽdum est, quòd neq; ipsis opus est differre, cum sint differentiæ, sicut neq; alteritas dicitur fieri altera. Nam etiam in alijs proprietatibus euenit, ut unumquodq; non dicatur participare seipsis, ceu æquale non dicitur æquari, uel bonum euadere bonum, quare differens differentia omnino differt, sed omni alia differunt differentia, quæ est diuersa à seipsis, & differentia seipsa differet, aut magis idem est differentia. Stoici quoq; faciunt qualitates esse earummet qualitates, cum asserant habitus ipsorummet habitus esse, quandoquidem non indigeant alijs exhibentibus differentijs. Nam neque iuxta eorum opinionem, qualitates seipsis inuicem differunt. At Accademici differentiarum differentias inquirentes, in infinitum excesserunt. Sed attendendum est etiam hoc, si omnia qualitas potest fieri substantialis differẽtia. Nisi hoc concedendum sit in corporibus, nam album, cum sit accidens, fit substantialis differentia in cerusa, sed in scientijs quomodo se habet? Nisi etiam grammatica quædam insit animæ, uel sit natura talis, quo pacto utiq; fieret specifica differentia eius, proinde apponendum est, quòd cũ qualitatibus ordinandi collocãdiq; sunt illi, qui per se quales dicuntur, quatenus qualitates sunt circa ipsas nõ perficientes subiectum, neq; secundum compræhensionem subiecti facientes quale, ne duo prędicamenta intelligantur, sed in idem uenientes, proficiscentes ab ipsis à quibus dicũtur. Denīq; nõ est opportunum memorare iterum, quòd intellectuales qualitates, & sensibiles nequaquam sub eodẽ genere ordinentur, quandoquidem neq; prædicamenta sint de intellectualibus, sed de his quæ dicuntur. Neq; fieri potest, ut ea quæ sunt uere entia, & ea quæ sunt in generatione & corruptione, tanquam sint æqualis ordinis, habeant unum genus qualitatis. Sed quoniam de omnibus speciebus qualitatis, satis dictum est, tempus profectò erit iam considerare propria qualitatis, uel ea quę eisdem insunt.

Existit autem contrarietas, secundum quale, puta iustitia iniustitiæ contrarium, & albedo & nigredini, et alia, similiter & quæ secundum ipsas dicuntur qualia, puta iniustum iusto, & album nigro, non in omnibus autem quod tale. Rubeo enim uel *fusco, & medijs, uel talibus coloribus, nihil est contrarium, cũ sint qualia, adhuc si contrariorum alterum sit quale, & reliquum erit quale, hoc autem palam ex his quæ per singula alia prædicamenta tractata sunt, puta si est iustitia iniustitiæ contrarium. Quale autem iustitia, quale ergo & iniustitia, nullum enim aliorum prædicamentorum congruet iniustitiæ, puta neque quantum, neque ad aliquid, neque ubi, neque totaliter aliquid aliud nisi quale. Similiter & in alijs his, quæ secundum quale contrarijs.*

a Vt in alijs ꝑdicamẽtis post diuisionẽ subiũxit ea quæ sunt

unicuiq; communia, cum aliĵs prædicamentis, & propria, eodem modo etiam hic facit, & primo contrarietatẽ adducit quę qualitati ineſt, dicendo exiſtit aũt & cõtrarietas, ubi hãc cõiũctionẽ (&) appoſuit, quia etiã alia quę inſunt qualitati adducet, ſicut ſunt magis & minus, & ipſum ſimile, & diſſimile. Item dixit quale pro qualitate, cuius rei ſignum eſt, quia exempla allata ſunt de qualitate, cum dicit iuſtitia iniuſtitię contrarium. Nam hæ qualitates ſunt, & nõ qualia. Item forſitan per hoc quale dixit, & ſignificauit qualitatem, quia ſimul qualitas recipitur in quali, et cum quale recipit prorſus, & qualitas recipit, quã qualitas ſecundum quale recipit. Probat ergo, exempla proponendo, ex inductione qualitatum animę, & corporis. Item inquit, nõ ſolum in qualitatibus eſſe contrarietatem, ſed etiam in ipſis qualibus, quæ dicũtur ſecundũ illas qualitates, ſed nõ omni qualitati ineſt contrarietas, quandoquidẽ non inſit qualibus ſecundum figuram, ceu triangulo & quadrato, neq; mediĵs coloribus, ceu rubeo et fuſco, neq; planè his mediatatibus, quæ ſunt aliorum ſenſuum, ceu medi⁹ ſapor, uel ſonus medię chordę, & hoc meritò, qñquidem contraria illa ſint, quæ plurimũ inter ſe diſtant. At uerò neq; ſoli qualitati ineſt contrarietas, quandoquidem etiam inſit ipſis ad aliquid (ut docuimus) quare habere contrarietatem, nõ eſt proprium qualitatis. Item ſubiungit quoddam theorema, quod utile eſt omnibus prędicamentis, in quibus conſideratur contrarietas. Nam ait, ſi contrariorum alterum quale extiterit, & contrarium ipſi quale erit, & uniuerſaliter, ſi alterum eorũ quę cõtra diuiduntur, uel contraria ſunt in aliquo genere extiterit, & illud q͞d erit diuiſum cõtra ipſum, ut contrarium in eodẽ genere exiſtet. Hoc certè manifeſtũ fiat, ſi alia prædicamenta meditabimur, ubi cõuenienti modo introductionis, talia ex inductiõe perſuadet. Itẽ hoc fiet etiam alio modo perſpicuum, ex diffinitione contrariorũ. Nam ſi contraria ſub eodem genere plurimum inter ſe diſtant, profectò patet ꝙ ſub quo genere alterum reducitur, ſub eodem etiam reliquum ponitur, ſed cum nõdum ſit aſſignata diffinitio, contrariorum, meritò uoluit ipſa uti. Itaque ſi ſcire cupimus, in quibus prædicamentis ſit cõtrarietas, hinc adiſcere poſſumus, quomodo inuenire eam debemus. Nam ſumemus contrarium illius quod quærit, ſi fuerit notus, & notum fuerit prædicamentum eius, tunc ſciemus ꝙ etiã illud cuiue hoc erat contrariũ, in eodem prędicamento eſt ordinãdũ, ceu ſi quęram⁹ iniuſtitiã in quo genere ſit ſumenda, & cum ſit in eo, in quo eſt iuſtitia, & cũ hæc ſit qualitas, ergo & iniuſtitia erit qualitas, ſimiliter ſi cecitas eſt contraria uiſui, & uiſus eſt qualitas, certè etiam cecitas erit qualitas, qñquidẽ nulli altero prędicamẽto cõgruere poſſit. Sed cur dixit, ſi iuſtitia eſt iniuſtitiæ contrarium? Nam cur dixit illam particulam (ſi). Niſi fortè quia aliqui non concedunt iuſtitiæ contrariũ eſſe iniuſtitiã, ſed dicebant eius eſſe contrarium quędam habitum innominatum, ſed iniuſtitia eſt priuatio, quãdoquidem habitus affirmatiuæ ſint appellandi, & priuationes negatiuę. Sed hoc rectè non dicũt, nam ſolemus habitus negatiuè appellare, ut oppoſitum tẽperantiæ intemperantiam dicimus, ſimiliter & priuationes affirmatiuè appellamus, ut cecitatem & claudicationem, & hoc quidem uerũ eſt. Vnde ob id fortè Ariſto. dixit ſi eſt iuſtitia iniuſtitiæ contrarium, quia nõdum tradidit quæ ſunt contraria, ac etiam quia ſecundum ueritatem hæc non opponuntur, ut contraria, ſed uelut habitus & priuatio, quo fit ut Architas exactiue dixerit, cũ dicat non ſolum qualitati ineſſe contrarietatem, ſed etiam priuationem hunc in modum ſcribendo. Et qualitati contraria quædam copulãtur, ac ſi contrarietatem quãdam ſuſcipiant, & priuationem. Quidam deinceps dubitant circa theorema contrariorum, & regulam iam datam. Nam ſi illa, uera eſt, profectò priuatio (cum ſit contraria) erit cõtraria formæ ſubſtantia, nam forma eſt ſubſtantia. Quod ſi aliqs diceret, ꝙ priuatio communiter dicitur formæ contraria, falſum dicit, nam ſi forma & priuatio ſunt principia rerum naturalium, profectò dicuntur uerè contraria, & ex cõtrariĵs generatio. Sed dices, ſi hæc ꝯtraria ſunt, non erũt amplius duo principia prima, ſed erit gen⁹ cõmune ipſorum principiorum in quo, & circa quod ipſa duo ſubſiſtunt. At hoc ſoluere facile poſſumus, quandoquidem hæc non ſint prima principia, ſed prima principia naturalium, & nihil mirũ eſt, ſi aliquod commune utriſq; ſit, quia ens ſiue materia, ſiue forma, præſentia ſui & abſentia, utrũq; eorũ efficiens, poteſt eſſe commune illis. Proinde ad primam poſſum⁹ dicere, ꝙ cum materia & forma ſint ſub ſubſtantia, & priuatio concipiatur cum materia, profectò erit etiam ipſa hoc modo propter formam, & materiam, in ſubſtantia. Quod ſiquis diceret priuationem complecti cum forma, quando quidem per abſentiam ipſius fiat, profectò hoc modo etiã in ſubſtantia comprehendetur. Verum magis dicendũ eſſe puto, ꝙ regula non de omnibus contrariĵs tradita eſt, ſed de illis, in quibus quando alterum ſub aliquo genere planè fuerit, ſub eodem etiam alterum eſſe neceſſe erit. Nam etiam Ariſto. non dixit, ꝙ contraria ſint ſub eodem genere, ſed dixit ſi alterum contrariorum ſub aliquo genere eſt, etiam alterum erit ſub eodem genere. Similiter etiam in ſequentibus, ubi ſpecies oppoſitionis diuiduntur, uult cõtraria eſſe ſub eodem genere, nam quæ in contrariĵs generib⁹ uidentur eſſe, habent aliquod cõmune genus ſuprauenięs, ſicut iuſtitia & iniuſtitia, quocirca ipſa non poſuit, ſed remota genera accepit, quandoquidem non dixerit, ꝙ ſi alterum contrariorum ſub uirtute uel habitu ſit, ꝙ etiam alterum erit, ſed ſi alterum ſit quale, & alterum erit. Sed dices, quomodo hoc uerum eſſet, ſi prima genera eſſent contraria, ſicut quidam ponunt? ceu quidam & alterum, uel alias coordinationes elemẽtorum quas poſuerunt Pythagorici. Fortè neq; illa ſunt prima, quãdoqdẽ hoc fieri nõ poſſit, neq; Pythagoricis placet, multa eſſe ęquè primò. Sed cũ plurimæ contrarietates, maximè ſecundum quale conſiderentur, ceu in coloribus contraria ſunt album & nigrum, & in ſaporibus dulce & amarum, uel in tangibilibus calidum & frigidum, molle & durum, uel in ſonis acutum, & graue, & circa corpus ægritudo, & ſanitas, pulchritudo, & turpido, ac circa animam uirt⁹, & malitia, & alia multa talia, idcirco quęſtione dignum eſt, cur qualitati uniuerſaliter inſit contraria, quę circa ſubſtantiam nõ fuerunt conſiderata? Sed dicendum exiſtimo, quod contraria non poſſunt ſimul eſſe, itaq; nunc eſt, ut fiant, & deſtruantur uiciſſim, & ob id in ſubſtantia nullo modo cõſiderantur, ſed in qualitate erunt contraria, quia qualitates aduenĩunt. Nã alicubi in quantitate eſt contrarietas, ut par & impar, ſed alicubi non eſt contrarietas, in aliquo quanto determinato. Ac in qualite, quia aduenĩunt, in aliĵs & aliĵs qualitatibus contrarietas ineſt. Nam contraria in aliĵs, & circa alia qualia exiſtentia ſubſiſtunt, & cum ipſis cõſiſtere nata ſunt. Item quia prima differentia eſt, ſecundum qualitates, profectò erit etiam maxima differentia ſecundum ipſas, quæ eſt contrarietas. Item quia prima ſectio per qualitates fit, ideo cũ procedit eminus, contraria ꝓducit. Cęterum plurimę ſunt contrarietates in quali, quia qualitates ſunt multiformes. Verum oportet inuenire contrarietates opportunas, & appropriatas ſingulis propriĵs potentĵs, itaq; in corporibus, quæ ſenſibiles ſunt contrarietates, oportet eas inueſtigare per uiam ſenſus, ſed ea quæ ſunt animæ cogitatione, oportet inueſtigare, & uariari, quia cogitatione & intellectu ſolum comprehendi poſſunt, unde meritò hoc theorema de contrariĵs Ariſtotelis coniũxit ſermoni de qualitate, quia (ut diximus) contrarietas qualitati maximè cognata eſt. Etenim in aliĵs prædicamentis, uidentur contraria unicuique aduenire, ſecundum eam qualitatem, quæ in ſingulis reperitur. Item oportet contraria accipere, non cum ipſo ſubiecto, quandoquidem ſubiectum ſit commune ipſis, neq; uniuerſa totaq; compoſita, totie compoſitis oppoſita ſunt, alioquin non eſſent uera cõtraria, ſed ſolum utrũque uiciſſim opponitur, quatenus quale eſt, hoc itaq; modo conſideranda ſunt ipſa, uelut contraria. Equidẽ qualia ipſa ſunt, quatenus habent qualitatem quare in ipſis eſt cõtrarietas

secundũ qualitatẽ. Sed dices cur intermedia nõ sunt inter se cõtraria, neqꝫ extremis? Dicimus ea de cã hoc esse, qa aliter plura essent uni contraria, & non esset unum uni cõtrarium. Verũ Plotinus dubitat ne forte qualitati mediæ sit aliquod contrariũ, nam mediũ extremis est cõtrarium, quandoquidem secundum Arist. uirtus sit quędam mediocritas, quę aduersatur excessui & defectui maliciæ. Sed dicendum est ad hoc, ꝙ aliter qualitas intelligitur, ut mediocritas & medietas, & aliter ut uirtus. Equidem qualitas secundum medietatem, non habet contrarietatem, sed secundum uirtutem. Item dicimus medietatem considerandã esse, ut qualitatem, sed excessum & defectum nũquam inæqualitatem, quando igitur medietatem dicimus esse cõtrarium excessui & defectui, nihil aliud dicim⁹, quã ꝙ ęqualitas inæqualitati opponitur, & hoc modo in alijs, sed in medio oppositio fit. Verũ aliquis de coloribus planè dicet, ꝙ nõ est oppositio ibi extremorum ad medium. nam pallidũ si opponitur albo, uel opponitur ipsi secundum mixturã albi, uel secũdum mixtionem nigri, quod si ſm mixtionem albi, tũc album opponeretur albo, quod est impossibile, si uerò dicitur ꝙ secũdum nigrum opponitur, tũc nigrum albo erit cõtrarium, & non aliqua altera tertia mixtio. Verũ cõclusio quidem uera est. s. ꝙ pallidum non opponatur albo, uel nigro ut contrariũ, sed modus illationis habet multas instantias, nam facit mediũ esse compositum ex extremis, tanquã constitutum ex ambobus, & non unum aliqd pręter extrema, quia etiam medium simplicia actu immixta esse, seruat, sed non secundum potẽtiam. Sed forsitan, & hoc possibile est, nam nisi extremi colores cõmiscerentur inuicem, medij colores nequaꝗ subsisterent, sed sunt istorũ etiam nonnullę præcedentes principales rationes, sicut etiã extremorum quę secundũ mixtionẽ non subsistũt, sed simplicem & per se naturalẽ diuersitatẽ, & uarietatẽ hñt, et generant ipsam in sensibus & connectuntur alijs rationibus, secundum coordinationem æqualiter, quod si quis diceret medium habere aliquã subsistentiam ex extremis, tamen mixtio non erit id quod facit media, sed mixtio est quędã appositio extremorum, uel adiectio, uel distantia remota, nam hæc omnia uidentur esse medij colores, ut in libro de sensu & sensibilibus apparet. Plotinus uerò inquit, ꝙ si secundum compositionem extremorũ fierẽt medij colores, nõ oportebat eos, q sic dicũt, diuidere hęc inter se, ut cõtraria, qñ dicũt, aut albũ, aut nigrũ, aut pallidũ, aut flauũ, uel aliqd huiusmodi, sed solum oportebat eos diuidere album & nigrum, & alios dicere esse compositiones. Nunc uerò diuidimus unum cõtra aliud, & illa esse opposita facimus, quia etsi mixtio fuerit extremorũ, nõ est ibi appositio sed complexio, perficiens aliam qualitatem ex mixtione temperamenti. Eò itaqꝫ, ꝙ alia quędã qualitas in ipsis medijs fit, quãuis consideretur ſm cõpositionem, idcirco hoc modo ea diuidimus, tãquã contraria. Sed hęc dicẽtes etiã posteriores, Plotino concedunt fieri aliam qualitatem mediã coloris, & minimè fatentur ipsam aliam esse à mixtiõe, uel compositione. Nam dicunt, is modus non est de substãtia incorporearum qualitatum, sed incorporea mixta, uel contemperata adinuicem, uel cõposita, possunt facere diuersa corpora, nam compositum & mixtum genus secundum id trãsmutatur, & differẽs à seipso constituitur, secũdũ ꝙ naturam continet. Equidem non habet esse suum in complexione, neqꝫ in compositione, sed quandam substãtiam simplicem incorpoream assumit, secũdum unam qualitatẽ, sed hoc modo differentia nõ putaretur à complexione, uel compositione, sicut neqꝫ impartibile à partibili. Cęterum quia dixit album esse contrarium nigro, & rubeo, ac pallido, nihil esse contrarium, profectò dignum erit considerare hæc, accipientibus prius diffinitionem contrariorum, & quam habeant rectitudinem considerantibus. Nã ex hoc etiam theoremata quæ de contrarijs & de coloribus nunc dicta sunt, an rectè dicta sint, addiscemus. Dicũtur itaque contraria esse illa, quæ plurimum distant inter se, sub eodem genere, ut album & nigrum, nam hæc inter se immixta sunt, sed fuscũ, pallidum, & rubeum, & id genus inter se plurimum non distãt, quia inter se cõmixta sunt. Proinde Plotinus quærit, unde sic cõtraria diffiniantur. nã si à medijs, & à remotione ab eisdem, nõ efficitur contrarietas ad extrema, quemadmodum neqꝫ distãtiam, sed ad media, media opponunt, quomodo dicet media esse cõtraria uelut sanitatem & morbum? quod si secũdũ eandem formam, scilicet distantiam accipiuntur, quando itaqꝫ hæc secundum formam nihil idem habuerint, & fuerint in eodem genere, uerbi gratia, in qualitate, cur flauum non erit contrariũ albo, cum nullam habeat propinquitatem ad album, quemadmodum uidetur etiã pallidũ esse? Sed hic contradicẽtes, dicent extrema è medijs plurimã distantiã non suscipere, non enim per aliquam progressionem contraria inter se distant, neqꝫ excedentia constituunt sibijpsis mediũ in cõtrariam regionem, sed secũdũ rationes ipsorum, & species distancia est, itaqꝫ proprietatibus mens adhibenda est, nã si hę quidem sic se habuerint, ut se uicissim de medio demãt, & aliæ quãdã naturæ propinquitatem ad alterum cõtrariorum insinuant, uel significent apparitionem extremorũ, uel huius intensionem & huius remissionem, uel aliam talem quandam medietatem, nã quæ ita se habent, seorsum separatæ sunt, & aliter sunt extremæ, & aliter mediæ, quo etiam pacto mediæ nõ pręcedũt, ut extremę penes ipsas distãtiã accipiãt, immo econtrario extremæ medijs principaliores sunt, quo ad subsistentiam & medię ab extremis terminũ recipiũt, & à ꝯtrarijs media, siue fuerit ſm ꝯparationẽ, siue ſm apparitionẽ siue ſm similitudinẽ, siue ſm appositionẽ uel alio mõ. Itẽ si gñatio dici põt, ꝙ p̃cedat ſm trãsmutationẽ ab altero ꝯtrario in alterũ ꝑ mediũ, tũc dici posset, ꝙ ꝑ mediũ cõtraria ꝓcedẽtia distãt inter se, si uerò neque transmutatio neqꝫ generatio consideratur, sed ipsa extrema subsistũt, primò ſm se, & nõ producta scd̃m motum per media, tunc certè ipsa non acciperent distãtiam à medijs, quæ neqꝫ habebunt esse ex ipsis, sed potius secũdũ ipsam formam et eiusdem diuersitatem acceperũt distãtiã, quandoquidẽ uniuersa & tota ab uniuersis differre uideantur. Sed dicet flauũ ſm hanc determinationẽ, erit albo cõtrarium. At dicimus ꝙ nõ ita se habet, nam flauũ quãdam propinquitatem habet ad album, sicut & Plato in Timęo asserit, & Arist. in libro de sensu & sensibili, nam cũ ambo idem sentiant, subsistentiam flaui, producunt, asserũtqꝫ esse circa album, licet diuersis modis productionis utantur, tamen hoc unum communiter cõfitentur, ꝙ flauum habeat quandam apparitionem, potius circa albũ appositũ, quã circa aliam colorem, ad quod quidem aliquis potest facile persuaderi ope sensus. Nã si quis posuerint ab oculos, alba, flaua, ac alba, & nigra, non similiter disponemur, nã cũ intuebimur flaua iuxta alba, prorsus ad contrarium sensum non proficiscemur incidemusqꝫ tãꝗ disgregati & ꝯgregati sint oculi, ab eisdẽ, sicut ab alijs. Hoc itaqꝫ mõ, ꝯtraria erũt sine medio, nihil idem secundum formam habentia, quãuis non sint aliqua media ipsorũm, quæ ad utrũqꝫ extremũ indifferenter uergunt, & tendunt. Etenim extrema nõ habebunt contrarietatem, ab ipsis medijs, sed à proprietate uniuscuiusqꝫ totius, & media non erunt contraria, quia habent commune, & similiter ambo contraria seipsasmet indicant, & insinuant. Vnde dicere, ꝙ nisi flauum fuerit cõtrarium albo, & nigro, alicui alteri erit contrarium, prorsus est inconueniens, nam illud quod consistit in mixtione, uel insinuatione contrariorum, & à nullo plurima distantia distat, quomodo erit alicui contrarium? Sed hoc in sequentibus exactius aperietur, ubi principalis fit contrariorum doctrina. Vltimò in præsentia quidam contradicentes dictis Aristotelis quandam rationem elaboratã, & apparentem, quoniam quidem putant Aristotelis hũc relinquere, aliquid esse contrarium substantiæ, quia elementa scilicet terra, ignis, aer, & aqua sunt substantiæ, aqua est cõtraria igni, et terra aeri. Sed sciendum est, quòd ista habent contrarietatem secũdum suas qualitates, nam aqua, frigida & humida est, ignis uerò calidus & siccus,

terra autem frigida & sicca, aer deniq; calidus & humid⁹, quæ quidem sunt qualitates, igitur elementa non habent cōtrariū sm substantiā. Nam sunt in una materiali substantia, sed secundum suas qualitates, quæ secum existunt.

Suscipiunt autem magis & minus qualia, album enim, magis & minus alterum altero dicitur, & iustum alterum altero magis, & minus, & ipsum autem additionem recipit, album enim existens, adhuc contingit albius fieri, non omnia autē, sed plurima. Iustitia enim si dicitur magis & minus iustitia, dubitabit utiq; aliquis, similiter autem & alijs dispositionibus. Quidam enim dubitant de talibus. Iustitiam quidem enim, iustitia non ualde aiunt oportere magis & minus dici, neq; sanitatem sanitate, minus tamen habere alterum altero sanitatem aiunt, et iustitiam minus alterū altero. Simil'r aūt & grammaticam, & alias dispositiones, attamen quæ secundum ipsas dicuntur, indubitanter suscipiunt magis & minus, magis enim grammaticus alter altero dicitur, & iustior, & sanior, & in alijs similiter. Trigonum autem & tetragonum, nō uidetur magis & minus suscipere, neq; aliarum figurarum aliqua. Quæ quidem enim suscipiunt trigoni rationem, et circuli, omnia similiter trigona, uel circuli sunt. Eorum autem quæ non suscipiunt eādem rationem, nullum dicetur alterum altero magis, nihil enim magis circulus est tetragonum, quam altera parte longius, neutrū enim suscipit circuli rationem. Simpliciter autem, si non ambo suscipiāt positi rationem, non dicetur alterum altero magis, nō omnia igitur qualia, suscipiunt magis & minus dictorū quidē igitur nullū est proprium qualitatis. Similia aūt & dissimilia, secundum solas qualitates dicuntur. Simile enim alterum alteri non est, secundum aliud aliquid, nisi secundum quale, Quare proprium erit utiq; qualitatis, simile & dissimile dici, secundum ipsam.

Cum inquisiuisset in omnibus prædicamentis, si magis & minus competerent ipsis uel nō deinceps ait, ꝙ in qualitate qualis suscipiunt magis & minus, ubi qualia per qualitates intelligit, ut exempla indicant. Nam loco exempli, accipit iustitiam, quāuis prius dixerit iustum. Et propositū suum, rursus probat ex inductione, & album exemplo corporalium qualitatum ponit, & iustum exemplo aiē qualitatum. Verum utrūq; horum comparatum ad aliud eiusdē speciei, & ad seipsum, dicitur recipere intēsionem & remissionem. Nam nix albior lacte dicetur. Item album in corporibus hominum, & iustum in animalibus processu tēporis, secundum seipsum recipit intēsionem & remissionem, tamen hoc non est proprium qualitatis, quandoquidē nec ipsa sola suscipiat magis & minus, quia dicebantur prius etiam ipsa ad aliquid suscipere magis & minus. Item neq; omni qualitati competit suscipere magis & minus, quādoquidem nec figura quæ est qualitas, ceu triāgulatio, uel circuli qualitas, suscipiat magis & minus. Itē neq; uirtus perfecta, nec ars perfecta, hæc suscipiunt, uerūtamen multæ qualitates suscipiunt magis & minus. Proinde quatuor sectæ sunt de qualitatum, & qualium, intēsione, & remissione. Nam alij sentiunt omnes qualitates & qualia, suscipere magis & minus, sicut Plotin⁹ & alij Platonici uidētur asserere, quandoq̄dē omne materiale suscipiat magis & minus, & materia magis & minus suscipiat, ob suam infinitatem naturalem. Alia aūt est opinio subcontraria huic, quæ dicit in qualitatibus, ut in iustitia & albedine, neq; esse magis & minus, quandoquidem unaquæq; sit quoddam totum, & secundum unam rationem consistat, quocirca non suscipit magis & minus, sed in participantibus intensio & remissio est (ut dicunt.) Nam participationes habent latitudinem, quoniam alij participant magis, alij uerò minus, & ob id etiam putant habitus suscipere magis & min⁹, cū ipsa sint qualia quæ suscipiunt. Quam opinionem uidetur Aristo. memorare, quando dicit, iustitia enim si dicitur magis & minus iustitia, dubitabit utiq; aliquis, & statim subdit. Iustitia quidem, iustitia non ualde magis & minus dicitur. Vbi quæ dicuntur per ipsas qualia, sine dubio ponit ea suscipere magis & minus. Nam dicit grammaticum esse altero magis grāmaticum, atq; aliquod magis iustum, & magis sanum. Vnde quando dicit, similiter aūt & grammaticum, & alias dispositiones uocauit communiter habitus dispositiones, sicut etiam in præcedentibus uocauit eas qualitates. Tertia autem secta est Stoicorum, qui cum diuidāt uirtutes seorsum à medijs artibus, dicunt has, neq; intēdi, neq; remitti, qui fatentur medias artes suscipere intēsionem & remissionem, sed habitus & qualis apud istas, partim non intenduntur, nec remittuntur, & partim utrāq; scilicet intensionem & remissionem suscipiūt. Quarta quoq; opinio est, quæ dicebat immateriales qualitates, & eas quæ sint per se, non suscipere magis & minus, sed materiales secundum se suscipere magis & minus. Vnde hæc opinio differt à priori, quia illa non diuisit immaterialia contra materialia. Sed huic opinioni Porphyrius refragatur, quia nō rectè ponit immateriales qualitates. Nam illæ (ut ait) substātiæ sunt, quocirca neq; intensionem, neq; remissionem suscipiunt, sicut nec aliæ substantiæ. Diuisis ergo his sectis, & opinionibus, uideamus quomodo probat Aristo. non esse proprium qualitatis magis & minus suscipere. Equidem inquit triangulum & quadratum non uidetur magis suscipere, neq; aliqua alia figurarum, quocirca cuicū q; qualitati, proprium non est suscipere magis & minus, & ostēdit figuras non suscipere magis & minus, prius accipiendo uniuersale theorema, quod qualia suscipiunt magis & minus, & quædam non suscipiunt magis & minus. Nam quæcūq; suscipiunt rationem præpositi secundū quod magis & minus dicuntur, hæc dicentur magis uel minus, sed si non suscipiunt rationem propositi, non dicetur unum altero esse magis, itaq; triangulus non suscipit rationē circuli, & propter hoc non erit triangulus magis circulus, quā quadratum, sed album uestimentum, nix, & multa alba, suscipiūt rationem albi, & ob id unū album dicetur esse magis, quā alterum. Sed dices an omnia quæcūq; suscipiūt eandē rationem, & magis & minus suscipiunt, uel nō omnia? Nam omnes quidem particulares homines suscipiūt hominis rationem, sed unus homo, non est magis homo quàm alter, quare regula uera erit hoc modo, ꝙ ea quæ non suscipiunt eandem rationem, nullo modo suscipiunt magis & minus, sed eorum quæ eādem suscipiūt rationem, alia magis & minus suscipiunt, alia uerò minime, quandoquidem ratio substantiæ non suscipiat magis & minus, quia neq; substātia suscipit magis & minus. Similiter neq; ratio quantitatis determinatæ, uel eorum quæ sunt ad aliquid, suscipit magis et minus. Nam quatuor & duo, atq; duo & unum suscipiunt rationem dupli, & tamen quatuor ad duo nō est magis duplum, quàm duo, ad unum, sed si fuerit qualitatis ratio ueluti albedinis, uel dulcedinis, tunc meritò ea quæ sub eadē ratione erunt, magis & minus suscipiunt, quia in his est comparatio, sed nō in his quæ ab eadem ratione aliena sunt. Si ergo nulla figurarū magis et minus habet, ergo nō est proprium qualitatis suscipere magis & minus, sed propriū est ipsius simile & dissimile, quandoquidem simile & dissimile de omni & sola qualitate prædicatur. Hūc igitur in modum uerba Aristo. sufficienter explicata sunt. Cæterum Iāblicus quærit cur Aristo. magis & minus ponit, tanquam commune pluribus prædicamentis, & inquit, ꝙ hæc considerantur in participatione, cum aliud sit participans, & aliud participatum, uerum si participationem materialem dixit, profectò oporteret substantiam, quātum, & alia prædicamenta secundum se tota, suscipere magis & minus, nā omnia in materiam conueniunt, quod si dixerit aduentitia prædicamenta participari qualia, itaq; qualitas, & ad aliquid, oporteret, ut quæcūq; secundum se totum suciperet magis & minus. Forsitan igitur uerum est, ꝙ suscipere magis et minus competit prædicamentis aduentitijs, sed in

qualitate

qualitate illæ species quæ sunt substantialiores, ceu figuræ, & ea quæ maximè hoc modo considerantur, ut uirtus, non suscipiunt magis & minus. Sed aiunt, cur tot opiniones habentur de intensione & remissione, & de ipso magis & minus secundum qualitatem? nisi ipsa qualitatis ratio, hęc participans, & compositum, fuerit causa talis differentiæ opinionum cum multa in seipsis habeant differentiam, quæ diuersas sententias cōfutant, & mouent. Nam eandem rationem qualitatis aliqui putant stare secundum unam diffinitionem, aliqui uerò putant eandem manere debere, in quibusdam uerò minimè, quidam etiam neq; eādem omnino manere putant, quandoquidem ipsa materialis sit, & simul alteretur cum materia ob suam naturam interminatam. Alij quoq; diuidunt ipsam, ponentes aliam qualitatem esse immaterialem, aliā uerò materialem. Vnde omnes isti discrepant quo ad differentias qualitatis, & opinionū dissensio ac diuisio fit, secūdum alium modum ponentes participātia, & suscipientia rationem, præsertim quando dicimus quod aliqua late uel in latitudine, & quia magis & minus participant. Præterea & alia tertia differentia fieri potest, quo ad illud quod commune ex ambobus fit, nam cum aliqua duo conueniant, alterius dominatio efficit intensionem, & remissionē. Nā si forma uincet et superabit materiā, tūc accidit ipsum magis fieri, si uerò materia dominabit, tūc fiet minus, idem quando forma præesset ut & imperio, tunc ratio stat i una specie, & forma determinata secundum se, sed qñ recipiēs polleret dominio, tūc alteratio fit, & motus in ipso. Itē qñ adequarent inuicē forma & materia, parti nō nullę pres sic se haberēt, parti uerò aliter, q̄ pacto diuersæ fiūt opiniones. Sed post cōem sectarū cōsideratioñē, pulchrum erit unāquāq; seorsum tractare, & primò contra Stoicos, qui dicunt studiosum genus firmum esse, sed medium intensionem & remissionem suscipere. Dubitandum est, quia si aliquis non habuerit uirtutem, & defecerit secūdum exercitium, uel secūdū naturam, profectò is erit minus studiosus. Forsitan respondebunt, uirtutem (cū sit scientia) ex seipsa habere firmitatem. Nam cum fuerit speculatiua propriarum rationum, & coniecturalis, semper efficiet ea affectos omnia facere, & ipsa stabit firmiter in sede, & sua specie scientiæ. Sed quomodo hoc fieri potest in transmutabili & passibili substantia qualitatis? præsertim secūdum ipsos Stoicos, qui concedunt ipsam passibilē substātiam habere in seipsa, & in uirtute sua, in infinitum, diffusionem, & cōtractionem, quocirca esse corpora qualitatis fatentur? Forsitan igitur, ea quæ ab antiquis de alijs principijs dicuntur, isti trāsferunt ad alia principia. Nisi forte isti studiosum ponentes esse habitum, summum, & suprēmū, considerantes etiam ipsum non in motu, meritò uolunt non esse considerandam intensionem, neq; remissionem in ipso. Atqui si hoc uerum est, certè id quod secundo asserebant, stare non potest, quandoquidem & ipsarum artium uniuscuiusq; sit aliquid supræmum, quod semper stat. Nam cuiuscūq; magis & minus est aliquid, quod omnino et maxime est. Et fortitan secundum hanc sententiam, est ea opinio, q̄ memorauit Aristo. quæ accipiebat habitus perfectos non in sola uirtute, sed etiā in sanitate, grammatica & alijs dispositionibus, & eosdem dicebat non posse intendi & remitti, & fatebatur in his quæ participant, magis uel minus habitibus, intensionem, & remissionem esse. Atqui hoc idem non solum in ipsis artibus considerari potest, sed etiā in uirtutibus, nam uirtutum alię perfectæ sunt, alię uero imperfectæ, sed imperfectæ sint illæ quæ uel naturam solum, uel solam consuetudinem, uel rationem tantum habent, perfectæ autem sunt illæ, quæ his tribus simul potiuntur. Nisi forte ipsa uirtus de se, secundum se sit perfecta, & integra, participatur tamen secundum partem, sicut etiam grammatica & unaquæq; aliarum partium, quocirca imperfectio eorum, ac magis & minus considerantur in participatiōe, qua participantur. Sed quas dispositiones tanquam perfectas, alias ab his quæ habentur Aristo. intelligit, nunc mille sunt separabiles formæ, & ut iustitia per se, sed neq; hoc

consuetum est Aristo. neq; propositi est proprium, neq; dispositiones illæ sic uocarentur, quinimmo considerans affectiones participatas, perfectas, secundum relationem ad illos, quæ deficiunt ab illis, uult magis & minus eadē suscipere, & ratio hæc certior erit, in omnibus dispositionibus, si etiam considerat perfectum, & summitatem ipsorum, & asserit easdem suscipere magis & minus secundum participationem latitudinis uniuscuiusq;. Vnde Stoicorum ratio, imperfecta uidetur, cum uirtutum imperfectionem, neq; aliarum artium perfectionem consideret, nam si in rationē solum consideraretur uirtus, profectò is qui haberet rationē scientiæ, & scientia, non intenderetur quandoquidem una uera ratio sit, & uerum unum, non est magis uerum, quàm alterum, quod si aliquis habens scientiam secundum exercitationem, uel naturam, deficeret, esset minus iustus, quare perfectior habitus, ex solis theorematibus non cōsistit, sed etiam ex natura & consuetudine alius alio esset iustior, & una & eadem ratio, erit cōpleta ex theorematibus, & exercitatio secundum quàm imperfectus grammaticus cōsideratur, efficit magis & minus, quo ad diuersum modum participandi eadem ratione. Similiter quoq; est una ratio albedinis, nam nix dicitur albior lacte, quia non commiscet cum albo, nam ubi est materiæ mixtio, necesse est tali non participare & fieri intensionem, & remissionem. Atqui petunt quomodo aliquid fieri magis albū possit si prius non fuerit album, aut quomodo magis grāmaticus, si nōdum grāmaticus est? Equidem non dicitur grammaticus, ille q non habet grammaticā, licet pręparatur & magis appropinquatur ad grāmaticam, similr neq; albus dicitur albus, qui non habet albedinem. Itē quando dicimus hūc maiorē isto, neuter est simpliciter magnus, nā unū est quod simpliciter magnū & maximū est, sic etiā una simpliciter grāmatica est, & una summa uirtus, sed soluenda est dubitatio ex eò q cōparationes dicuntur secundum relationē ad perfectum. His ergo sic dictis, mirum erit, si decet hanc qualitatem perfectam materialem esse, nam perfectum & eodē modo manens, profectò alterius erit naturæ, & non materialis. Item inquit Iamblicus, hoc magis inconueniens esse, si qualitas esset materialis, & non eadem pateretur, quæ patiuntur materiales substantiæ, suscipientes ipsam. Nam ferè separabilis fit, ac si haberet quædā propria opera, separata à cōmuni. Item inquit illud esse absurdū, si qualitas quę semper connecteretur cum quali, nūquā habens geminam naturā, & inuariabilem indistinctāq; ab ipso, quandoquidem sic separata ab oī quali. Item qualitas non intenditur, qualia autem intenduntur. Sed fortè hęc (inquit Iamblic⁹) de omnibus illis quæ immateriales rationes esse asserūt, ea dicebant. Nam cum in uirtutibus quippiam profectionis concessissent, & negauerint in hoībus esse perfectū ignari erunt, existimantes imaterales perfectiones tantū esse, & propter hoc has perfectiones à materialibus arcebant, qđ si hoc uerū est, opinio prorsus incidit in aliā naturā differētē. Nā q esset qualitatis, non competeret materialib⁹. Hęc Iamblicus suismet uerbis scripsit. Sed forsitan, hac ratione necesse esset etiā in substantia ponere magis & minus, nam ipsa est materialis qñqdē perfectū, & stās, sit alterius naturæ, si naturaliter etiam quale definitū in oēs qualitates sic se habuerit, unde non secundum ipsum materiale existimo hæc suscipere magis & minus, sed secūdum illud quod aduenit & minus substantiale est. Nam substantia secundum suum esse, quo dicitur considerata, non habet magis & minus, qualitas uerò subsistēs, secūdum participationem substātiæ, meritò suscipit magis & minus. Etenim magis, est in minus substantialibus, & minus in perfectioribus substantijs, quemadmodum in figuris. Equidē quantū, cū sit proximius substantiæ, nō suscipit magis & min⁹, sed neq; qualitates consideratę secūdum extremā perfectionē ipsarum met, quēadmodū perfecta uirtus, et perfecta grammatica, suscipiunt magis & minus. Etenim ipsæ consideratæ secundum suū esse maximū, & non sunt perfectiones immateriales & separatę, sed materiales quidem, si secundum ipsam

formam considerentur, qua unũquodq; materialium diffinire solemus, non aspicientes ad materiã, sed ad formam, & certè aliquando nihil materialium sortitur suam perfectionem, rectè dicere possumus, in oĩbus esse magis & minus, quod si hoc absurdum est, erit aliquid quod maximũ est, & ita à nobis Plotini opinio secũdũ esse materiale & generabile, dũtaxat sumpta corrigeretur, sed nõ secundum proprietatem qualitatis, qua differt à substantia, & qualitate. Verum Iãblicus obĳciẽs opinioni Plotini, quæ qualitates similiter, & quale similiter, transmutat in intẽsionibus, & remissionibus (nã inquit absurdum esse, eiusdem mutationibus rationem alterari, quib⁹ cõpositum alteratur) nã quomodo differret id quod participatur, à participantib⁹? Vnde simul etiã destruetur dignitas cõmunis, de incorporeis, quod impassibilia sint, & intransmutabilia. Hęc igitur Iamblicus cũ dixisset contra Plotinum, iungit postea uerissimam dogmatis cõtẽplationem, & inquit, q cum quędã ratione sit incorporea substantia, seipsam dat accipiẽtib⁹, & facit quale penes corpus, quæ nihil minus manet secundum se in corpore, licet in corpore habeat esse secundũ se, & idem prębeat subsistentiã, & propriam non amittit. Vnde apud ipsam, est quędam forma impræssa, quæ suscipit intensionem, similiter est etiam incorporea substantia qualitatis, quę potest stare in eadem specie, & ob id non fit immaterialis, sed materialis, tamen non omnino non fit materialis, quia etiam sunt species ipsarũmet, atq; determinantur propriè secũdum unum & idem, & ob id neq; in eò q fiunt, materiales distant omnino a tota sua natura, sed manentes in se quodãmodo abstrahuntur à contraria sibi remotione, & infinitate. Deniq; Iamblicus ultimã sectã corrigendo, eorum qui intellectuales qualitates non intensibiles existimant, sed materiales, intensione & remissione participare, asserit illud Porphyrĳ, quòd omnia intellectualia & uerè existentia, substantiæ sunt, & ob id nõ suscipiũt magis & minus, ad quod responderi posse inquit, q intellectualibus ordo rationis qualitatis saluatur, etsi ibi omnia existunt, secundũ substantiã, nam secundum hãc rationem, circa substãtiam tactus, & motus, considerantur, qui saluant tanquam in intellectualibus rationem existentis in altero, & operationis circa alterum, sed sermo Aristo. factus non est omnino de intellectualibus. Hæc igitur sufficiẽter dicta sint. Cæterum Architas, breui admodũ sermone, causam suscipiendi magis & minus insinuauit, dicẽdo. Et qualitati cõmunia quædã coniunguntur, ceu cõtrarietatem suscipere & priuationem, atq; suscipere magis & minus, uelut in passionibus. Nã cũ passiones participarent quandam infinitate, ob id recipiunt quandam intensionẽ indeterminatã, secũdũ magis & minus, & hoc modo qualitas secũdũ suã rõnẽ magis & minus habebit, & non propter sua participantia. Nã si consideratur intẽsio, & remissio, in participantibus, ceu si contingat solo existente albo, fieri minus albũ, quando à sole adustum fuerit, quãuis enim secundũ aptitudinem, uel inaptitudinẽ fiet participantis, secundum cõmixtionem eius quod non est, tale habet, tamẽ etiã ipsa in participatis rationibus excellentia. Nam istę fiunt differentes, propter præcedentes diuersas passiones, immo dubitatio est ne forte in suscipientibus sit differentia. Eqdẽ in coloribus naturalibus, uelut in albo lacte, & niue manifestè est excellentia scdm magis, pœnes ipsam naturalẽ rationẽ. Sed quõ simile & dissimile inquit esse propriũ qualitatis? Nisi quia sicut sæpe dictum est, qualitas est aduenniens, & ob id communicatio secũdũ seipsam facit, ueluti colorationem, nam unũquodq; genus habet propriã naturã suæ cõmunicationis, unde ea quæ cõmunicant secũdũ substantiã, ipsa identitate coniunguntur, quia idem fiunt, similiter quantitas est in ipso quale, et qualitates in ipso simili conuertuntur. Nam sicut qualitas est aduentitia, & non est eorum, & omne id quod suscipit, sed circa aliquid ipsi⁹ suscipientis fit impræssio quædam, quæ circa substantiã similitudinem facit, nam similitudo est eiusdem speciei aduẽtitię participatio, ut ostẽsum est in libro Parmenidis, & dissimilitudo se habet contrario modo. Vnde si impræssio, & caracter, facit maximè similitudinem, & in caractere qualitas consistit, meritò itaq; habet proprietatẽ secundum simile & dissimile, idẽ insinuat Architas, sic scribendo. Qualitatis autem proprium, simile & dissimile est, nam dicim⁹ omnes esse similes coloribus, qui eandem colorẽ habẽt, & qui habẽt eãdem ideam caracteris, dissimiles uerò hi sunt qui contrario modo se habent. Eadem quoq; ratio in alĳs fit, sed dicendo similia uel dissimilia participantia, uidetur referre eãm ad rõnẽ, nam participantia similia, similr fiunt quæ formantur secundũ idem, sed aliter et aliter fiunt alia, & alia participantia, immo existimandum est, ipsa secundũ rationem qualitatis, tan quã principalem causam similitudinis & dissimilitudinis, similia & dissimilia fieri, nã ratio qualitatis habet secum subsistens simile & dissimile, quocirca etiam est consequens, omnem qualitatem & connexum eidem secundũ propriam naturã, quandoquidem secundum designationem qualitatis & communes rationes ipsius, ac omnes species qualitatis eidem simile & dissimile insint, quocirca simile, & dissimile est omnis qualitatis proprium.

Non oportet autem turbari, ne quis nos dicat de qualitate propositum faciates, multa eorum quæ ad aliquid connumerasse, habitus enim, & dispositiones, dicebamus esse eorum quæ ad aliquid, fere enim in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, singularium autem nullum. Scientia quidem enim genus existens, ipsum quod est alterius dicitur, cuiusdã enim scientia dicitur. Singularium autem nulla ipsum quod est alterius dicitur, uelut grammatica non dicitur alicuius grammatica, neq; musica alicuius musica, nisi fortè secundum genus, & hæ dicantur eorum quæ ad aliquid, uelut grammatica dicitur alicuius scientia, non alicuius grammatica, & musica alicuius sciẽtia, non alicuius musica. Quare singulares non sunt, quæ ad aliqd, dicimur autem quales singularibus, has enim & habemus, sciẽtes enim dicimur in habẽdo quasdam scientiarum singularium. Quare & qualitates erunt hæ singulares, secundum quas quidem & quales dicimur, hæ autem non sunt eorum quæ ad aliquid, adhuc si cõtigerit idẽ hoc quale & ad aliquid esse, nullum inconueniens in ambobus generibus ipsum dinumerari.

Cum his hominibus, qui scientiæ cupidi sunt, consentaneum sit soluere dubitationes quæ ex dictis oriuntur, meritò itaq; Aristo. commemorat se prius habit⁹ & dispositiones dinumerasse, in ipso prædicamento ad aliquid, & cum tractasset unam speciem qualitatis, in eadem posuit ipsa, et eum uerisimile erat, ut auditores propter hoc turbarentur, quandoquidem si habitus esset in duobus prędicamentis, accideret q cum unum sit, diuersis differentĳs speciei, uteretur. Nam diximus quòd diuersorum generum, non subinuicem ordinatorum, sunt diuersa specie differentia. Soluit igitur hanc dubitationem dupliciter, uno modo ostendẽdo in omnibus talibus esse genera ad aliquid, uelut scientia scibilis, sed species, & singularia non sunt ad aliquid, nã grammatica, & Aristarchi grammatica, nec mutuo, nec ad alterum referuntur, nam si grammatica Aristarchi, esset ad aliquid etiam Aristarchus esset grammaticę, ut ad aliquid. Similiter etiam musica, & Aristoxex in musica, nam etsi ipsa uideantur ad aliquid dici, secũdum ipsum sunt ad aliquid, quandoquidem grammatica alicuius scientiæ dicitur, sed non alicuius grammatica. Et si sciens grãmaticus dicitur, secundũ relationẽ ad genus dicitur, sed nõ secundũ simpliciter sciens, dicetur. Itẽ grãmatica dicitur esse habẽtis, quomodo neq; erit ad aliquid? Vnde si aliquid secundum gen⁹ est ad aliquid, & fuerit quale secundũ singularia, profectò habitus erit aliter in prædicamento ad aliquid, & aliter in qualitate. Porrò ostendit q qualia singularia, sunt participantia, eò q singulares & nõ generalia, atq; ex eò q particulariter

ticulariter

ticulariter qualia dicuntur, participãtia, nam unusquisq; à proprio & singulari qualitate dicitur qualis, & non ab uniuersali, uelut grãmaticus à grãmatica, sed potius Aristarchus grãmaticus à suimet grãmatica, & non ab ab ea quæ Zenodori est. Quoniam igitur à singularibus quales dicũtur, profectò singulares qualitates non erunt ad aliquid, quandoquidem grãmatica Aristarchi nõ dicitur, ut ad aliquid, alioquin conuerteretur, & diceretur Aristarchus grãmaticę Aristarchus, quod quidem absurdum est. Pręterea secundum solutionem adducit, ꝙ nihil uetat ut idem sit in duobus prædicamentis, quãdo non secũdũ idem, sed secũdum aliud, & aliud significatum sit diuisio, nam Socrates ad multa reducitur prædicamenta, quandoquidem ut homo in substantia sit, ut tricubitus in quantitate, ut pater, & ut filius ad prædicamentũ ad aliquid, ut aũt Philosophus ad qualitatem, quo pacto secundum alia & alia quæ idẽ cõueniunt, Socrates ad alia & alia prædicamenta reducetur? Quod igitur absurdi est? si etiam habitus & dispositio secundũ aliud, & aliud, reducerentur ad aliud & aliud prædicamentum? Nam sicut locus secundum dimensionẽ est quãtus, & quatenus est terminus continentis, est ad aliqd, sic etiã dispositio quatenus aliqualiter habetur, erit qualitas, & quatenus dicitur ad dispositum, erit ad aliquid. Verum Alexãder Aphrodisieus, putat hoc accidere in solis illis rebus, quæ sunt ad aliquid. s. quòd quædam eorũ quæ sunt ad aliquid, reducuntur ad aliud prædicamentũ, quandoquidem ipsum ad aliquid, non habet proprium subiectũ ut à principio diximus, sed in alio & alio prędicamento habet esse. Sed pace Alexandri, hoc uerũ non est, nam idem etiam in omnibus prædicamentis consideratur, nam cum unũquodq; eorum quæ accidunt, nõ sit unũ aliquid, neq; simpliciter unum, sed consistit in natura compositi, mirum non erit, si unũquodq; secundũ aliud eorũ quę habet, reducetur ad aliquod aliud genus, & secundũ aliud ad alterũ. Sed fortè hoc concedet Alexander in cõpositis, ceu in Socrate. Equidem si resoluatur compositum in simplicia, & unũquodq; simplex, separatum à composito consideretur, unũquodq; à suum prædicamentũ reduci potest, ut homo, pater, tricubitũ, Philosophus. Verum Alexander cõsiderauit hoc. s. semper ad aliquod cum alio prædicamento subsistat, ut patet cũ substãtia, magis cum quãto, amicus cũ quali, & percutiens cum actione, & in alijs similiter, esse proprium ipsius prædicamenti ad aliquid. Sed dubitaret aliquis, ut opinor quõ Aristo. inquit genera dici ad aliquid, & singularia esse qualia. Nã perspicuum est, ꝙ cuiuscũque prædicamenti fuerint genera singulariũ, etiã eiusdem prædicamenti erunt ea singularia, quæ in illo genere continentur. Nam substantia est genus, et sub genere singulares substantiæ sunt, similiter si qualitas est genus, sub eadem singulares qualitates erunt. Nã genus non solũ de speciebus, sed etiam de indiuiduis prædicatur uniuocè, itaq; quomodo inquit genus esse ad aliquid, & singularia non esse, ad aliquid, sed qualitatis? Item existimo hoc esse dignũ, dubitatione, quales habitus, ut dispositiones in specie qualitatis. Aristo. posuerit, nam sic ea quę ut gen⁹, sunt qualitates, quõ easdem nũc dicit esse ad aliquid & non qualitatis? si uerò singulares fuerint in prædicamento qualitatis, quomodo etiam ea quæ sunt ut genus, non sunt in prædicamẽto qualitatis? quãdoquidem aliquis habitus sit habitus, & aliqua dispositio sit dispositio, sicut quidã hõ est hõ. Sed respondendum ad hæc existimo, ꝙ non dixit genera nõ esse qualitates, neq; generales habitus, & dispositiones nõ esse qualitates, sed dixit, ꝙ si habitus & dispositio dicuntur ad aliquid, tamen non omnis dispositio, & habitus, est ad aliquid, sed solum generalis habitus, & dispositio, sed generalis, ut singularis habitus, & dispositio, est qualitas. Item nullum absurdum est, generalem habitũ esse ad aliqd, & singularem habitum esse solam qualitatem, qa singulares habitus ipsius generis, ut ad aliqd, non assignãt, sed ei⁹ generis, quod est ut qualitas. Nã scientia ut est ad aliquid, in species non diuiditur, sed ut qualitas diuidĩ in singulares scientias, quæ quidem ut demonstrauimus, non sunt ad aliquid, sed qualitates sunt. Verum dices, si oportet communes quasdã determinationes afferre, quomodo fieri potest, ut idem referatur ad aliud. & aliud prædicamentum? Respondendũ est, ꝙ oportet ea quæ proposita sunt, tãquã cõposita resoluere, usq; ad ea quæ sine complexione sunt, & tunc uel à diuersitate significatorum, uel à differentia cõceptuũ, uel à diuerso caractere quod est in ipsis uerbis, talia discernere conuenit, et sic singularia in prędicamento reducere. Præterea simul consideranda sunt genera, species, & differentiæ uniuscuiusq;, ac identitas & diuersitas, nam pugillatiuus redigitur ad qualitatem, & ad aliqd, sed quatenus disponitur aliqualiter, ad qualitatem reducitũ, sed quatenus dicitur facere aliquid ad alterum, sic ad prædicamentũ ad aliquid reducitur. Rursus aliquo modo cum passio sit, partim in re ipsa affecta, quæ ex passione fit, & partim ut causa quæ ingerit passionem, consideratur ipsa passiua qualitas, tãquã commune aliquod, quia mod⁹ resolutionis in ipsam passionẽ, & typus communis proprietatis, & caracteris, efficit commune aliquod specificationis. Verum oportet ea quæ in pluribus generib⁹ cõsistũt, recusari in numeratione prædicamentorum, quandoquidem diuisio simplicium in ipsis sit, similiter quoq; si fuerint quædam medis, uel communia uel complexa genera, uel implicita, non conueniunt prædicamentis, sed hęc sunt additamenta, quocirca etiã Aristotelis insinuauit, quomodo idem ad aliud & ad aliud prædicamentum, reduci queat. Sed finem sermonis de qualitate faciamus.

Prædicamentum facere & pati.



Vscipiunt autem, & facere & pati contrarietatem, & magis, & minus, calefacere enim ei quod est infrigidare cõtrarium, & calefieri ei quod infrigidari, & delectari ei quod tristari. Quare suscipiunt contrarietatem, & magis & minus, calefacere enim magis & minus est, & calefieri magis & minus, & contristari magis & minus est. Suscipit igitur & magis & minus facere & pati, de his quidem igitur tanta dicuntur. Dictum est autem, & deponi in his quæ ad aliquid, quia denominatiue à positionibus dicitur, de reliquis autem, scilicet quando, & ubi, & habere, quia manifesta ualde sunt, de ipsis nihil aliud dicitur, quã quæcũq; in principio dixi, quia habere quidem significat indutum esse, armatum esse, ubi aũt uelut in lyceo, in foro, & alia quæcũq; de ipsis dicta sunt, de præmissis quidem igitur generibus, sufficiunt quæ dicta sunt.

Cum decem genera sint, quorũ quatuor pertractauit, cum sint uniuersaliora & recipiant ampliorem latioremq; cõtemplationẽ, meritò multis uerbis explicãda esse Arist. putauit. Proinde de cæteris breuiter dicit, & quãuis strictĩ & tenuiter dicat, tñ fieri multi & utiles sermones de illis possunt. Verũtamẽ sufficit pro introductiõe iuuenũ, q simplicia in propria genera reducere possint, & propria pręd icamenta facere, sententiã & explicationem ipsorũ sic facere, quod quidem, et principio ostendit per exempla. Verum propria de unoquoq; illorũ uerba, certa fecit. Equidem de actione, & passione in libro de generatione & corruptiõe tractauit, & de quãdo & ubi in libro de naturali auscultatione, ubi de loco & tempore diligenter disseruit, & de omnib⁹ exploratissimè & perfectissimè in metaphysica loquutus est. Verũtamen in hac facultate dialecticę, declarãtur hæc principia quatenus significantur nonnulla communibus dictionibus, sed in metaphysica cõsiderãtur peculiariter, quatenus sunt res, sed statim post qualitatem prius quã de alijs mentionem faciat, de ipsa actione & passione, seu facere & pati, quia (ut aiũt) secũdũ qualitatem fit actio & passio, meritò itaq; post qualitatem illico adductæ sunt, actio & passio. Equidem facere, ceu generare & ædificare substãtiæ competit, & facere, ut numerare quãtitati, simili

etiam facere et pati conueniunt prædicamento ad aliquid, quandoquidem sunt relatiua. Proinde melius dicẽdũ est, ꝙ cum facere & pati, quo ad existentiam actionis & passionis conueniant, quatuor ante dictis prędicamentis, meritò post illa quatuor sequitur horum pertractatio. Item qa hęc insunt etiam incorporeis, & cætera genera solum considerantur in corporibus, ideo præcedit horum tractatio, doctrinam reliquorum. Item utrũq; simul docendo tradit, qa simul etiam subsistunt, & ubi unũ est, ibi etiam alterum inuenit, quocirca uoluerunt quidam facere & pati non esse propria prædicamenta, sed ordinari in prædicamẽto ad aliquid. Architas uerò prępofuit actiõi & passiõi, hisq; duobus prædicamentis, illa duo habere & ubi, qui etiam causam hunc in modum assignat dicendo, ꝙ omne quod mouetur in loco aliquo mouetur, sed cũ agere & pati sint motus quidam, secundum actum, perspicuum est, ꝙ oportet prius intelligere locum in quo facere, & pati, collocantur. Equidem agere significat actionem, & pati passionẽ non secundum propriam designationem passionis, nã hoc modo est qualitas, sed secundum motum, qui est in passione, & hic est idoneus, & certus uerus conceptus de ipsis; quocirca hũc tanquam manifestum dicere prætermisit. Cæterum ea quæ insunt duobus prædicamentis affert, quorum primum est cõtrarietatem suscipere. Nam calefacere & infrigidare contraria sunt, quæ quidem consistunt in actione, & dum aliquid facit, similiter etiam contrarietas est in passione, sicut delectari, & tristari. Nam si tales contrarietates sunt secundum qualitatem. Nam calidum & frigidum contrariarum, & contraria efficiunt contraria, itaque erit contrarietas in actione, quando accipitur actio, ut actus acciperetur generum suscipientium contrarietatem, si ergo in ipsum agere est contrarietas, etiam erit in ipsum pati, nam id quod agens agit, id patiens patitur. Et cũ contrariorũ alia habeant aliquod medium, & alia non habeant, proinde cum qualitates habeant aliquod mediũ, eorũdem etiam contrarietas, secundum facere & pati, habebit aliquod medium, ut tepidum fieri, & rubere, quia tepidum erat medium inter calidum & frigidum, et rubeum, uel pallidũ, erat mediũ inter album & nigrũ, sed quorum qualitates non habent aliquod medium, neq; eorũ efficientia, neq; passiua habent medium, ut ægrotare, & rectè ualere. Præterea, duplex est ratio nam actionũ aliæ quidem sunt oppositæ passionibus, quæ in altera sunt, sicut calefactio, nam calefaciens calefacit id quod calefit, & quędam sunt absolutæ, sicut est actio dicendi. Cæterũ non est proprium ipsis facere & pati, contrarietatem habere, quando quidem hoc non competat solis, & omnibus actionibus, & passionibus. Nam actione dicendi, uel scribẽdi, uel ędificandi, nullum contrarium est, sed ipsis solis competit habere contrarietatem, quæ secundum actionem & passionem contrarietatem habere possunt. Præterea, facere & pati, suscipit magis & minus. Nam calefacere & calefieri, & reliqua alia, sunt facere & pati, & suscipiunt magis & minus, quia etiam qualitates quæ introducuntur per istas actiones, suscipiunt magis & minus, quocirca etiam ea quę secundum ipsas agunt, & patiuntur, magis & minus habebunt. Verum non oportet in omni actione et passione quęrere magis & minus, sed in illis quibus cũ genera suscipientia, magis & minus agunt, & patiũtur, quoniã neq; generate, neq; numerare suscipiunt magis & minus, quandoquidem nec substantia, nec quantum suscipiat magis & min⁹, proinde diuisio ipsorum agere & pati, erit secundum actiones, & passiuas qualitates, quæ multipliciter diuiduntur. Reliquũ de prædicamento poni, auditorem ad prędicamẽta remisit. Nam diximus, ꝙ positio cũ sit alicuius positi positio, est de numero eorũ quæ sunt ad aliquid, nam positio dicitur denominatiue à positione, alterius prædicamenti, uelut recumbere, stare, & sedere. Nam hæc non sunt positio, sed denominata sunt à positione, quo circa ab ipso Aristotelis habem⁹ etiam diuisionem ipsius poni. De reliquis uerò trib⁹, ubi, quando, & habere, quia manifesta sunt inquit, nihil aliud de ipsis esse dicendum, quando ea quæ dixit in principio, ubi nihil aliud posuit, quando exempla eorũ, dicendo, ut ubi uelut in lyceo, & quando ueluti heri, & anno priore, & habere uelut armatum esse, & indutũ esse, & infra tradet quandã diuisionem ipsius habere, tãquam multipliciter dictam. Sed cum hæc ab Arist. negligantur, utile erit adiscere ea quæ à Porphyrio, & Iãblico, de istis artificialiter disputata sunt. Dicũt itaq;, ubi & quando esse, sicut sunt ea quæ sunt ad aliquid, quæ non sunt principaliter in rebus considerata, sed de numero eorũ sunt, quæ aliĵs adueniunt. Nam quanto supposito, aduenĩũt quæ in ipso loco & tempore sunt, ut ubi & quando, quemadmodum etiam ea quæ aliquid sunt. Equidem ipsum ubi, locus non est, neq; quando est tempus, sed cum prius existũt, locus & tempus, deinde hæc adueniunt, ut id quod in loco est, alicubi esse dicitur, & quod est in tempore, esse aliquando, ut Socrates heri in lyceo erat. Verũ uidetur ipsum ubi esse unius speciei, & non suscipere differentias, sed tñ hoc quidem indeterminatè dicitur, de his quæ sunt in loco, uelut de his quæ sunt in ciuitate & idem determinatè, ceu de his quæ sunt in porticu, uel in hac parte portic⁹. Præterea, suscipit omnis loci differentias, quandoquidem ubi sursum & ubi deorsum dicantur, & secundum proprium locum & communem, ac locum per se, & per accidens, ubi dici possit. Nam secundum unũquodq; eorum, ubi dici potest. Similiter etiam quando non est tempus, sed pręexistente tempore, quando de aliquo dicitur, uelut bachi festum, dicitur anno priori, uel in præsentia, uel in posterum esse. Verũtamen quomodo tempus in quo ipsum quando collocatur, non est de prædicamento ipsius quando, sed in quantitate est. Suscipit quoq; quando differentias temporis. Nã pręteritum, dicitur olim, & præsens dicitur nunc, & futurũ in posterum. Similiter ipsum prædicamentũ habendi, significat quoddam acquisitũ & separatũ à substantia alicui⁹ existentis, quando simul existit cum ipso, itaq; ipsum habere est quorũdam acquisitorũ habitudo, nam indutum esse, nihil aliud est quàm habere tunicam, & calciatum esse, habere calciamenta. Equidem hæc sunt diuisa ab habente, & separata ab eiusdem substantia, quæ ipsi neq; ut substantia, neq; ut accidentia competũt, sicut nigredo & uarietas oculorum, proinde ipsum habere non habet secũdũ se differentias specificas, sed potest suscipere diuisionem, secũdũ differentias eorũ quæ habentur, sed hæc qdem animata sint, uelut equ⁹, & bos, hæc uerò inanimata, ceu uestimentum, arma. Item potest suscipere diuisionem, secũdũ differẽtiam eorũ quib⁹ nonnulla habere dicũtur, ceu si in aĩa aliqs habet apertos habitus, & in corpore habitus corporales, tamen secũdũ ipsum habere, uel haberi, nulla fiet differẽtia. Atqui qm̃ Porphyri⁹, & Iamblicus dixerũt id qđ habetur in anima, esse de numero habituũ acqsitorũ, aliquis cõsiderabit oẽ fortè illi habitus sint qualitates, & ea quę ab ipsis denominantur qualia sint, sicut etiam corpora participantia nigredine, dicũtur habere nigredinẽ. Nam habit⁹ animę, non ita circa animam ponũr, sicut calciamẽta circa corp⁹, sed sunt quędam dispositiones, circa ipsam, alterantes eandem, magis uel minus, ex dictis itaq; tales dubitationes solutę sunt. Sed dubiũ est, quomodo hęc sex prædicamenta dicantur genera, quandoquidẽ ipsorũ species non habeantur, nam genera dicũtur, & species, & specierum sunt genera. Quod uerò prædicamenta sint genera Aristo. insinuauit dicendo in calce text⁹, de præmissis quidem generib⁹, dicta sufficiunt. Vnde si fuerint aliquæ species istorum (ut ostendemus) dubitatio amplius non habebit locũ, nam si genera hæc sunt, de dictis speciebus dicũtur. Sed fortè aliquis dicet, ꝙ hæc non dicuntur genera tanquam de pluribus, & differentibus specie prædicentur, inquit, sed qa maxime significant differentes naturas, & abinuicem separatas. sicut solemus dicere in scientĳs unamquãq; ipsarum, esse circa aliquod genus subiectum determinatum, dicentes simul etiam hoc, & insinuantes quãdam naturam eorum, ab aliĵs separatam quocirca Aristo. hęc prædicamẽta nominat.

nominat. Item nonnulli obijciunt, cupiẽtes asserere ꝙ agere & pati dicantur adinuicem, & esse, atq; non esse ad aliquid, & minimè esse quędam propria prædicamẽta, sicut Aristote. inquit. Verum hi non rectè dicunt, nam ipsis non comperit secundum se in habitudine esse, quandoquidem non solum subsistant in habitudine, ceu dextrum & sinistrum, quinimmo est aliquid factum ab ipsis, quaten⁹ hoc est agens, & hoc est patiens. Verum si concederetur facere & pati esse ad aliquid, singularia tamen esse ad aliquid non concederetur, quandoquidem nec ambulare, nec currere, est ad aliquid, & utrũq; est facere, similiter neq; grammatica erit ad aliquid, quoniam scientia quæ est genus ipsius, est ad aliquid. Item uniuersaliter agere de omni agente dicitur, tamen non omnis actio respicit patiens. Nam absolutæ actiones, uelut dicere, currere, legere, & id genus, non respiciunt patiens, quare nõ erit ipsum agere omnino ad aliquid. Nam etsi patiatur aliquid pauimenti ab ambulante, tamen ipsum ambulans, non dicitur hoc agere, quatenus ambulat, sed quatenus talem motum efficit, & quatit integumẽtum. Similiter quoq; agere, nigrum & album fieri, secundum se sic se habent Nam sicut communiter cõtrarium est in ipsis ad aliquid, & tamen unumquodq; est sub proprio genere, ita & facere & pati, quãuis abinuicem dicantur, non erunt sub prædicamento ad aliquid, sed in proprio genere, itaque cum facere, & pati non sint in prædicamento ad aliquid, neque in aliquo alio prædicamento erunt, secundum se propria prædicamenta. Atqui fortè aliquis dicet, quòd oportebat facere & pati sub prędicamento ad aliquid reduci, sicut etiam contraria ponuntur in prædicamento ad aliquid, & facere & pati singularia sub proprijs generibus collocari, ceu ędificare parietem, & generare sub substantia, & ipsum numerare sub quantitate, quia oratio, & numerus, sunt quanta, ac etiam album facere, & nigrum, sub qualitate. Forsitan igitur facere & pati ad alia prædicamenta se habent, sicut actio & passio ad substantiam, quãdoquidem agere sit ad aliquid, ut amare, & in alijs decem prædicamentis reperiatur. Item aliquis dubitabit, dicendo ꝙ cum Aristoteles dixerit communia ipsius facere & ipsius pati, ꝓpria omisit. Ad quod respondet Iamblicus, ꝙ simul per ea quæ communia existimantur, insinuata sunt ipsorum propria. Nam contraria, ac magis & minus, non simpliciter accipit, sed alia in actione, & alia in passione. Sed ad hoc facilè dicere possum, ꝙ etiã in alijs prædicamentis contraria & magis & minus, non quæuis temerè accipiebantur, sed propria uniuscuiusq; prędicamenti, & tamen uidebatur nihilominus communibus propria addenda esse, itaq; illud quod à principio dicebatur, est magis uerum, quòd in his est Aristo. contentus uniuersaliora afferre. Sed dices, quomodo si ambo hæc agere & pati sunt genera ipsius habendi, quod est genus, non sic etiam erit genus ipsum haberi? Nam habere diuiditur contra haberi, quemadmodum pati, contra ipsum facere. Nisi quia in ipso habere continetur etiam ipsum haberi, nã qđ sumptum fuerit, ab habente sumptum est, & omnino illud quod habet secum connexum habet id quod habetur, sed aliter fit in ipso agere & pati, quandoquidem pati nõ simpliciter in ipso agere contineatur. Etenim clamare, ambulare, currere, scribere, & id genus, est quoddam agere, & tamen nihil horum habet ferè connexum cum patiẽte. Item neq; habere refertur ad haberi, ut uidetur. Nam de quibus prædicatur, ceu de illo quod induitur, & armatur, eadẽ nõ dicuntur ad aliquid, nam habens econtrario diceretur, ad id quod habetur, sed habere ꝙ non sit idem cum habenti, non dicitur ad aliud. Atqui nonnulli obijciunt Aristo. ꝙ pauca dixit de sex prædicamentis, & quod etiam naturam ipsorum non satis descripsit, neq; diuisit ea in suas differentias, quãuis fieri posset (ut diximus) ꝙ uni diuidatur in differentias loci, & quando in differentias temporis. Vnde ꝙ Aristo. fuerit mancus, perspicuum est ex his quæ Archytas docet de his, longioribus, propria et singula eorum, (quemadmodum priora) explicans. Verum quidam defendunt Aristo. dicentes, ꝙ ea quæ non admodum communi consensu, & cognitu, comprænhenduntur ea ipsa Arist. diligenter docere, sed quæ facilè capiuntur, per manifesta sunt, eò quòd manifesta sunt, Aristo. prætermisit, quod quidem etiam ipse indicat dicendo, quia manifestè sunt, nihil aliud de ipsis dicitur, quàm quæcũq; à principio dicta sunt. Etenim si spectat unumquodq; eorum ceu motus, facere locus, & tempus, ubi, & quando, ad naturalem contemplationem, certè opus non est, ut latius in hac facultate logices, de ipsis tractare intellectum per se euidentem, quo ad significationem, quia difficilis esset hic de loco et tempore, examinata & certa contemplatio. Prætereа dicunt, ꝙ hęc sex genera aduentitiam naturam habẽt, & ob id meritò negliguntur, nam cum sensibili substantia, quædam simul introducuntur, ut qualitas, & ad aliquid, quædam uerò adueniunt, ut facere & pati, iam mota materia ad formas quas potest recipere, quibus etiam aduenit illud quod est in tempore, & in loco, atq; poni et habere. Nam qui facit aliquid, illud in tempore facit, & mouetur secundum locum, similiter patiens semper in tempore patitur, & ponitur quod fit, & habet aliquid. Vltimò dubitaut aliqui, cur non copulauit sermonem de ipso habere simplicibus prædicamentis, sed cum agit de oppositis priori & posteriori, & de motu, & alijs quibusdam, inserit diuisionem ipsi⁹ habere. At alij rectè soluunt, dicentes ꝙ habere cũ ubi & quando coniungens, tãquam de manifestis dixit, ꝓinde putauit non oportere quicquam aliud de ipsis dicere, sed cum uoluisset illa post prædicamenta, quibus, usus fuit secundum opinionem multorum maiore artificio distinguere, uidelicet oppositum prius & posterius, & aliqua post prædicamenta, cum itaq; ipsum habere esset æquiuocum, ut aliquis putaret Aristo. ponere unum æquiuocorum esse genus, meritò æquiuocationem ipsius habere, in calce distinxit. Sed aiũt, quomodo sex ultima prædicamenta nõ reducuntur ad prędcedentia, quandoquidem quando ad tempus reduci possit, & tempus ad quantum, similiter etiam ubi ad locum, & locus ad quantum, & cætera scilicet facere & pati, poni & habere, in prędicamento ad aliquid. Sed ad hæc quoque clara ex dictis est responsio, nam aliud est illud, quod est in aliquo, & aliud est illud in quo, est illud, quod est in aliquo, quod si hoc uerum est, id quod est in loco differt à loco, & quod est in tempore, differt à tempore, igitur ubi & quando erunt genera diuersa, à loco: & tempore. Item ostendimus prius facere & pati, ac poni & habere (cum habeant proprias naturas) esse diuersa à prędicamento ad aliquid. Nam hæc habent habitudines diuersas ad aliquid, quandoquidem poni sit alicuius ad alterum, & habere alterius ad aliquid, sed ipsum ad aliquid habet habitudinem communem, itaque hæc genera sunt proprijs differentijs determinata, & non reducuntur ad prædicamentum ad aliquid. Hæc igiť sint ea quę cõmuniter & sparsim dubitari, & solui solent, proinde ex hoc loco auspicabimur prĩcipium dicendi, de unoquoque distinctè considerando eas quæstiones, quæ sunt uel maximè opportune.

SEX PRINCIPIA SIMPLICII

suo Matte tractata, & diligenter explicata. Per eundem optimum interpretem.



POSTQVAM de cęteris sex prædicamentis dicturi sum⁹, primum perspicuum est, ꝙ & genera facere & pati sequuntur antedicta prædicamenta, immediate. Nā sicut post substantiam erat quantitas, & ob id quantitas ponebatur esse unū genus, atq; post substantiā ponebatur qualitas, & erat alterum genus, sic etiam actio et facere post substantiam ponitur, atq; etiam oportet secundum eadem, genus patiēdi uel passionis ponere post actionem, cui quidem cognata est passio. Sed nūquid facere ponendum est genus, uel faciens, uel factio? quemadmodum etiam qualitas erat genus, & ipsum quale denominatū ab ipsa? aut hæc, factio, facere, faciens hic sunt cognata, & cōiuncta? Atqui dicimus, ꝙ faciens compræhendit etiam subiectum, & significat compositum conceptum ex agente & actione, actio autem, & agere, sunt simpliciora & nihil cōpositionis attingunt, quare hæc scilicet agere & actio, ut sint genera, cōuenientius est, quàm agens. Item horum etium honore pręcedit facere factionem, quia dupliciter dicitur factio, uel actio. Nam & actio dicitur factio, & effectus actionis, sicut dicimus Homeri factionem. Equidem opus est, non effectus, sed actio quam ipsum agēs uno modo significat, propter quod facere ponitur ut genus, nam facere adhuc significat actionē factam, sicut poęsis significat, ꝙ illud magis quod iam cessauit, & affectum patiendi. Sed si facere constituit agere, cur non potius actionem ponimus esse genus, quàm facere? Equidem si actio ob id conuenientior est ipsa efficientia, quia indicat motum, & non id quod post motum aduenit, sicut efficientia, aut factio, profectò oporteret motum ponere unum genus inter prædicamenta, nā sicut alia circa substantiam sunt, sic etiā motus est in quo facere, & pati consistunt, nā ambo in motu uersantur. Verum hæc dicunt (sicut Plotinus) Arist. suppositionibus non utuntur, nam ille illud quod primò efficit, & mouet, dicit esse immobile, & ob id facere in ipso separatum est à pati, & ambo sub uno genere non ordinantur, quare neq; ad unum hæc ambo educēda sunt, sed duo determinanda sunt, sicut etiam Aristo. facit ipsa seorsum separans. Vnde Boethus et Iamblicus, contra eam dubitationem quæ uult motum esse unum genus, ante facere & pati, ponendum esse instituerunt. Porrò Porphyrius inquit, uidetur quibusdam motum esse quid unum, in facere & pati, ac continuum esse, ceu liquet in eo motu, quo percutiens percutit, uel ut etiam in proiectione, & expulsione. Nam qualis est proijcientis lignum motus, talis etiam est mot⁹ proiecti, & qualis est impulsio impellentis, talis etiā est impulsi quare unus & continuus erit uterq; motus, sed non idē habet esse ad percutiens, & ad id quod percutitur, sed percussi passio est, & percutientis actio, quo pacto facere & pati non est simpliciter unum genus motus, sed habent differentiam. Verum hanc solutionem dubitationis Iamblicus confutat, tanquā alienam, & semotam, nec ex notis procedentem, nec forte ex his quę uidentē Aristo. non enim si aliqua factio ita se habet, cum aliqua & omnis factio cum actione ita se habere debet, neq; inchoandum erat ab extremis actionibus dico scilicet ab his, quę secundum percussionē & expulsionem fiunt, neq; concedendum est Stoicis, id de quo inter nos dissentimus scilicet ꝙ factiones appropinquatione quadam, & contactu efficiant, nam melius est dicere, quòd non omnia agunt approximatione & contactu, sed potius actio fit secundum aptitudinem agentis, ad patiens, & econtra, quandoquidem multa sint, quæ non contactu agunt, quæ quidem perspicuò patent. Vnde sicut in operibus uidemus, ꝙ agentia indigēt approximatione per accidens, tum fit contactus, quia in loco participāt uirtute patiendi, uel agendi, quandoquidem talia sint corpora, & actiuis uel passiuis uirtutibus participent, tamen nihil impedit distantia corporum in aliquibus, ut hoc quidem agat, hoc uerò patiatur, & suscipiat actionem agentis, nam in quibusdam indistans, et non impedita actio fit, ut in chordis liræ, quæ coherent, etsi inuicem distant similiter id quod accenditur eminus, formam ignis suscipit. Itē nec multa quæ se tangunt, efficiunt aliquid per contactū, ut emplastrum, uel aliquid aliud medicinalium remediorū si apponatur lapidi, itaq; si hæc tangunt, & sæpe nihil faciunt, & ea quæ non tangūt aliquid, sæpe faciunt, itaq; percussio, & pulsio non est principalis actio, neq; contact⁹ est in his, quæ uidem⁹ percutere, causa, sed uirtutis cognatio, qua potestas faciendi habetur, est causa. Quod si aliqs diceret eandem esse substantiam agentis, & patientis, profectò mouens mouebitur, & quod mouetur mouebit, & totum, ut totum, mouens erit, & motum, atq; omnes dignitates de motu scilicet tollentur, quòd motus procedat ab aliquo, & circa aliquid fiat, atq; ꝙ alius sit principium motus, & alius sit ipse motus, tanquam à principio affectus, & multo magis tollerentur dignitates, in his in quib⁹ maxime sunt separatæ causæ motus, itaq; non oportet derelinquere illas opinionēs ueras, quæ diuidunt principia generum. & discernunt unumquodq;, secundum ꝙ cognatum est. Nam si oportet commixtum quēdam motum intelligere, ex actione agentis & immmutatione patientis, generatio nō erit inter simplicia, & immixta, præsertim, cū ipsum commixtum ex patiente, & faciente, meritò excluderetur à primis generibus, tāquam posterius, sicut etiam oīa alia composita, itaq; non est cōcedendum, ꝙ motus cōtineat actiones & passiones, et copulet ipsas inuicem secundum unam continuitatem, neq; ꝙ ambo eadem substantia communicent, aut ꝙ eadē substantia partiatur in ipsas, et aliud indicet actionem eorum, quæ in ipso sunt, & aliud passionem. Nam secundum omnes hos modos, motus fit quoddam commune ipsis agere, & pati, separatus tamē à patiente & agente, tāquā medius inter utrūq;, & à faciente procedens, & in patiens passionem inducens, sicut igitur mouens & motum duo sunt, ita etiam agens & patiens sunt distincta dupliciter. Sed hæc quidem sufficiant, cōtra Porphyriū, uel cōtra opiniones, quæ ab ipso ꝓponebantur cōtradicentium. Deinde inquit Iamblicus, magnum Plotinū confutare Aristotelem, ponentem motum in genere, eò ꝙ dixit Aristo. motum esse actum imperfectum. Nā ait, si hoc uerū est, nihil prohibeat actū præordinari, ut motus existimetur una species motus, cum sit imperfectus motus. Ad hæc itaq; à principio contradicendo Iamblicus, inquit, uideamus si motus sic dicitur actus imperfectus, ut in eadē natura consistat, uel pot⁹ sit, uelut quoddam exiens in naturam omnino deteriorem. Nam si mot⁹ diceretur act⁹ imperfectus, ut secundum suam naturam sic consisteret, nihil prohiberet actum præordinari ut genus, & sub eo collocari motum, ut speciem. Sed si mot⁹ est actus, qui egreditur in aliud genus, tunc actus non poterit esse genus ipsius, unde si motus qui tendit ad finem, cuius gratia efficitur, & nondum ipsum finem in se continet, & actus secundum finem stat, perfectus existens in seipso & propria perfectione permanenter utens, profectò perfectissimum non habebit aliquam communicationem naturæ, cum illo quod deducitur à perfectione. Item si actus speciem in se perfectam habet, & motus progreditur à specie, habens tātum ipsam in potentia, & secundum materialem & informem aptitudinem, manifestū erit, ꝙ motus non erit sub actu, tanquā sub genere. Item si motus consideratur in quadam prorogatione, & festinatione, ac continuitate, diuisibilis existēs in cōtinua, semper in infinitum, & actus secundū unū ultimum stat, habens esse à seipso, ac simul compræhendens omne suum esse secundū se, profectò neq; hoc modo act⁹ erit genus ipsi⁹ motus. Item si motus est partibilis, infinitus, & indeterminatus,

determinatus, & actus est impartibilis, & habet ultimum, & identitatem, quomodo erit genꝰ alterius? Itẽ si motꝰ hẽc cõmixtã subsistentiã cũ ꝯtrario, & transit de cõtrario semper ad contrarium, ceu qñ fit ex albo nigrum. Nam motus ab altero in alterũ ꝓcedens, neutrũ est extremorũ, sed mixtum est ex ambobus, actus uerò cũ sit omnino immixtꝰ, et secundum unum cõtrariorum stet, nihil contrarię naturę secum admittens, quomodo igitur actus poterit esse genꝰ ipsius motus? Item si dicitur motus simul extendi cum tpe, perinde ac extensiuus sit, & actus æternitati adest, tanquã sine extensione existat, & totus simul sit præsens ipsi nũc, itaq; nec hoc modo poterit esse quędam natura eiusdẽ generis, ipsorum æternorum, & eorum quę in tempore fiunt. Item si actus quidẽ immobilis præexistit, & cõtinet in una quiete simul principium & finem, & motus comprehendatur tantum esse, dum procedit & labitur, itaq; actus nõ erit genus ipsius motus. Verum inquit Plotinus, purioribꝰ opinionibus nõ uidetur esse asserendum, iuxta hunc intellectũ, motum actum esse secundum quẽ nonnulli ponent, ipsum, moueri determinant, agere & recipere eũdem motum secũdum moueri, & actum, quod quidem multis indiget, ut uerum esse appareat. Atqui hoc etiam ex uerbis Theophrasti persuadendũ est. Nam huic uidet motꝰ separari ab actu, & motus esse in quo actus continetur, & minimè ꝙ actus contineat motum. Nam dicit actum esse uniuscuiusq; substantiam, & propriam speciem, quæ quidem non est motꝰ, quandoquidem actus & perfectio in ipsis intellectualibꝰ, & immobilibus, suapte natura esse non prohibeantur. Præterea sunt multæ eiusdem perfectiones insensibilibus, sine motu, ceu perfectio statuę, secundum figuram. Nam figura stat secundum eãdem perfectionem, uel si dũtaxat actꝰ præcedit motum, ob id non oportet ipsa inuicem copulare, neq; illam asserere alterius esse genus. Verum si qs dixerit, actum pręcedere moueri, quatenus simul cum ipso ordinatur, sed id quod est actus secundum figuram statuę, & uniuscuiusq; perfectionem stans, respectu eius quod est in potentia, dicitur abstractum ab ipso, & non actu à motu, profectò is ignorat (quia id quod est in actu) opponitur ei quod est in potentia, & perfectio est imperfecti, & habitudinem semper accipit à ꝯtrario, sed hic actus secundum se est absolutus, & ad nullum contrarium dicitur, sed perfectionem prębet ei quod est in actu, multum ergo interest figuram esse actu, & non esse actu, nam qui hoc prorsus dicũt, ignorãt purum genus actus, neq; separabilem à motu ipsum faciũt, neq; priꝰ, eò quod est in actu, nec de hoc memoriam faciunt, quomodo dicimus intellectiones actus esse, quæ tamen fiunt impartibiles, & simul atq; in eodẽ nũc & simul totæ, nam id quod est in tempore, eo quod nunc est, id intelligitur esse actum in motu, sed purum actum dicimus esse sine motu, & ab ipso alios actus procedereꝰ, qui non sine motu considerantur, sicut dicimus phantasiam, et sensum esse motus secundum passionẽ, sed ſm formã actꝰ & sic nonnulli actꝰ sunt inseparabiles à motibus, nonnulli uerò separabiles, sed illi sunt inseparabiles, qcũq; sunt motuum perfectiui, & eosdem præcedunt, atq; deducunt ad actum, separabiles uerò sunt, quicũq; sunt unius speciei, & prorsus immobiles. Hactenus igitur tolleretur is, qui sic actus absolueret, & separaret, quocirca etiam erũt quędã formæ immateriales, cum quibus etiam immateriales actꝰ simul esse apparent. Sed ille qui eminus procedens, & trahens ipsos ad motus, nequaquam tolleretur, neq; hi tollerandi sunt, qui ponunt aliquem actum communem, cuius quosdam impartibiles, sic totos simul esse, & quosdam in generatione, ac generationes esse dicunt, quos etiam motꝰ uocari uolunt. Nam fieri non potest, ut unum sit genus impartibiliũ, & partibiliũ neq; idẽ sit genꝰ eorũ quę sunt, & eorũ quæ dũ fiũt, sunt. Itẽ neq; idem actꝰ impartibilis erit, & extendetur ad partibilia, & simul totus sit, & in fieri existat. Nam omnia hæc, rerum naturam demũt, & essẽtiã actus destruunt. Vnde manifestum est, quòd qui motum asserunt esse commune genus actionum, et passionum, cõtradicunt opinioni Arist. ut liquet, partim ex his quę alias ipse dicit, & partim ex his quæ nunc in diuisione prædicamentorum tractat. Nam hoc modo, facere & pati non essent duo genera, sed potius motus esset unum genus, ante ipsa. Sed quomodo moueri, communiter extendunt ad ea quæ considerantur in actione & passione secundum motum, ceu ambulare & secundum habitudinem, ceu uestiri, sedere. Nam hæc mixta sunt ex passione, & actione nõ propria, sed mixta cum passione. Item illud quo dicitur actum de solis actionibus dici, temere asseritur. Nam neq; omnis actus factio est, quandoquidem nec intellectio est factio, neq; econtra omnis factio, est actus. Nam sicut quędam factiones quę sunt passiuę qualitates, ex his autem colligendum est, ꝙ Plotinus & alij qui ex consuetudine Stoicorũ in Aristo. sectam transferebant, communem esse motũ ipsis agere & pati. Equidem isti motum & actum in idem cõfundunt, & actionem puram separatam à passione non seruant, quandoquidem ipsam considerent, cum motu. Pręterea, non seruant principium motus immobile, sicut Aristo. uidetur. Nam quãdo & ipsi Stoici differentias generum dicunt, asserunt unam esse, quia aliqua mouentur ex seipsis, ut cultellus ex propria pręparatione habet incidere. Nam actio perficitur secundum figuram & formam. Alteram uerò dicunt esse, quando aliquid per seipsum motum agit, ut naturæ, & uires medendi actionem efficiunt. Nam cum sperma est proiectũ, constituit proprias rationes, & appositam materiam aptat, & imprimit eas rationes, quas in seipso habet. Verum alterũ est facere à seipso, quod communiter est ipsum facere à proprio impetu, & alterum est à rationale impetu, quod etiã plasmare, & fingere uocatur, quo etiã est aliquod specialius, quod dicitur agere ſm uirtutẽ. Quãdo igitur hæc Stoici diuidunt, efficiunt contrarium peccatum, quã quod superioribus fecerunt. Nam omnia hęc cũ debeant sub uno genere ordinari, quandoquidem omnia uersentur in actione, profectò non rectè diuidunt in multa genera, eò ꝙ plura sint principia, à quibus actiones proficiscuntur. Vnde diffinitio actionis, actusq;, est apud eos cõfusa, nam eam assignant per actum, qui quando facere & pati genus esse asserunt, tunc rectè dicunt, sed quando moueri, continere ipsum mouere dicunt, sibijpsis pugnant, & contradicunt, quandoquidem asserunt moueri esse genus mouendi, quia continet ipsum, quod etiam nõ est genus, eò ꝙ diuiditur contra ipsum, siqdem aliud sit facere, & aliud pati. Item inquit Iamblicus, ꝙ Stoici non rectè sentiunt de motu, cum asserant imperfectum dici de motu, non quia nõ sit actus. Nam ut semper aiunt est actus, sed denuo atq; denuo succedit, non ut perueniat in actum, quandoquidẽ cum sit, sed ut aliorũ fiat alicubi, quod est post ipsum. Hęc igitur Stoici dicunt. At Iamblicꝰ inquit, quomodo fieri potest, ut dicatur actus imperfectissimus esse, qui omnium est perfectissimus? Item quonam modo fieri potest, ut in agendo stet, & multiplicetur successiue, sicut ea quæ procedũt secundum numerum? Verũ uniuersaliter apud ueteres motꝰ dicebatur imperfectus esse, ut distingueretur contra actũ, nam actus non dicitur, sed endelechia imperfecta dicta est, quia endelechia est continentia perfectionis, secũdum speciem. Porrò illa deductio, quę cũ sit motꝰ ab eo quod est potentia mobile, ad formam imperfectè endelechia dicit, ut distinguatur contra perfectam endelechiam, ceu tornatio, & impræssio statuæ, est motus & imperfecta endelechia, sed forma ipsius, & ipsa statua, est perfecta endelechia, quocirca Aristo. motum diffiniuit esse endelechiam mobilis, inquantum mobile idest manentem endelechiam, semper imperfectam, quæ separata est ab actu. Verumtamen neq; omnis motus est imperfectus, sed si aliquis est, ille dicitur esse, qui habet principium & finem, quocirca motus coeli nequaquam est imperfectus, cum semper sit in fine. Verum confundit præsentem sermonem, illud qđ actu confusum est, quod creditur esse actus. nam id quod transmutatur, ab eo quod erat in potentia, & postea fit in actu, hoc ipſm dr̃ esse actu, siue illud sit forma, siue passio

ſiue quies, nam ipſum æs, procedens ex potentia in actu, fit ſtatus, & forma perficitur, ſimiliter calefactibile, quando fuerit calefactum, tũc ſubit paſsionẽ, & tũc fiet quies motus, quãdo peruenerit in eũdem actum. Differt ergo id qđ eſt actu, ab actu. Equidem id quod eſt in actu, quatenꝰ tale, ſubſiſtit contra id quod eſt in potentia, ſed actus per ſe eſt. Sed fortè aliquis dicet, ut exiſtimo, quòd etſi id quod eſt actu, diceretur contra id quod eſt in potentia, tñ quod eſt actu, motum nõ inſinuat, ſed perfectionem entis, quod prius erat imperfectum. Plotinus uerò motum, neq; imperfectum eſſe concedit, neq; ipſum perfici uult, ſed putat eſſe rem, quæ coniectura comprehenditur, ceu proceſsionem, & permeationem à principio, eſſe permeationem dicimus. Equidem ſi oportebat ſtadium permeare, nondum tñ erat hoc, quod terminaret permeationem, & ambulationẽ. Sed hoc dicebat Plotinus, ob id motus non eſſe defectum, ſed tãtę ambulationis, nam ambulatio, & permeatio erat motus, etſi quãtacũq; fieret. At Iamblicus occurrit ipſi, quandoquidem ut inquit Plotinus, non accipit mobile quà mobile eſſe oportet opus motus, neq; copulet ipſum cum potentia, cũ quatenus mobile nondum ſit totum, ſimiliter (ut exiſtimo) non rectè accipit, & dicit endelechiã mobilis, ut mobilis. Nã aliquid tale uidetur mihi pati, perinde ut aliq̃s diceret imperfectum eſſe ipſum perfectum, quando imperfectum eſſe ſm imperfectionẽ, conſideratum ſic quoq; motus imperfectus eſt, quia eiꝰ natura mixta eſt, ex eò ꝙ eſt in potentia, & ex ipſo actu. Vnde ꝯſtat ex indeterminato, & terminato, ac ex informi & forma, & ex non ente, & ente, ex quibus perſpicuum eſt, quod nihil habet cõe motus, cum actu puro Nam actꝰ purus, eſt ab omni infinita & indeterminata commixtione ſeparatus, & excedit alia. Verũ cum nonnullis Peripateticis, uideretur motus reducendꝰ eſſe, ad quantitatem. Plotinus uult ipſum potius reduci ad actum, qui ſicut actus non eſt quantum, ita etiam oſtenderetur motus, nõ eſſe quantus. Verum ꝙ motus ſit aliquod quantum, perſpicuum eſt, non ex eò quia in tẽpore, eſt qñquidem hoc ipſi per accidens cõueniat, ſed potiꝰ ex ſuapte extenſione, & quatenus eſt alteritas quædã, & diſsimilitudo, ut inquit Plato. Nam quãdiu unum & idem oĩa ſunt, tandiu quieſcunt, ſed quatenus accipiunt differentiã, mouẽtur. cum igitur quies ſit unum quoddam, itaq; neceſſarium eſt motum eſſe multa, & motus ſic erit quãtus, quod uerò non omnis motus ſit actus, patet, quandoquidem intellectio ſit actus immobilis, tamen de quibuſdam fuit quæſtio, proinde oportet dicere motũs, uelut ſenſationẽ, & animæ intellectionem, quæ uidentur quibuſdam non ſine motu eſſe, tamen non erunt motus, quandoquidem impartibiles ſint, ceu declaratũ eſt in libris de anima, ſed omnis motus eſt partibilis, quod ſi ſenſatio & intellectio in inſtanti, & nunc perficiũtur, neq; ſic motus ſint, ſed rectius appellentur actus. Vnde cum Meliſſus diceret principium eſſe omnis rei quæ fit, Ariſto. inquit non eſſe principium rei in omnibus quæ fiunt, ſed temporis quidem eſſe principium, quod rei non eſt, nam poteſt aliquod totum ſimul trãſmutari, ut fit in aere, quando illuminatur. Nam totus ſimul illuminatur, licet non ſine tempore. Nam in oriente illuminatur, quod quidem oriens non eſt ſine tempore, quandoquidem non in ipſo nunc oriatur, neq; illuminatio fit in ipſo, nunc quãuis totus ſimul aer & non una eius pars, poſt alteram illuminetur, Ariſto. igitur cum ſic dicat ſimul totã tranſmutationem, Plotinus ait, ſi ſimul tota eſt tranſmutatio, & ſimul totus motus fit ſine tempore. Verum dicit Ariſtotelis quandam tranſmutationem eſſe, dum aliquid tranſmutatur, & aliquam ſecundum tranſmutatum eſſe, illa ergo quæ eſt, dum aliquid traſmutetur motus eſt, ſed illa quæ eſt ſecundum tranſmutatum eſſe, quies eſt, ſi igitur quatenus tranſmutatur omnino ex ipſa trãſmutatiõe, quatenus tranſmutatur conſiſtit, & prius exiſtit mutatio, quatenus aliquid tranſmutatur, ſole manente in orientem, tũc nobis ſola illa inſenſibiliter exhibetur, quæ eſt ſecundum tranſmutatum eſſe, erit igitur non ſine motu, tamen illuminationis conſiſtentię nõ erit motus, quod ſi fieri poteſt, ut ea quę ſecundum tranſmutatum eſſe, ſine ſucceſsiua tranſmutatione cõſiſtat, neq; erit motus, neque cum motu talis tranſmutatio erit, quæ eſt in tranſmutatũ eſſe, ſed tales trãſmutationes actus ſunt, & non motus. Cæterum quę à Plotino dicuntur de motu, multa non cõpetunt motibus. Nam ꝙ motus ſit ſine tempore, repugnat prorogationi, et ſucceſſioni eiuſdem. Item aſſerere ꝙ ipſum incipiat ſine tempore, tollit continuitatem naturæ illius. Item exiſtimare motum concludi ſub altero, & altero ſucceſsionis gradu, tollit naturam continui. Nam in ſolis diſcretis ſecundum numerũ, poteſt alia & alia unitas intelligi, & ut diſcretam multitudinem in idem redigi. Verum ubi eſt continuitas ſine diſtinctione, non conuenit in iſtis aliquam multitudinem, uelut diſcretam in idem reducere. Item quod dicit Plotinus, etſi ſimul tota ſit tranſmutatio, & ſine tempore, ſit motꝰ talis, non recedit. Nam ſi ſpecies immobiles, ſunt præſentes, profectò tranſmutationes earum ſine tempore erunt, ſed motus minimè. Atqui neq; illud rectè exiſtimat, ꝙ una ſit ratio motuum, & actuum, & ꝙ ſimiliter ſi actus eſt ſine tẽpore, quod etiam motus ſit ſine tempore. Nam actꝰ ſecundum immobilẽ formę pręſentiam, & perfectionẽ, idem manet, ſed motus procedit ſemper quouſq; attingat poſtremã perfectionem. Item quantũ quod eſt in motu, non ſecundum multitudinem dinumeratam, eſt accipiendum, nam ut tale, non habet continuitatem, ſed magis quatenus tendit, & labitur, conformis magnitudinis corporis, ſi igitur motus eſt quantus, non poterat itaq; ordinari & conſtitui proprium genus, ſed hęc quidem ſufficiant. Deincèps illis qui dicunt Ariſto. ob id non poſuiſſe motum & actũ genꝰ inter prædicamenta, quia hæc reducuntur ad aliq̃d, quandoquidem actus ſit eius ꝙ potentia eſt factibile, & motus eius quod eſt potentia, mobile. Plotinus rectè contra dicendo (inquit) ꝙ ipſa habitudo conſtituit ipſum ad aliquid, ſed non duntaxat dici ad alterum. Equidem quando eſt aliqua ſubſiſtentia, ſiue alterius, ſiue ad alterum, tũc illa ſortita eſt naturam, quæ eſt uera, aut ad aliquid, hoc modo igitur actus motus, & habitꝰ ſe hñt, qm̃ quãuis alterꝰ ſint, tamen amiſerũt eſſe aliquid, & intelligi ſecundum ſe ante ipſum ad aliquid, & uniuerſaliter quæ ſunt ad aliquid, ſecũdum ſolam habitudinem conſiderantur, ſicut diſtinctio et ſimilitudo, ſed alia quæ ita ſe habent, ut ſubſiſtant, ſecondum participationem, ceu motus eſt in eò quod mouetur, & in operante, actus non exhibent habitudinem, quæ eſt ad aliquid, ſed participatione motus, quæ quidem non facit eſſe aliquod ad aliquid, alioquin hoc modo una ratione oĩa eſſent ad aliquid, & maximè hon totum copularum facere compati, propter habitudinem unius ad alterum, ſicut etiam illam demonſtrat Ariſto. cum ſimul de utriſq; ſermonem feciſſet. Et niſi numerus denarius generum ſic eſſe deberet, forſitan quidam putans etiã ꝙ Ariſto. hęc duo reduxiſſet, ad unum prædicamentum. Verum quia facere, acceptum eſt ſecundum puram patiendi naturam ſeparatam, ideo ſeparatum genus eſt, ab ipſo poſt pati, nam calefacere & infrigidare accepit Ariſto. non ſicut recta à Stoicis dicuntur, quæ quidem habent motum fluentem in alterum, ſed ſecundum ipſam operantẽ cauſam motus, quæ exiſtit in ipſa ſpecie caliditatis, & frigiditatis, itaq; hoc modo factio pure erit ſeparata omnino à pati. Item neque calefieri, & infrigidari ea ſunt, quæ quidem ſupina uocant, conſiderata ſecundum habitudinem ad calefaciens, ſed ſignificari quidem talia quędam à uocibus his, non contradicemus eas, tamen hæc non dicemus eſſe ea quæ ponuntur ab Ariſtotelis in prędicamento paſsionis, nam ſicut eſt pura actio ſine fluxu, & reſpectu ad patiens, & omnino intrinſeca eſt ipſi, ſic etiam eſt pura paſsio, ſolam compræhendens paſsionem, quæ eſt in patiente, & non eſt relatione, neq; habitudine, neq; coniugatione ad actionẽ copulata, quare neq; recta, neque ſupina ſunt hæc, ſicut ſolent Stoici uocare, uerum in quibus nõ eſt paſsio abſoluta ab habitudine ad faciẽs, meritò exiſtimarentur in his recta

& ſupina

& supina esse, partim quia essent quædam, quæ excederẽt
actionem in alterum, & quædam essent quæ natum ab al
tero in patiente aptarent, & referrent ipsum ad alterũ, quę
etiam excedentia sunt, tamen simplicia, & immixta, & pri-
ma genera, & secundum se subsistentia non sunt, neq; inui
cem habent esse, hoc enim rectè dicitur, quia non oportet
ut primis prædicamentis insit, id quod est ad aliquid, sed
cum ipsa subsistunt, postea aliqualiter se habent, uelut cur-
rens, & uerberans, nam ille est qui hunc uerberat, & hunc
urit, nam cum in compositione aliqualiter sit uerberans, in
tellectus cum subiecto etiam insinuat se aliqualiter esse cõ
mixtum cum facto, & se habere aliqualiter ad alterum, nã
facere, quoniam purè soli a... conuenit, ob id secundum
se solum purè stat, & non recipit habitudinem per mixtio-
nem ad patiens, nam ea quæ sunt ad aliquid, non sunt ma-
ximè in prædicamentis. Verum forsitan, aliquis si accepe-
rit ipsum usq; ad intellectionem, & tanquam secundam in
telligeret, certe aliquo modo esset ad aliquid, respectu pri
mi & altero modo esset secundum causam secundam, quo
pacto & prædicamenta esse intelliguntur, sed illud rectè
dictum est, ꝙ sola habitudo constituit ipsum ad aliquid, fa
cere uerò & pati, habent quasdam proprias naturas ultra
quas, fortè secundo & aliquo modo intelligi possunt esse
ad aliquid, quo circa non erit utrũq; hoc modo secundum
se, iuxta proprium prædicamentum, ꝙ habent. Sed instãt,
cur moueri non sit unum genus, & species huius duæ sint
scilicet mouere quod est idem quod ipsum facere, & illud
quod æquiuocè dicitur, cum genere moueri in quo est pa-
ti, ut utrum sit prædicamentum ipsius moueri, & non duo,
scilicet facere et pati. Sed solutio huius, prius ostẽsa est plu
ribus, uerbis, sed etiam, nunc dicatur ꝙ facere non contine
tur in moueri, si quis plures actiones accipit, sed solum pa-
ti compræhendit in ipso, itaq; moueri non potest esse gen⁹
actionum, de quibus neq; prorsus prædicatur in quid, nã
motus simul existit cum alteritate quadã, & trasmutatione
& actio pura quæ diuiditur contra pati, tãquã nihil habẽs
commune cum ipso immutabilis & inuariabilis est, quę q-
dem solum facit, & nullam recipit passionem, itaq; immo-
biliter aget, & nõ erit facere primo in moueri, ut in genere,
sed potius in eo collocatur, & consistit, quod non mouet,
hæc igitur est certa & exacta solutio instantię. Quod si ali
quis extenderet ipsum facere, etiam ad motus, & diceret ꝙ
secundum antiquos, moueri in motu subsistit, dicendũ est,
ꝙ tale non est in oibus actionibus, sed non solis illis, quæ-
cũq; idem sunt cum motibus, nam facere non motus solũ,
sed etiam actiones comprehendit, ita ꝗ; propriũ ponebatur
ipsum ex suo proprio genere esse, id quod complectitur a-
ctus, quos moueri non compræhendebat. Item cõtinet mo
tus actionum separatarum, omnino à passionibus, propter
quod consequenter ponebatur facere esse gen⁹, diuersum à
pati. Vnde moueri prorsus non erit ipsis genus, non qa mo
ueri non uniuersaliter in actionibus esse dicatur, ut prima
solutio respondebat, sed quoniam ipsum facere, cõtinebat
eos motus, secundum actum, qui non continent in ipso mo
ueri. Præterea aliquis potest ꝑsuaderi, ꝙ hęc facere & pati
sint duo genera, ex ipsa duce rerum omnium natura, nam si
hoc quidem generat, & illud suscipit generationem, et hoc
quidem est actiuum, illud uerò passiuum, necessario opor
tet ponere duplicia genera, quæ conformiter se habent cũ
suis principijs, & quoniam prorsus immixtum præcedit
mixtum, iure itaq; necessario, pure facere, præcedit ipsum
pati, aut mixtum genus motus, nam hic cum ab alio sit, ef-
ficit aliquid in alio, proinde si esset genus in participanti-
bus, & in ipsis mixtis, esset genus, quod quidem absurdũ
est. Equidem multa agentia, & patientia, solent ꝓpter duo
principia scilicet actiuum & passiuum, in unam naturam
sæpe conuenire, quoniam si quis pure res determinat, & ef
ficiens inquantum efficit, non patitur, & patiens quatenus
patitur, non agit, quo circa primæ causæ immobiles sunt,
his motibus quorum sunt causæ, sed quædam mouentia se
cundo, & deinceps, hæc etiam mouentur, quia in seipsis ha
bent utrũq; principium, quando quidem aliquid ipsorũ sit
mouens, & alterum sit motum, quo pacto totum mouere,
& moueri, uidetur. Verum ponere motus in actiõibus, mul
tos distrahit, eò ꝙ putant actiones fieri in passionibus, &
actionibus, & non ut antiquis uideatur, actiua uirtute &
aptitudine agentis, & patientis. Nam ea quę pellunt, et tra
hunt talia, etiam sunt cõmixta ex actione & passione. Vn
de siue aliquis causam ipsius facere et pati, siue formam, tã
quam alteram ab illis distinxerit, profectò nihil erit cõmu
ne genus ipsius. Equidem ex eadem causa ostenditur, ꝙ in-
telligi & uideri sunt in prædicamento ipsius facere, sed nõ
in prædicamento ipsius pati, quandoquidem nihil patiatẽ
intelligibile ab intellectione, sed intelligi, est agere intelle-
ctionem, & uideri, est agere uisionem, quæ solum habẽt fi-
guram dictionis, & uocabuli ipsius pati, sed non oportet
ad figuram dictionis aspicere sed ad ipsas res, nam quędã
sunt quę re & figura dictionis facere habẽt, ut curare, quę
dam uerò sunt re actiua, sed figuræ dictionis passiua, ut in
telligi & uideri. Nam hoc scilicet intelligi, & uideri infor-
mat, quod uerò informat etiam agit, sed quędam econuer
so se habent, ut uidere, & intelligere. Nam informantur, &
informari & pati. Sed animaduersione dignum est, ne for-
tę intelligere & uidere non sit solum pati, & informari, sed
etiam habeat quendam intrinsecam exercitatam operatio-
nem, secundum quam perceptio fiat. Et certè nihil mirum
existimo, si aliquid commixtum in ipsis accidit. Nam cõse
quens est, ut hæc solum agant, & hæc solum patiantur, &
quędam simul agãt, & patiantur, sic intelligere & uidere.
Rursus Plotinus ait, considerandum etiam, si in facere di-
cunt quosdam actus, & quosdam motus, ceu incidere, om-
nis actio motus sit, uel cum motu. Item inquit consideran-
dum esse, si omnes actiones sunt cum ipso pati, an quædã
sint absolutæ & separatæ, uelut ambulare & dicere, atq;
quærendum est, num omnes illę quæ sunt in pati, sint mo-
tus, & illæ quæ sunt absolutæ sint act⁹, an utroq; modo si
mul se habeãt. Nã ambulare quod absolutum est, omnes di
cunt esse motum, & intelligere, quãuis id quod habet pa-
tiens, esse intelligatur, existimo actum esse asserendũ. Sed
ad horum primum dicendum est, quòd non omnis actio
est cum motu, neque motus, quod sit concedendum, im-
mo contrarium efficiens, secundum quòd efficit purum a-
ctum habet, neq; prorsus mouetur, quare non opus est hac
distinctione in ipso facere, ut quædam actiones sint act⁹,
& quædam motus. Nam motus prorsus ob dictas cau-
sas, non sunt in ipso facere, immo neq; illi motus qui simul
toti sunt, simpliciter dicentur esse actus, quatenus sunt si-
mul toti, quia dicebatur proprium etiam esse transmutatio
num, ut simul totæ fierent. Et certè hoc modo actus nõ di
uideretur unquam contra motum, quia hic simul totus, il-
le uerò sit in tempore, sed potius quibusdam alijs differen-
tijs, distinguerentur. Ad secundum quoq;, ubi quærebat
Plotinus nunquid omnes actiones sint cum ipso pati, uel
sint quędam absolutæ, dici potest, quòd illud facere, quod
ordinatur contra ipsum pati, non at genus Aristotelis po
suit, sed communius, & æquale ipsi agere, & ipsi facere,
à seipso, ut sub eodem ambulare, & sedere, ac omnia ab-
solute incidant. Equidem incidit etiam illud, quod est or-
dinatum contra ipsum pati, quatenus hoc quidem in seip-
so & hoc habeat principium, & causam motus in altero.
Verumetiam illud dici potest, quòd illud quod ordinatur
contra ipsum pati, & à Stoicis dicitur rectum, nunc non
sumitur, sed est commune illud, quod contra ordinatum est
in exemplis, accipitur tanquam manifestius. Sed meli⁹ est
ponendum, ꝙ primum & principalissimum genus ipsius
facere, sit purum, & nullam habeat commixtionem cum
patiente. Nam sic intelligi potest illa actio pura, quę est
ex seipso. Verum si aliquis uult accipere oppositionem,
inter facere & pati, ea ostendenda erit, non secundũ habi
tudinem, sed secundum propriam utriusq; subsistentiam,
quæ cum in utroque prius existat, rationem secũdo cõtra
rietatis accipit. Tertiũ uerò qđ dicit Plotin⁹, non est facile

distinguibile, propter mixtionem duorum principiorum, in multis. Nam ambulare, est mixtum ex motu & actiõe, forte etiam ipsum intelligere, mixtum est, ex pati & agere, & ob id difficile est assignare, in quo genere sint pposita, sed uniuersaliter diuidendum est, dicentibus primas actiones eas esse, quæ puræ & immixtæ sunt, & illas secũdas actiones quę ex illis procedunt in genere cum ista, quarum etiã sunt plures differentiæ, quandoquidem nonnullæ iunctæ sint cum passione, nonnullæ uerò cum aliquibus aliĳs rebus. Item aliæ dominantur illis quæ fiunt, aliæ uerò subĳciuntur aliĳs commixtis, quæ quidem diuersis modis connectuntur, cum igitur talia Iamblicus tractasset aduersus Plotinum, inquit artificialius esse proprietatem horum generum scilicet ipsius facere, & pati diuidere, & differentiã ipsorum adinuicem ostendere. Nam ex hoc apparebit, quæ ponenda sunt sub ipsis generibus, & quæ insunt ipsorum intermedia commixta. Atqui fortè melius erit si Architę dicta, ante sententias Iamblici in medium afferamus. Nã quę cũq; propriè ipsius facere, & pati, Architas scripsit, etiam Iamblicus scripserit. Architas itaq; hũc in modum scribit. Agentis autem, proprium est in seipso habere causam motus, & eius, sed eius quod fit, & recipitur, proprium est esse in altero. Nam qui efficit statuã, in seipso habet causam faciendi statuam, sed æs est illius, quo fit in ipso, & in eo ꝙ statua fit, similiter eadem ratio est de passionibus animę. Nam furor in aliquo altero natus est excitari, & ab aliquo altero extrinsecus prouocari, ceu ex detractione infamia, & iniuria fieri solet. Nã agens hęc, habet in seipso causam, agendi hęc. Cum igitur hæc exponat Iamblicus, inquit facere habere causam actionis in seipso, & pati causam mot⁹ in altero, & in seipso, sicut æs habet causam patiendi in se ipso, & in agẽte statuam, quocirca etiam ipsum pati habet quandam propriam stabilitatem, suæ substantiæ, & totum ipsum pati, non dependet ab efficiente. Reliquum adducit instantias, contra sermonem. Nam (ut ait) aliqui contradicunt, perinde ac quędam ipsius facere sint, quę habeãt causam in altero, ceu ipsum intelligere, nisi aliquis neget intelligere cõtineri in ipso facere, sed ipsum intelligi, uelut intelligere est in ipso pati, sed neq; hoc modo intelligi omnem causam, tribuit intelligenti, dum mouetur. Nisi talis nõ sit modus communionis, intellectus, & intelligibilis, ceu quidam dubitantes opinantur, sed fortè ille modus proprius, spectat ad contemplationem de intellectu. Sed soluẽda est dubitatio, nobis dicentibus ea quæ conueniunt præpositis, ut existimo. Equidem facultas, puras actiones & passiões consideraret, sed intelligere, quãuis sit aliquid pati, tamen habet quãdam internam excitationem, quemadmodum uidere, & ipsum uniuersaliter cognoscere, proinde non erat adducenda instantia, cõtra sermonem ex ipsis commixtis. Præterea sunt nonulli, qui dubitationem adducunt de ipsa appetitiõe, & de ipso appeti, quandoquidem hæc habeant in seipsis causam motus, & non omnino pura sunt, ac separata ab alia causa, & extrinsecus inchoante. Vnde hanc dubitationem soluendo Iamblicus, inquit, ꝙ simplicia non sunt, quæ impetu feruntur, & appetunt, sed sunt cõposita, neq; cãm habent agendi, ubiq; partium suarum, neq; ducẽ actionem in seipsis habent, sed ex quadam parte, & potentia in seipsis, impetu feruntur ad actiones. Vnde hæc indigent etiam extrinsecis uel eo ꝙ inchoat, uel eo quod conferat, uel eo quod impertit eis passiuũ motum, circa aliud factum, uoco autem compositum, ipsum animal, & eam actionem esse ab alio, quæ ab alio cõmunicatur, uoco etiã causam ipsam, potẽtiam actiõis, iccirco neq; ipsa actio est pura, neq; sola passio, neq; instandum erat ex hac contra rationem traditam de facere, qui asserit causam agendi esse à seipsa, sed solum oportet inquit Iamblicus, addere, ꝙ principaliter & primò à seipso, & à toto seipso causam cõtineat, & quòd solam in seipso, eandem habeat, atq; seipso perfectum, ipsam deducat ad ipsa tota. Vnde perspicuum est, ꝙ hoc modo sermo apertior erit propter additionem, quæ etiam omnia Architas breuibus insinuauit, nam illud in seipso uelut in toto accepit, propriè, et primò, qui etiam cursus proprium ipsius pati, inquit esse id quod habet causam motus in altero. Nam aut passio est sine esse (quodquidem absurdum est, quandoquidem inconueniens sit, ut aliquid efficiat à nulla causa) aut habet causam, quod si hoc conceditur, aut ipsa causa est in patiente (& hoc modo patiens non erit solum patiens, sed etiam efficiens) aut illa cã extrinsecus, & in altera, nam cum efficeret efficiens, certè quæ illud efficeret, hæc patiens pateretur, sed contra hoc Plotinus etiam dubitat, quomodo possint esse aliqua absoluta, & ex aliĳs non sint in ipso pati, ceu putrescere & rugosum fieri. Equidem pleraq; sunt, quæ in alio habent causam motus, & non patiuntur, ut cignus ex ea ratiõe qua albus fit, & ducitur in propriam perfectionem, ubi tamen talis passio non est ab alio, & crescens ab inexistente ratione crescit, & ducitur in augmentum, minimè secundum passionem. Sed ad hoc dicendum est, ꝙ neque cignus in alio habet causam, ut sit albus, sed in seipso, neq; aliquid aliud eorum, quæ ducuntur in propriam speciem & naturalem, habet ab extrinseco participatione propria speciei, passionem igitur dicimus, ipsum participare hoc modo, non quia talis passio non fiat ex alio, sed quoniam substantiæ erat participatio, illa participatio speciei, et formę secũdõ actionem ab aere, uel ab aqua, uel ab aliquo alio humido, euaporante facta. Sed fortè propter compositionem putrescentium, & rubigine demollitorum, sunt aliqua in ipsis, quorum mun⁹ partim est agere, partim uerò pati, quę cum nõnulli distinguere non potuerint, statuerunt tales actiones absolutas. Atqui iterum instant, dicentes ꝙ multa habẽt in seipsis causam agendi, quæ tamen dicuntur pati, quare nos omnes prauos, ex malitia quæ in ipsis est, dicimus esse affectos. Nisi ut uideantur ipsi Plotino non esse passiones, sed actus animæ, uel in ipsa actus, sed in corpore passiones, sicut igitur causam malitiæ, praui in seipsis habent, sic etiam actionem eiusdem habent, in ipso facere, siquidem passio de ipsa anima non dicatur. Vnde si circa corpus sit pati, passio erit in alio, & ab alio, & sic est uera pati diffinitio. Sed forsitan etiam in anima, cum plures sint partes, uel plura iudicia, & plures phantasiæ, uel uirtutes, uel differentes opiniones, ob id praui dicuntur esse affecti, circa discordiam ipsarum, cum contrarietates aliæ efficiãt, aliæ uerò patiantur. Maneat itaq; diffinitio ipsius pati, integra & sana scilicet ꝙ pati illud sit, quòd habet causam in aliud. Sed cum aptitudo materiæ, sit passio eius, quomodo non est ab ipsa, sed ab extrinseco? Nisi aliquis dicere posset, aptitudinem esse impræssionẽ speciei, & a specie materię impartiri. Verum quidam dicũt, ipsam passionẽ animæ materiam, quod si non est passio materia, sed ipsa patitur, tunc quærendum est, de aptitudine, quod si patitur aptitudine, semper est aliquid efficiens ipsum, si autem non patitur, sed ipsa est habitudo, tunc erit substãtia materiæ, nunc uerò sermo fit de passione interna, siue externa. Item dubitant, quia neq; hic, scilicet quòd est a seipso, neque ab alio, est sufficiens definire, & terminare ipsum facere, & minime hoc scilicet quòd ex alio & non a seipso, similiter neque sufficiens est hoc scilicet ex alia, & non a seipso ipsum pati determinare, & definire, quandoquidem aliquod faciens, efficiat aliquid in aliud, & faciens esse uideatur, & tamen prius dicebatur, quòd efficiens non erat patiens, sed efficiens. Nam stagnum, agẽs in argentum ipsum, etiam patitur consumptum, et corruptum, et argentum purgat, id quod corrumpitur, ita abĳciens est, ut magis ipsum argentum in propria qualitate contineat. Verum in compositis rebus (cum actiões & passiones commixtæ sint) potest esse, ut idem agat, & patiatur. Nam neq; stagnum duntaxat agit, sed etiam patitur. Equidem agit argentum purgando, & patitur, cum consumitur ab ipso argento, similiter etiam argentum patitur, quatenus purgatur, agit autem, quatenus cõsumit aliam & aliam partem stagni. Cæterũ, quia uniuersaliter determinatũ est, quid sit facere, & quid pati, & quę sint ppria

utriusq;, proficiscendum est iam ad distinguendum species ipsius facere, & pati, quibus determinatis facilè uidere potenmus, quæ noo rectè ad principalissima genera referuntur, & quæ rectè referuntur, quæq; sint commixta ex ambobus, & quæ simpliciter referuntur ad alterum, ex quib⁹ etiam dicta Plotini piana uidebuntur, nũ ipse rectè collocet quædam sub ipso facere, uel non rectè collocet? Verũ, oportet etiam hoc io loco proponere diuisiooẽ ipsius facere, quàm ponit Architas, sic diceodo, ipsius itaq; facere supræmum est ipsa actio, & actiõis tres sunt differentię, quoniam partim est io speculatiooe, ueluti cõtemplari sydera, partim est in agendo, uelut sanare, ædificare, partim etiam est io tractando, & gerendo, uelut militare, & ciuiliter aliquid agere, fit etiam actio sine iotellectione, ut io animalibus irrationalibus. Hæc itaq; sunt geoeralissima, quib⁹ supræmum & commune est actio simpliciter, quæ in seipsa compræhendit omnia, quæcunq; sunt opera secuodum species definitas distinctas, ceu illa species actioois est, quæ ab omni motu est absoluta, & habet aurum purum motiuum, & causam à seipsa, & oon ab alio aliquo lochoante, uel cooperaote. Adhuc etiam plures fiunt species actionũ, quarum prima est ipsa speculatio, quæ etiam circa immateriales operatiooes, & immutabiles accidit. Vnde hæc spẽs, in plures diuiditur, quarum prima æquiuoca erit suo generi proximo, quæ etiam erit cootemplatio. Item erit cõtemplatio, propriè appellata, quæ est de intellectualibus, & imparribilibus substantĳs, secuodum simplices intelligentias consideratio, ceu dicitur esse summi intellectualis contemplatio. Verum hoc prętermisit Architas, quãuis Pythagorici hãc diuisionem tradiderint, quia fortè hoc oon conueniebat huic specolationi, quæ tradit̃ ad introductiooẽ. Item est alia cootemplatio de immobilibus, & mathematicis substantĳs, ceu geometriæ coosideratio, ubi determinatæ, coosiderationes, sed noo simplices tractantur, sed compositæ, & secuodum quędam discursum, quales sunt operationes puræ considerationis. Tertium quoq; genus speculationis, actiõisq; est, circa ipsa perpetua & ipsas sensibiles substãtias, semper motas, io quo intellectus utitur sensu ratiocinatione, sicut fit in astronomia, quæ ostendit ratiooes consooans apparentibus, & ita tota speculationis operatio à superioribus, & puris iotellectiõibus, procedit ad discursus coosensum. Post speciem actionis, Architas ponit gen⁹ æquiuocum actionis, quod quidem propriè statuit esse reductiooem quandam, qua ea quæ nondum participant esse. reducuntur ad substantiam, & hoc patitur io diuioas actiones, quibus dĳ aliquid producunt, partitur etiam in actiones oaturæ, ipsius uniuersi, præsertim in his actionibus, quibus omne quod fit, à cœlo proficiscitur. Item diuiditur in actionibus artium, imitaotium naturam, & supplentium id quod prætermissum est à oatura. Nam sicut natura formam sanitatis in corporibus ponit, ita etiã medicus in sanando, conseruat naturæ perfectiooem io corporibus, atq; sicut natura, aotra & suapte natura pallia, & coopertimenta dedit animalibus, ita etiam ars ædificãdi, & ędificatio, & ars texendi atq; aliæ artes, quæ suppleot ea quæ hominibus deficiunt, & pręparant ea quæ sunt opportuna, ad usum uitæ mortalium. Tertium quoq; genus ipsius facere, erat in tractaodo, ubi cootinentur actiones rationis, circa sensibilia & composita, quando aliquis uersatur circa electiooem, consilium, opinionem coosiderationis, & huiusmodi actiones, cuius generis duæ suot potissimæ species, una est quæ circa publica & uniuersalia oegocia ciuitatum uersatur, quæ docet militare, ac de bello tractat, & oõnũquam ciuitates ad pacem hortatur, alia uerò species est, quę uersatur circa particulares & proprias familias, quę quidem uocatur œconomica. Verum totum gen⁹, consistit io ratiooes opinabiles, ipsius animæ, quæ operantur circa sensibilia, & suscipiunt uirtutem & malitiam, qa perficiunt secundum electionem, & impetum uitalem, hoc ergo modo Architas ipsum tractare, aptareq; ab ipso facilè diuisit. Verum qđã alĳ asserũt quasdã opatiões esse, quã cum maoent effectus post operationem, ut actio ędificãdi, sed actiones sunt illæ, quarum effectus habent esse in fieri, ut sibilatio, & saltatio, & alia huiusmodi. Itẽ est aliud genus actionis, post hæc, ꝙ Architas uocat sine iotellectu, quandoquidem illud ponat in ipsis animalibus irrationalibus, & certè liquet, ꝙ quotcũq; sunt, & quales sunt spẽs irrationalium aoimalium, totidem etiam, & tales sunt differentes actiooes, quas consueuimus distinguere in historĳs de animalibus. Vltimum uerò genus actionum intelligat̃ (ut ait Iamblicus) illud quod non insinuat animæ ratiooẽ, & uitæ actionem, sed corporum, quaten⁹ corpora sunt inanimata, indicat corporalem actionẽ, circa omnes proprietates appareotes in corpore, & circa omnes ipsorum uirtutes, non solum quatenus solida sunt, resistunt, sed etiã quatenus circa ipsa habentur multæ effectiuæ uirtutes. Nam actiones elementorum naturales, atq; inclinationes mot⁹, deorsum uel ad sursum & pulsiuæ extrema sunt, & io compositis considerantur, atq; cum alĳs oaturis cõmixtę sunt, quæ noo sunt adeo actiones, ut solam efficieotiam habeãt, sed etiam admixtæ sunt passionibus, quæ quãuis secundũ se existant, tamen ab alĳs suscipiunt quandam applicationem earummet, itaq; quæcũq; reducuntur ad prædicamentum ipsius facere, per hæc maoifestaotur. Pręterea, animaduersione dignum est, cur haoc ultimam speciem, quæ cõsideratur io ipsis inanimatis. Architas penitus prætermiserit. Et mihi certè uidetur, ꝙ intendebat diuidere ꝓprias actiooes, quæ in seipsis propriè habent principium motus, idcirco istas corporales recusauit, tanquam commixtas passiooi, & factas cum motu, & operatiooe. Sed his diuisis, tempus est coosiderandi ea quæ dicontur à Plotino. Inq̃t igit̃ ꝙ suot actiones, quæ tendunt ad pati, & motus iodicant, ubi dico geoera inuicem confundit. Nam motus qui connectuntur cum ipsa passione, non sunt simpliciter in ipso agere, quod si aliquis diceret motus contineri io ipso facere, profectò assumet causas ipsius moueri, iuxta ipsum mouere, quę uelut in ratione causæ, contioent uniuersa principia motus, sed oeq; oportet designare actiooes, absoluto modo. Nam illud absolutom, quod conuenit motibus (ut ambulare) oon cõuenit actionibus, ceu ipsi intelligere, quoniam ipsum intelligi, aut est facere, aut est pati, quod si qs fortè diceret, ꝙ intelligere & ambulare non contineãtur in ipso facere, quia sunt absoluta, iustũ est, ut cõtrarium prober. Nã multo magis in ipso facere continent, quia principales actiones, in ipso erãt absolutę. Verum aiũt ipsum iotelligere esse potius aliquid. Nisi primò dicatur, ꝙ oon ad omois iutellectio est simpliciter ad aliquid, oam si aliqs posuerit ipsum intelligere, esse ad aliquid, ꝙ tamen prius & secundum se, & postea sumit habitudinem, sicut ipsemet Plotinus ait, de sensu, qui ante habitudinem actio est, uel passio, similiter etiam est ipsum intelligere. At si qs putat, intellectionẽ, intelligereq; esse de numero eorũ, quę suot ad aliqd, tñ intelligere cõtinebitur in ipso facere, qm̃ etiã principium dicitur esse de numero eorum, quæ sunt ad aliquid, & tamen inchoare est in ipso facere. Sed cum Plotin⁹ supposuerit eũdem actũ, et motũ esse, asserit motum esse unũ genus, uideamus itaq; quomodo diuidit genus hoc. Diuidit itaq;, dicendo motus quosdam esse corporis, et quosdã animæ, et motuũ animæ alios ratiooales, alios uerò irrationales, et perspicuum est ꝙ talis differentia, fit penes participantia, io qbus tales motus fioot, quare per accidens est talis diuisio, sed noo est propriè facta secuodum genus. Equidem illi motus sunt corporales, qui utuntur corpore, tanquam orgaoo, ceu in uerberaote fit, et utuntur his quæ sunt propria corporis, sicut ponderare, sed motus qui sunt in anima, per ipsam animam fiuot, ceu geometricè, aliquid considerare. Equidem animæ proprius actus, uita est. Verum aliqs potest dicere, ꝙ mot⁹ partim suot in aĩa, et partĩ in corpore, scilicet ponentes fieri passiões circa aiam. Rursus diuidit mot⁹ Plotin⁹, dicẽdo quosdã esse à seipsis ĩ aliã et quosdã ab alĳs in ipsa. Vnde patet, ꝙ actiuũ, et passiuũ, distĩguit hoc mõ motũ. Eqdẽ q̃tenus alter à seipso habet,

agete in aliud eſt actio, alter uerò quatenus ab alijs, uel ex alijs i ſeipſum fit, eſt paſsio, uerum pura & ſincera proprietas ipſius facere, eſt una ſcilicet ex ſeipſo, & proprietas ipſius pati, eſt habere in alio cauſam. Vnde motus ille, qui eſt ex ſeipſo in aliam, non ſeruat puritatem, nam propter mixtionem & inclinationem in aliud, puram actionem nõ ſeruar, ſimiliter cum adiungitur id quod ex alto fir, in ſeipſo compoſitionem quandam efficit, nam multum intereſt habere cauſam paſsionis, in alio ſeparatã, & coniungi ad cauſam paſsionis. Nam quodammodo in his duo principia in idem confunduntur (cuius tei cauſa fuit, quia morus pręponebatur tanquam commuoe genus, propter quem non poteſt diſtingui ipſum pure facere, ab ipſo pati. Vnde ratio ſectionis, & diuiſionis, confundit hęc adinuicem ſcilicet motus qui fiunt in alio, & motus qui ex alijs fiunt, ponendo hos in idem incidere. Eſto enim una ſectio, tamen ſe diuidere, & diuidi diuerſa ſunt, ſed hoc nequaquam concedendũ eſt, nam ut ſectio ſe habet, & diuiſio, ita etiam diuidere, & diuidt, quemadmodum igitur actio ipſius ſecantis, & diuidentis, ſeparata eſt à natura diuiſi & ſecti, ita etiam ſectio ſecundum ipſum ſtcare, & diuidere, diſtat, ab ipſa ſectione ſecundum ſecari & diuidi, nam altera eſt cauſa inchoans ex actione, & moru actiuo, altera uerò huic ſuccedẽs, quæ in ipſo diuiſo fit quędam paſsiua mutatio. Etenim in capillis, alia eſt diſtenſio manus extendentis capillos, & alia eſt capillorum expanſio. Eodem etiam modo fit, in ipſa ſectione. Equidem alia erit ſectio ſecundum ipſum agere, & ſecare, & alia erit ſecũdum ipſum diuidi, & ſecari. Verum cum una alteri proximè adiaceat, nos latet diſtinctio eorum, q̃d quidem etiam nonnullis opinionem afferre poſſet, ꝙ utraque conſiſtat in ipſo agere, & alterũ uelut in ipſo pati, q̃d tamen à ueritate eſt alienũ. Nam ſunt duo modus inter ſe diſtantes, ſecundum naturam, qui tamen in compoſitis in idem confunduntur. Verum latent propter ipſam mixtionem, & propter hoc deducũt facere pati, ſimul in unum genus. Deinceps cum his quærit etiam Plotinus, iuxta uulgatas motus ſpecies, ſi ubiq; copulantur facere & pati. Nam ſpecies motus, dici ſolent generatio, & corruptio, augumẽtatio & diminutio, alteratio & mutatio, ſecundum locum. Vnde Iamblicus ſtatim inquit, inſtamus principio proceſſus, tanquã dignum exiſtimantes, ut actiones à motu deſignentur, nam aliud eſt genus mouentium, & aliud eſt corũ quæ mouentur. Deinde contradicimus, quandoquidẽ non putemus oportere ut ab eodem efficientia, & patientia deſignentur, ceu dicunt ab ipſo moueri, deſignari & determinari. Sed fortè Iamblico reſpondendum eſt, ꝙ eædem ſpecies motus ſunt mouentium, & eorum quæ mouentur, nã quod fit ab agente fit, & quod corrumpitur, à corrumpente corrumpitur, eadẽ quoq; ratio fit in ipſa alteratione, & mutatione ſecundum locum. Ad dubitationem igitur Plotini, quidam poſt ipſam tales ſolutiones adduxerunt, quia Plotinus aliam adduxit diffinitionem ipſius facere, & pati, ab ea quã Pythagorici aſsignãt. Porrò periclitemur hunc etiam intelligere, ſcribentes ea quæ contra ipſum à Iamblico & ab alijs breuiter diſputata ſunt. Dicebat ita Plotinus, ꝙ uidebatur aliquibus facere & pati non deſignanda eſſe, his uocabulis ſcilicet à ſeipſo uel ab alio, ſed his potius, ſecundum naturam, uel præter naturam. Nam quædam proprium finem ſortiuntur, dum agunt, & quędam his contraria, dum patiuntur. Porrò eos qui pro patria mortem appetunt, non pati, ſed agere fatentur, quandoquidem ſeruet id quod ratione gerendum eſt, & quod ſecundum propriam perfectionem fit. Verum illum qui in iniuria quempiam afficit, & ſi omnes homines occideret, inquit, corruptum tamen ſecũdum rationem & occaſionem naturæ pati, & nõ agere fatetur, iccirco etiam eundem motum accidit eſſe ipſius agendi, & ipſius patiendi. Nam idem uelut artificiale, ſecundum naturam efficit, ut autem naturale præter naturam, uelut in animalibus, ignis deorſum motus, & terra surſum, ſecundum artem opificis, & non ſecundum naturam mouentur, iccirco non eſt paſsiuus, ſed actiuus talis mot⁹, quanquam comparatus ad ſubſtantiam, quæ à principio fit, ſit paſsiuus. Sed alij qui contradicunt his dictis, aſſeruſe aliud eſſe effectricem cauſam, & aliud finalem, & quãuis finalis cauſa, alias antecellet dignitate, tamen effectrix cauſa in agendo, principalior eſt, & quo ad hoc nullo alio indiget, ita ꝙ quando efficiens aliquid agendo à fine aberrar, certè diceretur facere ſm̃ effectricem cauſam, quæ eſt in ipſo, & ſecundum ipſum peccatum, quo finem non attingit, pati diceretur, præſertim ſi diſponeretur pręter naturã. Forſitan etiam ſecundum adoptionem finis, quando ſecundum naturã diſponitur, diceretur pati hoc modo non enim omnis paſsio indicar id quod eſt præter naturã, ſed etiã aliqua eſt ſecundum naturam. Vnde ſi finem, & bonum ipſa actio in ſeipſa habet (ut aiunt) & hæc ratio de ipſo agere aſſignata, bona erit ſcilicet quòd facere in ſeipſo habet cauſam, forſitan neq; in ſimplicibus diuidentur adinuicem effectiuum, & finis, ſed in idem concurrunt, & ſi diuiderẽtur, nullum abſurdum eſſet, ſi facere ſecundum facultatem agẽdi acciperetur, & pati ſecundum finem, & quando finis agit, eo modo diceretur facere, qui itaq; pro patria moriũtur, actionem efficiunt ſecundum finem, quatenus ſeruant id quod omnibus naturale eſt, & id quod ſecundum rationem, & equitatem fit, qui etiam in ſeipſis habẽt cauſam talis actionis, acquirentis proprium finem, & participatio finis, eſt quaſi paſsio, licet a ſeipſa fiat. Verum quando moriuntur, amplius non habent conſeruatiuam actionem ipſorum, ſed alia eſt cauſa moriendi, quam nõ habet in ſeipſo, ſed in alio, & ſecundum hoc patitur, & nõ facit, niſi forrè ſeipſum pro patria tradens, ipſemet iterum ſit agens, & patiens, diuerſis tamẽ modis, itaq; oẽ quod agit in ſeipſo habet cauſam agendi, & omne patiens (quatenus patitur) in alio habet cauſam, & quando aliquis dicit, eum qui quẽpiam iniuria afficit, pati, & corrupta ratiõe ipſius, & ſi omnes homines interficeret, certè multa in ipſo cõſiderat. Nã ipſemet corrumpit rationem in ſeipſo, qñquidem ſeipſum corrumpebat, qui etiam patitur a ſeipſo corruptus, tanquã ab alio, & interficit alios, quod ſi ille iniuſtus, fit ab alio, iſte agit in ſeipſum, & patitur ab agẽte in ipſum, licet agat interficiendo alios. Item ignis in animalibus deorſum mouetur, & terra ſurſum, quia ut inquit Iamblicus, ſic ars conditoris, quæ eſt principium ipſius actionis, uult & facit, tamen comparando hæc ad cauſam naturæ (cum præter naturam moueantur) hoc patiuntur. Verum ego miror, ſi nũc ſilebimus hoc ꝙ Plotinus uult, nam tradit ea quę ſecundũ naturam ſunt, hæc agere dicuntur, & quæ ſunt præter naturam patiuntur. Forſitan igitur explicatius eſt dicendum, ꝙ motus ipſius ignis deorſum, & terrę ſurſum, paſsiones ſunt, factæ a conditrice rationum, licet ſint perfectiuæ, & ſpecifice compoſiti, ſed paſsiuam actionem ipſorum elemẽtorum, ſiquis inquirere uult, determinabit eam quæ eſt ſpecifica, & eam quæ eſt cauſa operans in ipſis, quocirca ſecundum actiones ſaluetur, & augeatur, & ſecundum paſsiones, quãquam proficiſcantur a rationibus conditoris in ipſis compoſitis, & conferant ſubſiſtentiam ſpeciei, in q̃ etiam opifex reſpicit. Verum illa quæ uim patiunẽ, ſubeũt detrimentum, & deteriora fiunt, aut etiam in animalibus illi impetus, & motus, qui impropriẽ fiunt in ſpecie, diſtant a principio efficiente ipſorum, ideo præter naturam ſe habent, & decidunt in contrariam agendi cauſam, iccirco dicendum eſt, ꝙ ipſi ſunt in ipſo pati, etiam quãtum ad alia, & quod principium agendi, copulat ipſos in eſſe, & hi declinant ad corruptionem. Verum ſi hoc conceditur, erunt etiam horum principia non ipſiſmet, ſed extrinſecus, ſicut ſunt illi motus, qui ſunt in ipſo pati, quod ſi principia intrinſecus iacent, potius dicendum eſt quòd ipſi ſint actiones, quãuis remoueantur ab eo, quod eſt ſecundum naturã. Nã etiam corruptiuæ actiones ſunt, ſicut etiam paſsiones perfectiuæ inueniuntur, neq; omne facere deducit in eſſe, ſed etiam ad non eſſe, ſiue agat aliqd in ſeipſum, ſiue in aliud. Etenim in quod præter naturam ſe habet, per eandem diſpoſitionem præter naturam quaſdam actiones facit, quã

uis illæ puræ non sint, quandoquidem sint commixtæ passioni, & a patiendi dispositione producantur, similiter etiã in mouentibus extrinsecus, quando agunt aliquid in naturam, sicut agricolæ & doctores, quoniam principium naturæ efficiens, et principium artis in idem incidunt, similiter etiam illæ duæ actiones conueniunt, sed illæ actiões artis, (ut artis) extrinsecus habentes principium, passiones fiũt in ipso habẽte, & recipiente secundum naturam, ipsæ uerò cõseruantiæ actiones naturæ, cum intrinsecus habeãt principium, manent in specie, & ratione actionis, similiter quo que quando docentis uerba, & auditus in aures discentis ingreditur, qui quidem est actio uocis, habet coniunctam passionem per auditum, & sic in his facere coniunctum est cum ipso pati, cum alia sit ea actio, quæ fit secundum uocem, & alia sit passio, quæ fit secundum auditum, sed quan do illa passio quæ à uoce prouenit, si in passiõe non sistit, sed ex seipsa aliam actionem scilicet perceptionem excitat, tunc aliud principium sit illus actionis, quam ex seipsa pro ducit, quæ est cognitio eius, quod docet à doctore, quod si priorem actionem suscipit, secundum passionem aliam efficiet ex passione, ob id non oportet coniungere ipsam cum principali, & præcedenti actione passionis, quandoquidem intercipiatur passio, neq; ponendum est principiũ secundum actionem in docente, ut in alio uideatur actiõis causa, sed est aliud coniunctum passioni, quę est in adiscen ce per uocem in auditu, & in alio scilicet in docente, est illa. Vnde proprium principium perceptionis, in anima adiscentis, ponendum est, excitatum tamen à rationibus, quæ sunt in anima, ut nascaẽ id quod docetur, & discens ipsum propriè comprahendat, & non maneat in sola percussione auris, & auscultatione, quo pacto principium actionis in ipso erit, & non in alio. Plotinus quoq; eiusdem sententiæ hæc adducit ergo ubi non actio, sed solum passio, talia erunt in pati, quid igiẽ obstat, si patiens meli⁹ fiat, & actio deterius se habeat? si aliquis secundum malitiam ageret, & alicui p̃cessit sine pœna & disciplina, ergo dũtaxat hęc ponemus in pati, & iam dicta sunt quæ explicant intelligentiam ipsius pati, & ipsius agere, quandoquidem diximus agere esse id quod saluat, & conseruat, & pati esse corrupt̃ uum, ac alterum esse melius, & alterum deterius. Preterea, consuetudini obstat, actiones, & operationes etiam prauas esse, præter naturam dicere, & asserere passiones perfectiuas, consideratas secũdum naturam esse. Nam simpliciter operatio, & factio, nõ est unum aliquod genus actionum, sed quæcũq; quando sunt differentiæ actionum, specificè distinctę omnes continentur sub uno genere scilicet sub ipso facere, similiter etiam sub ipso genere pati, continentur perfectæ passiones. Equidem sunt etiam imperfectæ passiones, quarum aliæ honestæ sunt, aliæ uerò turpes, atque aliæ secundum naturam in utroq; modo, aliæ uerò præter naturam. Verum si quis solum diuersa opposita in eisdẽ acceperit, iste poterit breuibus hęc genera contrahere, & cõgerere, queadmodum si quis diceret uniuersam qualitatẽ esse habitum naturalem solum, uel solum preter naturam. Sed aiunt, q; neq; facere est à seipso, sed ab alio, a seipso quidem, absolutum est, ut ambulare, & rectum esse, uelut uerberare, sed ab alio uelut appetere. Nam quando appetibile concupiscibilem uim cogeret, quid prohibet percuti, aut ab impellente deferri? Vnde in his, appetitiones cũ sint actiones, asserunt ipsas non ex seipsis, sed ex appetibili ortũ trahere, quãquam ex seipsis impetus fiant. Verum appetibile aliter præcedit non uehens, neq; impellens appetitum, sed prouocans ipsum quadam aptitudine. Nam absurdum est, talem appetitum esse in anima, quæ sanè seipsam ciet, uel est immobilis secundum Aristo. Vnde si appetitus est aliqua passio, ut ipse ait, non erit inconueniens, si extrinsecus habuerit mouens, quãuis absurdum sit asserere appetitũ esse sine prælectione, & non habere principium ex seipso, quinimmo maius absurdum erit, tale ordinare sub ipso facere. Itaq; totidem tãtaq; de ipso facere, aduersus Plotinũ disputata sint. Reliquum est, ut dicamus de ipso pati, quoniam etiam ipse Plotinus speculatur ipsum pati, seorsum accipiendo illud ab ipso agere. Nam inquit ipsum pati, non oportet ab altero designari, & specificari. Nam est aliquod pati a seipso, & nõ omne pati ab alio fit Equidem a seipso fit, ceu putrescere, ab alio uerò, ceu uerberari, q̃ pacto nõ differret ab ipso facere, quãdoqdẽ & illud partim a seipso erat, & partim ab altero sed pace Plotini, dictum est pri⁹, q; non oportet adiungere ipsi facere hanc particulam scilicet ab altero, neq; ipsi pati hanc scilicet a seipso, & ratione de putrefactione, quomodo extrinsecus fiat, prius dixim⁹. Vnde quando Plotinus inquit, talem alterationem esse passionem, quando nihil patiens confert, & sustinet alterationem, quę ad substantiam non tendit, sed a substantia remouendo ipsum, ad deterius ipsum patiens ducit, & non ad melius, profectò hoc non docet causam passionis, quãuis cõtrarium uelit concludere. Nam si nihil ipsum patiens cõfert ad pati, uel sine causa erit passio, uel ab aliquo alio extrinsecus erit, & quãuis eorum quæ indigent se, alia agant, alia uerò patiãtur, tamen hoc modo, etiam passio erit ab alio, proinde Iamblicus inquit, quomodo non oportet passiones ea quæ patiuntur ducere in substantiam, quandoqdẽ sint quædam passiones ea in substantia, ceu quæcũq; sunt generatiuæ. Sed fortè hoc proprium est passiõi. Nã si opoe tet substãtiam prœesse antequam suscipiat passionem, itaq; passio non erit factiua substantiæ, sicut neq; alteratio. Vnde meritò dixit Plotinus patiens sustinere alterationem illam, quæ in substantiam non ducit. Sed quomodo etiam approbare possumus, q; passio esset ad deterius, & nõ ad melius, quia quędam earum melius in nobis aguntur. nisi quia etiam ipse Plotinus, contra hoc opposuit, proinde uideamus quid contra seipsum obiecerit. Inquit ergo, sed si meli⁹ ęs calefieret, nihil prohibet ipsum pati. Nam duplex est pati, alterum in deterius fit, alterum uerò in meli⁹, uel in neutrum, ubi patet q; prius ponebat Plotinus pati solũ fieri in deterius, & hic concedit aliquas passiones, quæ ducunt ad melius. Verum Iamblicus inquie, q; posita ea inclinatione, quæ est ad ambo in ipso pati, non rectè hic subiunxit scilicet uel ad neutrum. Nam cõtrarium dicitur illi supi positioni, quæ erat de ipso facere, & pati. Equidem si hoc ponebat in eo, quod est secundum naturam, & melius & alterum, ĩn eo quod est præter naturam, & in deteriori, & si simile fiat patiens, certè non fit deterius, quia neq; melius fiet, quare neutrum. Equidem diuersum est fieri cõpositionem secundum deterius, uel melius, non habendo, ceu quando rubeum ex pallido fit. Item illi quod dicebaẽ, passiones non ducere in substantiam opponit Plotinus. Nam inquit si calefieri est caliditatem habere, profectò quando ęs calefiet, tunc calefiet, secundum substantiam statuę, ad quam tendit, licet non calefiat secũdum substantiam ęris, unde idem erit pati, & non pati, siquidem illud erat pati, quod non conferebat in substantiam. Ad hoc autem ait Iamblicus, quòd male accepta est descriptio ipsius pati, hæc scilicet non conferre in substantiam. Nam siue in substantiam cõferat, siue in alteratione, siue in quoduis aliud, calefieri tantum erit in uno pati. Sed pace Iamblici, fortè recte dicit Plotinus, q; passio non confert in substãtiam, ob eam causam, quã prius diximus. Nam si æs calefit, & patitur calefactiuum, statua uerò calefit per accidens, quia calefit quatenus ærea est. Item, Iamblicus negat q; pati fiat in habendo motum in seipsum scilicet alterationem qualicercũq; fit. Nam inquit, non esse ponẽdum motum in ipso pati, secundum solam alterationem, sed secundum plures motus. Nam passio etiam fit in auctione, & in eo quòd secundum locum mouetur, atq; in eo (ut ait Iamblicus) q̃d in substantiam ducitur. Præterea inquit Plotinus sic ambos scilicet facere & pati periclitari, ne ad aliqd sint, quan doquidem mouens, & motum sese respiciant, quia si ipsum ad aliquid, & ipsum facere, uel pati, sunt duo prędicamẽta, & hoc modo illud quod dat huic motum, ideo dat, quia illud accipit, itaq; acceptio, et datio, ad aliquid erunt, uel si quis acceperit, habet sicut dici solet, colorẽ habet, cur etiã

qui accipit, non habebat motũ? Et forsitan hoc modo hæc prædicamenta ordinabuntur, sub ipso habere, non solum quia relatiua sunt, sed etiam quia sunt absoluta. Nam mot9, qui est ipsius ambulare, est absolutus, & habet ambulationem. Ad hæc facilè dicendum est, ꝙ omnia erunt hoc modo, in prædicamento ipsius habere, quoniam cuncta cõsiderantur, quatenus participantur. Nam albus habet albedinem, & bicubitum, & quãtam magnitudinem, & in aliĳs similiter fit. Atqui oportet unumquodq;, quaten9 dicitur, sic reduci ad genus. Equidem ut sæpe diximus, illud est ad aliquid, quod secundum solam habitudinem cõsideratur, & in aliĳs prædicamentis haber esse. Nam habitudo secũdum se non est, ut igitur in substantia est ad aliquid, ceu pater & filius, & in qualitate, ceu simile & dissimile, & in quanto, ut quale, & inequale, sic etiam in istis duobus prædicamentis, agere & pati, ceu uerberare et uerberari. Et certe absurdum non est, idem esse sub duobus prædicamẽtis, in uno secundum suam subsistentiam, & alio secundũ suã habitudinem. Deinceps post tales dubitationes, et solutiones, cum Iamblicus transeat ad maiorem contemplationẽ de ipso facere, & pati, quam habeant inter se subsistentiã, & quomodo inuicem adaptentur, & ad quæ qualia utrũque extendantur, incipit sermonem facere ex dictis Platonis, quæ de ipso facere dixit. Vnde, Plato dixit efficiens à causa, nomine solum differre, & ꝙ manifestum est causam factiuam esse facientem, sed quomodo non à quadã causa, sed à causa simpliciter, nullum faciens differt a re? Nisi quia propriè causa efficiens est, nã materia, & forma, sunt magis concausæ, & non causæ, exemplar autẽ & finis nõ ipsius effectus proximi, sed facientis faciendi sunt causæ, et propriè respectu facti dicerentur, igitur efficiens erit maximè causa, quare certè & diligenti ratione, cõtemplatio de ipso facere, etiam de causa est. Equidem quacũq; causa, & qualescũq;, & quot habent differẽtes modos, & quę sunt ipsorum primæ, secundæ, uel tertiæ, meritò transferunt ad ipsum facere. Rursus cum sint actiões incorporearum causarum, & secundum se separatarum, atq; eorum quę in mũdo existũt, hęc sunt separabilia & uniuersa, sunt cœli actiones, ad ea quæ fiunt sub luna, aliæ naturales secundum proprias rationes, aliæ uerò particularium specierum, naturã penetrãt, & per ipsa uniuersa ipsum facere etiam penetrãt, & hoc modo fit etiam de ipso cõsideratio, alio modo quoque, est determinatio actionum, quoniam earum quędam sunt puræ, & non mixtæ cum aliĳs generibus, & quędam sunt commiatæ cum aliĳs, quę etiam multiplicem cõplexionem efficiunt, quędam quoq; extremæ sunt, quæ communicant & conueniunt cum passione. Vnde ipsis facere, erunt principia media, & fines secundum omnes tales differentias. Præterea, quia efficientium, alia erant generalia, alia uerò specifica, & alia perfectiua, quorũ alia etiã erant unitiua, & alia diuisiua, atq; alia quæ habent quandã aliã actionem in rebus, idcirco deinde opus est propriè de omnibus his differere. Præterea, sunt quædam naturales actiones, ut calefacere & infrigidare, quædam uerò artificiales, ut mederi, ędificare, & quędam finitæ ut actiones quę cõtinentur in actibus, aliæ uerò infinitæ, & incessabiles, ceu actiones diuinorum, & cœlestium, siquidem perpetuus fit mundus, etiam siue sint aliqua quæ in essendo operentur, sicut sol secundum suum esse illuminat, siue per intelligere efficiat ut intellectus mundi, siue per ratiocinari, sicut anima uniuersi, hæc omnia consistunt in ipso facere. Verũ quęcũq; in ipsis sunt, actiones non dicuntur secundum se, & à se, sicut sunt actiones separatarum intelligentiarum, & immaterialium, similiter neq; illæ sunt per se, quæ operantur per aliud, sicut actiones quæ sunt per animam & per corpus, uel per corporales potentias, equidem omnes comprehenduntur in ipso facere, similiter & quæ in seipsa agunt, & nullo alio indigent, & q̃ sunt agentia in alterũ, & quæ simul agunt in seipsa & in altera, & quæ principaliter in seipsa agunt, licet secundariam rationem habeant, & quæcũq; actionem inuicem hãt in alio, continebuntur in ipso facere. Vnde ipsum facere, secundum præsentem diuisionem, extenditur circa omnes species prædicamentorum. Equidem circa substantiam extenditur, quatenus ducit id quod fit in substantia, circa quoq; qualitatem extenditur, quatenus ducit id quod alteratur, & circa quantum, quatenus ducit aliquid in magnitudinem. Eodem quoq; modo in omnibus aliĳs generibus, causa ipsius facere inuenit, & existit. Verum si summatim oportet, & una ratione cõpræhendere genus ipsius facere, intelligemus secundũ oĩa entia, quæcũq; et qualiacũq; sunt perfectissima, supra actiones esse, ubiq; principales, quæ maximè separatæ sunt ab omni eo, quod est in potentia, & harum quæ fiunt, & secũdum seipsas sunt unius speciei, dicentur meritò principalissimæ esse, in ipso facere. Equidem istæ habent à seipsis operari & facere, & ab una causa totum ipsum producunt, & exhibent, impartiunturq; impartibiliter modum agendi, ordinatis post ipsum, & continent ipsa uniformiter, & contẽtissima ipsa, & per se sufficientissima operantur, quocirca actiones hic tantæ sufficientes se habent, & perfectæ, imitantes illas, suscipiunt quandam perfectionem ab illis. Itaque de facere tot, tantaq; disputa sint. Deinde oportet de ipso pati, eodem modo aliqua perfectè complecti, & colligere, proinde pati non habet contrarietatem ad ipsum facere, quãuis oppositas unces habeat. Verum ipsum coniunctũ ex actionibus facientibus, & passionibus inde proficiscentibus, considerare debemus, quando itaq; actiones procedunt ad ea quæ sunt extra, cum habitudine ad eadem, possunt etiam assimilare ipsismet ea quæ ipsis participare possunt, sed non secundum actionem, sed secundum quẽdam motum successiuum actionis, tunc isti mot9, commune genus passionis designãt. Verum secundum aliud principiũ, omnis motus & generatio, quæ fit in uniuerso, habet motiuum, & generatiuum, & aliud principium est moti, & facti, tanquam in ordine effectus consideratum, si ergo per ipsa uniuersa mundi, hoc genus penetrauerit, & cogitatiõe complexi fuerimus uniuer-

sos motus, profectò inueniem9 ipsum pati, quantum esse, & habere potentiam quantam.

Verum uniuersaliter omne acquisitum, & quod ab alio aduenit, & nequaquam sua ope existit, sed alterius consequitur actiões principales, & ab illis immutatur, meritò omne tale ponetur in genere pati. Item illud quod opponitur speciei & formæ, & id quod est tanquam materiale subiectum, formæq; capax, & potentiam habens, ut perficiatur, & suscipiens omnia in seipso, omne etiam tale cõtinebitur sub communi noticia passionis, si autem & ea quæ subsistunt materia, elementa sub luna, tanquam passibilia aliqua posueris, respectu causæ efficientis cœli, is etiã poterit hoc modo in omnibus aliquod commune ostendere, similiter etiam in uno & eodẽ, quod efficit, & patitur, possibile est considerari. Etenim ipsa, quando agit in seipsam, etiam à se ipsa patitur, & quatenus ipsa ingerit rationes his quę fiũt, determinamus ꝙ ipsa sit effectrix, & quatenus earũdem, rationem dispositionem à seipsa suscipit, dicimus ipsam pati. Idem etiam fit in anima, quãuis aliter tamen etiam in ipsa diuisum sit id quod multum patitur, & secundum alteram cursus proportionem, consideratur passio esse, ratione, & in intellectu animæ, unde quædam suapte natura successio est, perfectiorum intellectionum secundum passionem. Et uniuersaliter in omnibus in quibus aliud est perfecti9, & aliud imperfectius, atq; aliud inducit perfectionem, & aliud suscipit eam, quædam proportio passionis consideratur, qua alterum inducit formam perfectam, & aliud suscipit eã in seipso, quãuis semper talis participatio passionis ab aliĳs tribuatur, unde si aliquãdo uidetur aliquid pati à seipso, tamen tale non rectẽ existimatur pati à seipso, quandoquidem non secundum eadem quæ in ipso sunt patitur, & causam præbet sibi patiendi, quare hoc modo etiã passio fit ab altero. Nam effectrix actio, põt etiam sui ipsi9 esse causa, & à seipsa incipere, & passio cum sit omnino imperfecta, non est apta nata facere sui generationem. Nam si id quod habet à seipso causam agendi, est efficiẽs, & pa-

tiens est illud quod ab omni causa deficit, & patiendi causam in seipso non habet, Igitur nulla passio erit absoluta, sicut ipsum ambulare erat actio absoluta, & hoc meritò fit. Nam meliora absoluta sunt ab habitudine, qua respicit ad altera, perinde ac ꝓ se sufficientia sint, & existant in seipsis, deteriora uerò indigent melioribus, ut subsistant, & dependeant ab illis, à quibus etiam aliquam participationē sui esse capiunt, Itaq; oportet similiter in passionibus diuidere illas, sicut fecimus de ipsis actionibus, quandoquidem passiones, quædam sint absolutæ, quędam uerò supine. Nam semper ea quæ patiuntur, ab agentibus depēdēt. Verum cum Architas tradiderit distinctionem ipsius affectionis, passionisuè, & patientis, ac rei effectæ, & rei quæ patitur, dignum est, ut nec hanc distinctionē sine inquisitione relinquamꝰ. Dicit itaq; hoc mō passio differt à patiente. Nam passio fit cum sensu, ut ira, delectatio, timor, quāquam aliquid etiam possit pati sine sensu, ceu quando cera liquefit, & lutum exiccatur, similiter etiam res effecta, à patiente distinguitur. Nam id quod factum est, aliquo modo passum, de illo effectus est. Sed quod iam passum est, non statim dicitur quod factum est, nam aliquid potest pati, secundum inopiam, & secundum priuationem. Verum Iamblicus, passionem in his eam esse intelligit, quæ cum sensu & perceptione fit, & inalterari quæ manant ab anima & animalibus uersari dicit, atq; inquit, ꝙ hæc passio communis, quæ quidem opponebatur primo generi ipsius facere, continet omnes superiores actiones, quæ consensu, uel aliqua alia perceptione fiunt. Nam sicut prius illud ordinabatur in speculatione, sic etiam hoc supponit esse in ipso pati, cum propria cognitione, quam appellat cognatam sensus perceptionem, aut cum sensatione. Verum hoc diuiditur in multiplices species ipsius cōsensus, cognatæq; perceptiones sensus. Etenim cum uita sequeretur potētias animæ, oportet assignare sensibus hominum, & aliorum animalium congruentem perceptionem, atq; oportet ponere In perceptionem pati, in his quæ habent obscuram, & debilem naturam, quę quidem perceptio ponenda est esse cū sensatione, aut communis compræhensio sensus, & hoc modo (ait) totum hoc genus ipsiꝰ pati, accipit oppositionem, contra illud primum genus ipsius facere. Item tradit, id qđ affectum, uel passum est, in fieri, non exprimere passionē, sed postquam factum est, ipsorum immutatio euidens fit, sicut quando liquefacta est cera, uel exiccatum est lutum, quia quāuis utrūq; eorum per passionem transeat, tamen utrūq; designatur, & specificatur, quatenꝰ passum est. Vnde huiusmodi passio, sine sensu omnes alias passiones continens, quales sunt passiones in natura, & quæcunq; in naturalibus elementis, & in compositis, & simplicibꝰ corporibus continentur, & quæ imperceptibiles fiunt alterationes, & aliæ huiusmodi omnes secūdum ipsum pati, uel passum esse, designantur. Sed harum etiam multiplices fiant diuisiones, quandoquidem nonnullæ passiones sint, in his quæ diuiduntur, & in his quæ augentur, & in his quæ alterant, & in his quæ alio modo multipliciter specificari, quatenꝰ corpora ſm ipsum passum esse ſolumꝰ. Itē hoc genꝰ passionis, diuidit ꝯtra actiones inanimatorum. Nam inquit rem effectam, differre à passione, non ut quidam putāt, ꝙ hoc fiat ab alio operante, & hoc minime, quandoquidem non sit aliqua uniuersalis passio, à seipsa. Sed cum res effectæ faciant ad substantiam, quæ contra hæc erunt, distincta, uocabuntur affecta, & passa, quæ nullum effectum efficiunt, sed distant ab esse. Deinde cum duplex sit substantia, alia quidem forma, alia uerò materia, & subiectum, duplices etiam corruptiones dicuntur, una secundum priuationem, quæ est absentia formæ, & facit elongationem ab esse, alia uerò est secundum indigentiam perfectionis, qua materialibus proprietatibus unumquodq; affluit, & patitur excessum materiæ, quæ est in ipsis. Sed si priuatio passio est, quomodo in physicis dicitur causa effectrix? Verū inquit Iamblicus, quod etiam priuatio est causa effectrix, sicut etiam præsentia formæ, & aliud est ipsa priuatio, & aliud priuatum esse, quare etiam in hac fit ab alio passio, et in priuato esse uidetur, pręcedente tamen illo, quod efficit priuationem, similis quoque ratio fit in ipsa indigentia, & in ipsa repletione. Nam in alio est replens, & in alio est repleri, similiter in alio est aliquid indigēter habere, et in alio est causa, cur inopia & indigentia fiat. Præterea, existimo dignum esse inquisitione, quæ esset illa causa priuationis effectrix, distincta ab ea quæ est in priuato, nam cum contrarium sit causa, corruptum est illud quod est in eodē, cōtrarium, an hoc sit per accidens, sed necessitas generationis, & corruptionis eorum, quæ sub luna sunt, quemadmodum causa est præsentiæ formarum, quæ requirit præcedēria, sic etiam absentiæ necessitas, est causa, quandoquidem fabularum fictores, quibusdam fictis opificibus, in pugnā redigunt. Vnde hoc passiuum, ordinabitur contra primam speciem ipsius facere, quæ consideratur circa effectiuum.

Etenim hoc determinatur, quatenus producitur in substantia. Nam sicut ædificare uocatur propriè factiuum, sic etiā ædificari passiuum dicitur. Vnde quod quantasq;, & quale assignauimus species ipsorum actionum, efficientium, siue illæ actiones humanæ, siue diuinæ, aut artificiales, siue scientificæ, uel quocūq; alio modo diuisim, totidem esse, et tales, opportet simul cum his quę sunt passiua, et effecta ab actionibus. Nam liquet ꝙ ea quæ fiunt, cum passione fiunt talia ergo est quædam ipsius pati diuisio & ipsius facere, ab Archita tradita, & assignata. Cæterum Aristo. in metaphysica, passiones ita diuidit, dicendo passio dicitur, uno modo qualitas secundum quàm aliquid alterari contingit, seu album, nigrum, dulce, amarum, grauitas, & leuitas, & quęcūq; alia huiusmodi. Altero modo actus & alterationes & maximè nociuę, atq; etiam magnitudines calamitatum, & afflictionum, passiones dicuntur, horum namque primum (ut existimo) ipsum affectum passiuū. Arist. uocat passionem, secundum uocat motum passiuum, tertiū autem, & quartum significatum, accipit secundum usum consuetę appellationis, sed usq; ad hæc quidem duo genera tota, & omnes species quę & quot in ipsis sunt, sufficiēter considerabimus, ut ipsę secūdum se, utrolibet modo cōcipiuntur. Porrò oportet & commixtionem ipsorum adinuicem uidere, nam etiam hanc cum simplicibus Architas tradidit dicens. Hęc quidem unum aliquod faciens, alterū autem patiens, aliud uerò faciens, & patiēs, ceu in ipsis naturalibus. Equidem deus est agens, materia uerò est patiēs, elementa uerò agunt, & patiuntur, cum ergo manifestū sit id quod dicitur, pręcipua exempla proponit, dicendo deū facere quomodo causę efficientes sequuntur, et materiā pati, propter quā, & alię participant ipso pati, elementa uerò dixit agere & pati, ꝙ participant materia & forma, proinde inquirētes, de habitudine ipsorum agere, & pati, asserūt ꝙ opposita dicuntur, sed non contraria, sicut Andronicus putauit, dicendo quomodo possibile est effectum contrarium esse suę causę? proinde dignum est, quāquā dictū sit prius, hic etiam sicut in alijs generibus considerare post totum artificialem sermonem, ea quę insunt agere & pati, itaque contrarietas statuenda est in ipso agere & pati, & contrariorum quę in ipsis inueniuntur, alia habent intermedia, alia uerò non habent, quę igitur sunt contraria, secundum contrarias qualitates, ut calefacere, & infrigidare, calefieri, & infrigidari, & cęterę alię qualitates, quę habent inter medium aliquod, habent etiam illud in agere & pati, ceu tupere, & tuere, quędā aūt non habent medium, ut sanum esse, & infirmari, quāuis medici mediā cōsistentiā inter sanitatem & ęgritudinem ponunt idest subsistentiam neutri. Item facere & pati suscipiunt magis & minꝰ, quę quidem non in omnibus sunt. Nam (ut inquit Iamblicus) in ipso sapere ꝙ est perfecta prudentia, non erūt hæc magis & minus, sed imperfecta prudentia, suscipit magis & minꝰ. Sed forsitan in omnibꝰ suscipientibus magis & minus, quę sunt maximè perfecta, non suscipiunt magis & minus, sed imperfecta suscipiunt. Vnde forsitan sic dicendum est, ꝙ facere & pati in illis generibꝰ suscipiunt magis & minus, in qui

bus res quæ aguntur & patiunt, suscipiunt magis & min⁹, sicut in qualitate facere album, & fieri albū, sed illæ actiones quæ sunt in generibus, non suscipientibus magis & minus, ceu in quanto numerare, & mensurare, non suscipiunt magis & minus. Item neq; generare, neq; generari, nec universaliter aliquid eorum, quæ sunt in substātia, suscipit magis & minus, & hoc meritò. Nam agere est actus eiusdem speciei, cum essentia cuius, est actus. Vnde unumquodq; prædicamentorum consideratur, secundum quodq; facere & pati nam unumquodq; velut substantia quædā existēs, & essentia habet quādam propriam suæ essentiæ operationem, & secundum substantiam dicitur facere, ut quādo homo facit, uel ædificat, aut nauem construit, & pati dicitur secundum substantiam, ceu hominem fieri, & ædificari domum. Verū hic notat Iamblicus, q forsitan hęc in substantiam reduci asserendum est, & non pati secundum substantiam, quia ut pri⁹ dicebat, oportebat esse hoc modo etiam pati. Equidem secundum ipsum quantum, facere, & pati, esse dicuntur, ceu producere magnitudinem uel produci, ac dilatare, & dilatari, & profundum facere, & fieri profundum, atq; numerare, tardare, mouere, dicere, & ea quæ sunt his passiuè opposita, similiter secūdum qualitatem agere, & pati dicitur, ceu album facere, & album fieri, sanare, & sanari, similiter quoq; in ipso ad aliquid, est facere, & pati, ceu duplare & duplari, in ipso quoq; poni prædicamento, sunt reclinare & reclinari, & in ipso habere, considerare & cōsiderari. Vltimum uerò quod ipsi facere inest, est ipsum opus, uel species, opus quidem habet omne in fieri, ut saltatio saltantis. species uerò & forma, est affectus qui permanet, ut forma quæ producitur facientia, quæ quidē est terminus ipsius, & ipsius facere. Quæri solet etiam, quādo ipsum facere desinit, & transmutatur in factum esse, quomodo hoc fiat, unde aliꝫ posuerunt fieri in ultimò tempore ipsius facere, aliꝫ uerò in tempore primo, post ultimum, & ultimum adhuc superesse ĩ ipso facere. Verum suboriri quæstio communis solet de illo qui stadium ambulando absoluit, & de eo qui medetur, & de mortuo. Sed fortè termin⁹ ipsius facere, est id quod primò factum est, in non tempore, sicut neq; uocamus mutatum esse, terminum motus esse. Præterea, ipsi facere adheret actio, agens & pati passio patiens, & ita in omnib⁹ actio, & passio, sunt cum ipso ad aliquid numerata, sicut etiam in ipso poni positio. Pręterea obseruandum est, quādo aliqua actio uel passio dicitur recta, uel obliqua, à uero hunc deflectens. Nam tristitiam afferre multis quidem uidetur rectum, & tristari obliquum, & supinum. Verūtamen hoc non semꝑ accidit, sicut in uerberante, & in eo qui uerberatur. Nam contingit non semper simul esse illud quod efficit tristitiam, uelut filius mortuus, licet sit aliquis, qui pro ipso tristetur. Item contingit etiam non tristari, nisi fortè id phantasia efficiat, & ipsa sit causa tristitiæ. Equidem cessante etiam fauente, aliquando patitur patiens, permanente dispositiōe, ut in calefacto ab igne, quod quidem postquam separatū est ab igne, adhuc patitur id, quod est calefieri. Nā duplex est pati, aliud quidem est copulatum cum ipso facere, aliud est cōsideratum secundum dispositionem. Forsitan in ipso calefacto, est agens intus connexum igni, qui est deforis impressus, sicut est phantasia in eo qui tristatur. Itaque reb⁹, & non uerbis intentos esse nos oportet, quādo de his iudicium facimus. Equidem Stoici, multum circa hæc elaborauerunt, quorū libri plures, & doctrinæ, nobis relicta sunt. Sed hactenus de facere & pati sufficienter disputata sint, deinceps tempus est proficisci, ad alia genera.

ALIVD PRÆDICAMENTVM SITVS, Vel positionis, secundum Simplicium.



VM Aristoteles post facere & pati posuerit ipsum positionis prædicamentum, Archítas posuit prædicamentum habēdi. Verum Arist. aspiciens ad finem ipsius facere & pati, posuit statim postea ꝑdicamentū positionis. Nā facere & pati, aut ponunt aliquid, aut per ipsa aliquid ponitur quo fiat ipsum poni. Vnde ponere est facere, & poni est pati, uel quia secundum naturam singula in propriis, uel alienis posita, agunt et patiuntur, & ob id poni prædicamentū copulatiue ipsi facere & ipsi pati. Sed dices q potius secū dum hoc debebat præcedere ipsa, quia prima habitudo est omnis corporis, quæ suscipit ipsius positionem, & deinde suscipit habitum acquisitorum. Verum Architas cum aspexerit ad habitudines scilicet ad eam quæ est à seipsa ad alterum, & ad eam quæ est ab aliꝫs ad ipsum, ac etiam quia secundum hanc aliquid dicitur habere aliquod, & secundum illum postea fit positio, meritò prius posuit ipsum habere, quàm ipsum poni, quia ea habitudo quæ est in his, ab aliꝫa ad seipsa fit, & est minus habitudinis particeps, quā ea quę est à seipsis ad alia, ac etiam quia ipsum habere, magis insinuat actionem, quàm ipsum poni, & quia communi⁹ est habere, quàm poni meritò Architas suis suppositionibus fretus, & Aristo. pariter suis, diuersum ordinem istorum generum tradiderunt. Nam Architas cum ponat prima genera ipsi⁹ facere & pati, ĩ principalissimis causis, ceu facere in deo, & pati in materia, meritò ipsis facere & pati, subiunxit ipsum habere, quod quidem aduenit materiæ ab ipso deo Equidem cum habere aduenit ipsi materiæ, ab ipso deo, tūc forma fit compositum, et cum iam sit corpus, postea indiget positione, itaq; habere est tanquam principale, quod quidem etiam est communius, quàm ipsum poni. Nam habere conuenit etiam in corporeis rebus, ceu animæ, competit quædam disciplina, & auscultatio, quę non est effectiua animæ, sed poni solis corporibus, & terminis magnitudinum, ceu superficiei lineæ, & pūcto cōpetit. Vnde cum Aristo. assignet naturales actiones, ceu illas calefacere, & infrigidare, quæ circa corpora & in corporib⁹ sunt, coordinauit sibi consentiens, ponere post facere & pati, & cum habere in solis particularibus, quæ possidentur, uelut in calciamentis, et armis esse terminet, meritò totum ipsius habebat, et principale genus posterius posuit, nequaquam numerando illud inter prædicamenta, sed quia mutuò sese excedunt, poni & habere, ꝑinde ipse Architas in calce uerborum suorum, significauit, q poni est collocandum ante ipsum habere, in quib⁹, inquit. Adhuc facere & pati, ac poni, & habere. Et rursus subiungit, neq; faciēs aliquid, uel patiens, neq; positum, neq; habens aliquid. Verum Architas plerisq; ĩ locis, prætermittit ipsum poni. Sed de ordine isti⁹ prædicamenti poni, totidem disputata sint. Cæterum de intelligentia ipsius, & cognitione sic agit, ut per exempla solum describere uideatur, dicendo, ceu sedet, recumbit, uel dicendo per infinitum modum sedere, & stare, quæ quidem descriptio quādam eruditionem affert, tamen illa non est sufficiens ad certam notitiam, sed potius facit quandam dinumerationem eorum, quæ continentur in ipso poni. Proinde melius est separare conceptum eius, auferendo habitudinem ipsius ad aliquid, & motum, et stationem eius. Item facere & pati separanda sunt, & consideranda est sola simplex habitudo positionis. Nam sicut habitudo ad locū facit ipsum ubi, & habitudo ad tempus facit quando, ita etiā habitudo ad positionem facit poni, neq; igitur cum q positum corpus, & locum, in quo ponitur considerat, oportet intelligere ipsum poni, alioquin sola positio aliqualiter se habens, existimaretur esse in genere ipsius poni, quinimmo existimanda sunt ea omnia entia, quęcūq; nata sunt, altera ab alteris retineri, uel collocari alia in aliꝫs. Nam connexio collocatorū, & exhibētium locationem, est propriissima, & propriè prima descriptio ipsius poni, quod si aliquis copulauerit ipsi poni habitudinē, uel facere, uel pati, uel qualitatem ad aliquid aliud talium, tunc si dominaretur in ipsis mixtis, genus positionis, ut intelligatur secundum primam eius conceptionem, nihil min⁹ esse tale erit in ipso poni, & si aliquod aliud genus efficeret specificationem euidentiorem, tunc dominatio speciei erit determinate secundum ea genera, quæ uincunt, & dominantur. Sed oportet iam (quemadmodum etiam in aliꝫs generibus facimus,) sic

etiam

etiam in ipso poni, declarare ea quæ consequuntur ipsum. uidetur itaq; cõtrarietas esse in ipso. Nam supinus contrariam habet positionem, ad aliud quod prominet, q̃ñquidẽ econtrario ponatur, sed contrarietas ipsa penes positionem accidit. Nam prominentia ipsa est ꝯtraria illi quod est dorsum, penes loca, nam in loco etiam est cõtrarietas, propter quod id quod sursum ponitur est contrarium illi quod ponitur deorsum, & ita ipsum poni accipit cõtrarietatẽ sc͛dm locum, quo etiam modo, existimo quæcũq; in poni cõsiderantur suscipi, quoniam etiam oĩa habent oppositionem in aliquo loco, ad alium locum, sed cõtrarietas quę est penes positionem nõ in oĩbus est, nam cubus et sphæra, ac multa alia inanimata, quãuis differentiam habeant positionũ, ceu secundum angulum, uel secundum actus, tamẽ non habẽt contrarietatem, sicut prominentia & supina, quæ maximẽ in animalibus consideranda, ubi sunt anterius & posterius, sursum & deorsum, dextrum & sinistrum naturaliter. Prętetea, magis & minus aliquando solẽt collocari in ipso poni, præsertim quando ea quæ ponuntur latitudinem suscipiũt, ut reclinari, quandoq; autem figura, dictionis, magis et minus insinuatur. Equidẽ aliquando significat excessum, iuxta quandam existimatam cõparationem, ut quãdo scapha dicitur esse magis supina. Verum magis & minus nõ reperitur in omnibus his, quæ in ipso poni sunt. Nã superficies, lineæ, punctum, & si quid aliud incorporeorum, collocatẽ in ipso poni, non habent magis & minus. Nam sicut actio & passio erant in prædicamento ad aliquid, & tamen facere & pati habebant propria prædicamenta, ita positio est de numero eorum quæ sunt ad aliquid, sed ipsum poni est quoddam proprium genus, quod multũ differt ab his quę sunt ad aliquid. Deincepe considerandæ sunt diuisiones ipsis poni, præsertim illæ quæ fiunt secundum specificas differentias, & illæ quę alio modo fiunt, quę quãuis nõ specificæ sint, tamen secũdum eas separant ea quę sub ipso poni, sicut ordinata. Eorum igitur quę considerantur in ipso poni, alia sunt, nam posita, ut quatuor elementa in proprĳs locis locata, & cœlum suprẽmum locum obtinet, & quędam sola positione ponuntur, ut statuæ, imagines, & uniuersaliter ea quæ secundum artem quandam, uel opportunitatem ponuntur. Item quædam hñt positionem stando, ut terra, & elementa immobilia, quædam uerò sunt inuicẽ collocata, sub circũferẽtia cœli mota, et uniuersaliter ea elementa quæ mouentur. Item eorum quę mouentur, & stãt, alia perpetuam positionẽ hñt, ut corpora perpetua, alia uerò temporalem, ceu illa quę in aliqua parte temporis subsistunt. Iamblicus quoq; ait omne quod in poni locatur, uidetur habere collocationẽ in aliquo loco, quæ tamen non habent eandem generis naturam, simil'r etiã ea quæ collocantur in potentĳs. Nam ponuntur in potentĳs etiã ea quę habent collocationem, in uita. Nam hæc continentur à uita, quæcũq; in principalissimis causis undecũq; cõtinentur, itaq; meritò poni in ipsis esse existimaretẽ. Forsitan aũt non omnem collocationem, ipsum poni significat, nisi aliquis metaphorice accipiat collocationẽ, eo modo quo dicitur esse casus corporum, quem ea habent, quę ab ipsa natura per se dominante in partibilibus speciebus, & indigẽt his quæ recipiunt, atq; his quæ dirigunt ipsum casum. Etenim locus talem opportunitatem exhibet scilicet suscipere & rectè continere, & adaptare ea quæ nõ sustinent seipsa, sed cadunt & rumpuntur, nam hæc ambo sunt ab imparti bili natura distantia, & habent esse in alio, & si id quod distrahitur, & rumpitur, in seipso esset, tamen non manet impartibile, quocirca indigent loco, utq; eò quod suscipiat ipsum, & præbeat ordinem partibus eius, & adaptationem, nam quæ semel sparsa dispersaq; sunt, indigent adaptatione, ut caput proprium locum habeat, & collum, ut ait Empedocles.

Sed nec plura capita, sine ceruice germinant.

Quod etiam poni significat cecidisse, Homerus significatur dicens.

Iacet Patroclus, & circa mortuum pugnant.

Vnde illa quæ in potentĳs, in uita, & in principalissimis causis collocata, alio modo dicuntur poni, & non proprie. Equidem apud omnes, cõcessum est ipsum poni omni corpori accidere, quocirca omne corpus in loco est, & positionem habet secundum locum, præter corpus sphærę inerrabilis, & uniuersi corpus, quod non est in ipso poni, quãdo quidem nec sit in loco secundum sententiam & decretum Aristo. de loco, quia non est aliud corpus continens ipm, sed locus est terminus continentis, quatenus continet contentum, similiter etiam in corporeis, ceu terminis corporum ipsum poni competit. Etenim poni cõuenit loco, & simpliciter omni superficiei, ac lineæ, & puncto, nam omnia hęc habent positionem, sed ipsis incorporeis, per seipsum, poni non competit alicubi, nisi quis metaphoricẽ dicat in deo, & intellectu hæc poni, uelut in principio & causa contenta. Nam inquit oraculum.

In deo ponuntur, qui faces trahunt robustas.

Sed animaduertẽdum est, ꝙ corpus quidem in loco ponitur, & locus ponitur, quandoquidem sit circa corpora, q etiam habet positionis differentias, scilicet sursum & deorsum, & reliqua, ac determinatum & indeterminatum, sed locus non ponitur in loco, sicut corpora, quoniam loc⁹ nõ est loci, ne ratio procedat infinitum, quęrendo locum ante locum. Sed dubitatiõe dignum est, ꝙ si locus uniuersal'r ponitur, in quo igitur ponitur, nam omne positum alicubi ponitur nisi Aristo. dicendo locum esse terminũ corporis continentis, poni in ipso dicat esse, sicut etiam aliæ superficies, ponuntur in corporibus, quarum sunt termini. Verũ si quis diceret locum esse spatium, uel mensuram, & rectã adaptationem ad positiones magnitudinum, quemadmodum dicimus tempus esse mensuram extensionis motus, tunc modo non oportebit amplius quęrere aliquid aliud, in quo ponetur locus, nam cũ locus sit aliorum firmamẽtum, & sedes, non indigebit alio firmamento, uel sede, sed erit, sicut sunt termini magnitudinum, qui cum sint ipsi termini, non amplius indigent terminantibus, quocirca Architas etiã ait, alia in loco esse, sed locus in nullo, sed ita se habet ad existentia, sicut termini ad terminata. Item eorum quæ ponuntur, alia habent simplex poni, alia uerò duplicatum, nã amphora cum est uacua, forte ponitur in lapide, & uinum, qđ est in amphora, etiam in amphora ponitur, et in eodẽ loco, in quo etiam ponitur amphora, licet ſm alium intellectum ipsa amphora ponatur alicubi, ac partes ipsius in loco, & secundum alium intellectum uinum ipsum in amphora ponitur, & partes ipsius in toto, quare amphora quandã quadruplicem positionem habebit. Verum animaduertendum est, an partes dicãt proprie poni in toto, quãdoquidem nõ omne ꝙ in aliquo est, etiam in illo ponitur, in quo est, sed dũtaxat ea ponuntur, quæ sunt in loco. Equidem ſm figuras, & locales dimensiones, differentia ipsius positionis habetur. Verum Architas hunc in modum differentias ipsius poni tradit, dicendo, ꝙ poni aliud est in potentia, & aliud est in statu. Item id quod est in potentia, aliud est in agere, aliud uerò in pati, nam poni consideratur circa statũ, nam manet in eodem, siue incorporeum sit illud, siue corpus, qđ in statu ponitur. Item dupliciter consideratio positi, sc͛dm ambo contraria scilicet secundum facere & pati, ac mouere & moueri, & cum potentia in utraq; contrarietate horũ intelligatur, si aliquis accipiat potentiam non imperfectã, sed perfectam, quæ continet actus, & habet posita in seipsa, tunc rationabiliter dicemus principaliores causas, magis continere secundas, & secundas in primis poni. Deinceps proficiscendum est, ad eas dubitationes, quæ afferuntur à Plotino, de ipsa positione. Dicit igitur, ipsum poni in paucis rebus inueniri, & ob id nõ debet esse in proprio genere separatum. Sed pace eius, si ipsum poni ponitur in omnibus corporibus perpetuis, & his quæ sub luna sunt, cur dignum non est, sortiri proprium genus? Porrò Architas asseruit ipsum poni commune esse multis, sed reclinari, & sedere, non est simplex. Nam significat utrũq; horum taliter poni in figura, idest in loco esse. Equidem figura est aliud,

& locus aliud, de quibus iam diximus. Et certè non oporte bat duo prędicamenta in unum coniungere. Sed ad hęc dicendum est, ꝙ figurarum quæ non sunt simpliciter figurę, sed sunt figuræ secundum positionem, ceu figura sessionis & reclinationis, significant differētes positionis; quāuis significent etiam qualitatem, quæ figura qualitas est, tamen simpliciter non dicit qualitatem, sed qualitatem ipsius poni. Item uolunt ipse complectiuas etiam aliqui⁹ qualitates, in illud genus reducendas esse, ad quod, & in quod, cōplete reducuntur, ceu circa lineam est rectitudo, & linea est quanti, itaque rectitudo etiam erit ipsius quanti, & totum hoc erit qualitas quanti; sicut igitur ipsum ferre nō egreditur proprium prædicamentum, quando referre dicimus; ita nec reclinari, nec poni. Sed nonnulli amplius instantes contra dubitationem, dicunt, cum neq; figuræ, neq; loco cōpetit ipsum poni, sed hęc aliter consequuntur, quēadmodum etiam plura simul cum aliȷs prædicamētis considerantur. Sed proprium ipsius poni prædicamentum, intelligitur secundum ipsam puram, & solam positionem, ubi nihil eorum simul intelligitur, in quibus collocatur, ęqualiter se habeat in his. Verum Iamblicus ait ipsum poni non esse semper in loco, quoniam etiam locus positus est alicubi, qui non est in loco, itaq; locum compræhendi in prædicamento poni, non est uerum. Quod si fieri potest, ut sine figura intelligatur aliqua positio eorum, quæ figurari & fieri corpora nō possunt, ut lineæ & puncti, profectò ipsum poni, erit etiam sine figura. Sed inqt, si sedere actionem significat, itaque ipsum poni erit ordinandum in ipsis actionibus, & si sedere dicitur passio, erit ponēda in passiones. Sed ad hoc quoq; dicendum est, ꝙ ipsum poni pure intellectum, neq; exprimit quācunq; actionem, uel passionem. Equidem quatenus extra ambo existit, est proprium prædicamentum Quod si quis forsitan diceret, ipsum facere, & pati, componi, & commisceri, sicut diuersa genera cōnectuntur, cum alio, propter concursum commixtum sensibilium, tamen melius erit distingui ipsum poni diligenter, sicut etiam Boetho uidetur. Nam inquit, in quibus neq; facere, neq; pati inest, sed secundum positionem ponuntur, & secundum ordinem ordinantur, ac ratione, solum ea inquit esse prædicamenti positionis, ut dictum est de statua, quando ipsa dicitur stare uel sedere, uel imaginem accumbere. Nam talia in nobis actionē simul insinuant, sed in ipsis inanimatis, neq; facere, neq; pati significant, sed solum ipsum pure poni, quoniam locus sursum & deorsum simul intelligitur, & habitudo in ipso reclinari, simul insinuatur ad aliqua loca, quocirca oportet intelligere, ꝙ habitudo ad sursum & deorsum, adueniat ipsi poni, tanquam secundum se prius existēti, sicut etiam ipsum ad aliquid, adueniebat talibus prædicamentis. Equidem poni naturam habet secūdū se, antequam sit ad aliquid, sicut etiam aliorum generum unumquodq;, præcedit ipsum ad aliquid. Vnde si in omnibus esse ad aliquid ponemus, profectò nullum excipiem⁹ prædicamentum, ponentes omnia genera in ipsum ad aliquid, sicut etiam ipse Plotinus dixit. Hęc igitur dicta sint, aduersum obiectionem Plotini. Postremò Iamblicus inqt, ipsum poni aliter considerari in corporibus, cum sint dimētione dimensa, & partibilia, ac habeant locum dimensionalem, & aliter in anima dicitur. Nam anima dici solet locus earum rationum, quæ in ipsa sunt, perinde ac ipsa exhibeat locum intellectionibus, rationibusue, ut collocenť et agāt, tamen aliter intellectus dicitur locus specierum, tanquam eandem habere substantiam, cum speciebus, qui simul etiā intellectiones & species continet, in seipso. Verum omnia dicuntur poni in ipso deo propriȷssimē, quoniam omnia in ipso compræhenduntur. Verum inquit Iamblicus, uidebitur forsitā aliquibus ipsum poni hoc modo dici multipliciter, & aliter esse in corporib⁹, & aliter in ipsis incorporeis, sed si quis diligentius consideret una, & eadem analogia est ipsius continere, & contineri, atq; ipsius locare, locari, nam eadem ratio ipsius poni in omnibus his inuenitur, & quę quidem ratio est terminatę alterum in altero, secundū causam aut potentiam, aut actionem, aut substantiam, aut dimensionem. Vnde differentia fit penes res quæ sunt diuersæ, & faciunt positionem à diuerso, quę non exit extra unā rationem ipsius poni. Tot igitur de situ, de ipso poni dicta sint à nobis, qui intelligimus, & nolumus ipsum poni, propriē dici de corporibus.

ALTERVM PRÆDICAMENTVM Quando, & ubi, secundum Simplicium.



VBIVM est, post ipsum poni, de ordine cæterorum prędicamentorū, quandoquidem Arist. diuersis in locis, aliter, ac aliter de ordine eorum, rationem faciat. Eqdem in principio posuit ubi, et quando, ante ipsum poni, & habere, & ultimo loco posuit facere & pati, sed in calce p̄dicamentorum, prępostuit facere & pati, et postea ipsum poni, quod ante, quando & ubi ordinauit, postquam tamen in principio ipsum subiunxit, cæterum alia quoq; alia & alio modo ponit. Equidem aliquando in eodem loco uidetur uariare ordinem. Nam quando dicit de quando, ubi, & habere, talem ordinem illorū insinuat, tamen alibi uidetur aliter determinare. Item neq; in prioribus prædicamentis, de quib⁹ longum sermonem facit, uidetur seruare eūdem ordinē, sed alicubi quidem quale ordinat ante ad aliquid, tamen contracte de ipsis prius agit de ipso ad aliquid, quàm de ipso quali, & (ut summatim dicā) nusquam Aristo. assignauit aliquam rationem, de ordine generum. Architas uerò ordinem prædicamentorum cum assignat per causam, eūdem seruat in plurib⁹, nisi etiam ipse alicubi narrat ordinem. Nā in sermone de ordine, inquit. Cum omne quod mouetur in loco aliquo mouetur, & facere, & pati sint quidam motus, secundum actum, manifestū est, ꝙ locum subesse oportet, primò in quo sit agens, uel patiens. Verum alibi tradēs differentias ipsorum, & propria, posuit facere & pati ante ipsum ubi. Et fortè cum tātę diuersitatis circa ordinem generum sint, mutuus excessus generum, secūdum multa. Verum iuxta consuetudinem expositorum Aristo. ipsum quando pręordinatur ante ubi, quandoquidem etiam ipse, hoc in loco mentionem faciens de ipso poni, subiunxit. De reliquis autem scilicet quādo, & ubi, periode ac his uerbis ordinem assignat. Vnde aliquibus uidetur ꝙ huic ordini assentiendum sit, & dicunt, ꝙ omne quod mouetur, in tempore & in loco mouetur, & ꝙ prius est quando, quàm ubi, quia nullū generabile potest esse, neq; fieri, neq; fore, sine tempore, tamen multa sunt sine loco, sicut ipsemet loc⁹, & actiones, non sunt in loco, sed in tp̄e, quāuis agens sit in loco. Ad hæc itaq; Iamblicus suam seruando consuetudinē, & disputando prius de ipso quando, cōtradicendo sic ait. Non oportet ad motum referre causam ordinis generum, sed potius si genera circa substantiam subsistunt, perinde illa secundum se habeat esse, & hæc subsistunt circa ipsam, & habeant ordinationem suam circa ipsam, ratiocinari debemus ordinem generum, penes ordinem quem habent ad substantiam. Si ergo locus simul est cum substantia corporum, & tempus subsistit cum motu. & prius sunt ea quæ fiunt, quam ea quę mouentur, itaq; illud genus prius erit, quod subsistit cum his quę fiunt, & postea erit illud, quod motu aduenit. Sed pace Iamblici, forsitan tempus nō mensurat solum motum eorum quę fiunt, sed etiam substantialem actionem, nam motus est tota generatio, quemadmodum etiam locus, qui non solùm distensionem secundū substantiam significat, sed etiam continentiam secundū actū, & actionem. Verum uidetur locus secundum statū magis considerari, & tempus secundum motum, quia quāuis tempus mensurat quietem, tamen secundum extensionē, & fluxum ipsius esse, quies etiam mensuratur à tempore. Item loci partes, omnes simul sunt, sed temporis partes, non simul sunt. Item locus habet euidentem subsistentiam, tempus uerò obscuram, quæ uix percipi potest. Id forsitan est

uerum

uerum dicere, ꝙ sicat temporis partes non sunt in eodem tempore, sic loci partes non sunt in eodem loco, propter dimensionem, quãuis in eodem tempore sint. At si aliquis diceret ꝙ tempus, in pluribꝰ sit quàm locus, quandoquidem oĩa generabilia sint in tempore, & tamen non oĩa sint in loco, quia neq; locus in loco est, neq; multæ actiones existẽtes, & uariæ, sunt in loco, si primum intelligat, ꝙ quãuis tempus pluribus insit, hæc non sufficere, ad excessum ordinis. Nam ut inquit Iamblicus, ipsum ad aliquid extenditur per omnia, & tamen nullo pacto esset cõsentaneum, ut aliquis præponeret ipsa, ante substantiam uel qualitatẽ, quandoquidem hæc non penetrent omnia. Forsitan neq; uerũ est. ꝙ ad aliquid, ad plura se extendat, quam substantia & quale. Nam proprietas ipsius ad aliquid, secundum qualitatem determinatam, ac ipsum ad aliquid, sicut neq; aliqᵈ aliud genus, sine substantia subsistere potest. Item idem demonstrari potest, secundũ se, scilicet ꝙ non minus per omnia penetrat locus, quam tempꝰ, nam omne quod fit, in loco fit, quod si locus non est in loco, neq; tempus in altero tempore est, quandoquidem neutrum horum indiget cõtinentia, quam ipsum aliĩs exhibet. Nã nulla principalis causa est, indigens suamet participatione, qua aliĩs se impartiẽ. Item actiones, sine loco non fiũt. Hoc igitur modo ordo prædicamentorum secundum Architam consentaneus est. Verum quædam prædicamenta ordinantur inuicem, secũdum coniugationem, propter respectum adinuicem, sicut facere, & pati. Nam actioni mouentis, motus passionis, ac finis, coniunctus est, sic etiam ubi, & quando, se habẽt quę aliqualiter sunt cognata adinuicem, quandoquidem communiter conueniant ad totam generationem, & conferant æqualem opportunitatem, his quæ mouentur. Sed pręponatur quando ante ubi, in cõtemplatione, propter enumerationem quam facit Aristo. Præterea, sciẽdum est ꝙ Arist. tempus & locum, posuit species ipsius quantitatis, & quãdo, & ubi, fecit propria prædicamenta. Sed Architas, & Andronicus sequens eum, cum ordinent simul quando cũ ipso tẽpore, ac ipsum ubi simul cum ipso loco, sic ponebãt duo prædicamenta, ipsi etiam seruantes denarium numerũ ipsorum generum. Vnde sequentes Aristo. oportet primo ostendere, ꝙ tempus & locus sint species quantitatis, & deinde ꝙ quando, & ubi, nõ sint tempus & locus, sed ꝙ significent habitudinem ad tempus, & ad locum, atq; ꝙ meritò assumũtur in numero generum generalissimorum. Sed Plotinus ordinans simul cum tempore, quando, & omnia prędicamenta esse quinque scilicet substantiam, quantum, quale, ad aliquid, & motum, asserens, debebat ostendere tẽpus esse, uel quanti species, uel alicuius alterius horũ quia que prædicamentorum, quandoquidem prorsus tempus à rebus abiĩci non debet. Verum quòd ipse Plotinus non uelit tempus esse quantum, insinuauit in his quæ de quãto dicit. Nam inquit, si tempus accipiatur secundum mensuram (quandoquidem sit accipiendum hoc modo) aut extra animam, aut intellectum, si uerò accipiatur quatenꝰ est id qᵈ commensuratur, siquidem fuerit, secundum tantum etiam, ceu annuale, sic erit quantum, & secundum quòd tempus erit, non quoddam aliud. Nam tantum aliud existens, tantum est, itaq; tẽpꝰ non est quantitas. Nam quantitas non attingit aliud, neq; adęquatur alteri, quocirca ipsum tempꝰ, erit propriè quantum. Verum si Plotinus ponit omnia participantia quanto, esse quanta, etiam substantia erit ipsum quantum. Verum ipse in tertio de generibꝰ ait, locus, & tẽpus, non secundum quantum intelligitur, sed quatenus est mensura motus, ponendum est in ipso ad aliquid, similiter locus cum sit contentiuus corporis, ipse etiam poni debet in habitudine, & in ipso ad aliquid, quoniam etiam motus continuus, non est positus in quanto, nam Plotinꝰ determinauit proprium prædicamentum motus. Verum in libro de tempore, non ipsam mensuram, sed ipsum mensuratum magis profert, sed siue mensurans, siue mensuratũ dicatur, ꝙ sit aliud à mensurare & mẽsurari, profectò per accidens mẽsurabit, uel mensurabitur. Sicut igitur mensuratum à cubito, non dicitur quid ipsum, & si quis assignet motum, non dicit ipsum esse mensuratum ab aliquo, assignando quid sit motus, sic etiam mensuram, uel mensuratũ Plotinus dices, tempus non dicit, sed forsitan aliquod tempori accidens. Quod si dixerit tempus esse imaginem æternitatis mobilem, quam Plato negat esse ad aliquid, hoc modo non habebit habitudinem, nam quãuis conueniat ipsi mensurare & mensurari, huic tamen non conuenit secundũ habitudinem ad habitudinem, sed existit añ habitudinẽ subsistentis, neq; igitur erit secundum se ad aliquid, & hoc modo dici solent hæc aduersus Plotinum. Verum dici potest, pro eius defensione, ꝙ tempus cõsideratur in ipsis substantiĩs, neq; quantum existens, neq; ad aliquid, & ita redigeẽ sub unoquoq; prædicamentorum, quæ ipse posuit. Nam si tempus est imago æternitatis, proportionaliter continet ea quæ hic sunt, sicut æternitas continet entia, & sicut ille intellectus est omnium intelligentiarum, & specierum contentiuus, sic etiam tempus omnes rõnes generabilium continet in se, & si ęternitas in statu & manendo in uno, terminata sit, & contineat, et tempus in mouẽdo secundum substantialem quandam uitam, & motum, & trãseundo ab altera ratione, in alterã rationẽ, sic esse habet. Vnde si in rationibus animæ, & harum alternatiua operatione, tempꝰ subsistit, profectò in eodem genere erit, in quo etiam est animę ratio. Nam sicut quidam aliĩ asserunt motum rationum, sic etiam Plotinus si refutaret esse substantiale, profectò deberet dicere, ꝙ non sit substantia, sed sub motu oportet poni tempus, secundum alternatiuum motum animę, si uerò substantiales, sunt rationum actiones, etiam secundum ipsos erit tempus sub substantiã, & substantia erit media intellectualium, & sensibilium, & sic utiq; dicetur, quando non opportunæ esse apponendum in prædicamentis, quandoquidem sit ipsum tempus, & tempus sub substantia ordinetur. Hæc autem perspicuò dicit Plotinus, tanquam si non distent, quando, & tẽpus aut etsi non distarent, non tamẽ dignum est ipsum quando, ponere proprium prædicamentum. Verũtamen paulopost explorabuntur, proinde cum Arist. persuaserit sibi tẽpꝰ esse actiõe ipsius, & uiderit substantiam ipsius esse occultam, multipliciter de ipso loquutus est. Nã aliqñ ipsum poni numerũ motꝰ, aliquando uelut mẽsurã, aliquando uerò mensurã motus, aliquãdo etiã uelut quietis, quæ consummat intellectũ ipsius continui, quod apud oẽa est, posuit ipsum in illo genere, in quo continuum & quantum est, & hoc erat genus quantitatis, sicut igitur omnia alia quãta, & tota, mensuranĩ ab his quæ sunt in ipsis, habentia rationem minus, & minimi, ceu decẽ homines unitate mensurantur, ubi ponimus aliam mensuram pręter ipsa mensurata, ceu pedem & palmam, sic etiam tẽpus existens unum continuorum quantorum, suis partibus mensuratur, sicut in magna superficie, nulla pars abscissa, neq; circũscripta cõsideratur, & nos ponimꝰ aliquã mẽsuram in ipsam, certe ipsa habet circũscriptionem secundũ illam mensurã, ceu scᵈm pedem, & alias mensuras, ita etiã tempꝰ, ponentibus nobis minimum tempus ad sensum, id quod non subitum nunc uocamꝰ, ceu horam, uel id quod, uocatur tempus, ab his qui gnomones efficiunt, isto mensuratur, quædam etiam circũscribimus naturaliter, ex maioribus terminis, ueluti die, nocte, & circulo solis, in utroq; ac mense & anno, ac aliĩs huiusmodi, utiq; quod naturale ipsi tantũdem quantitatis, etsi fuerit annus quotꝰ, & tantꝰ. Verũ mẽsurare & mẽsurari, & ꝓrsus ea q̃ sunt ad aliqd, tãquã aduẽtitia hẽt, ob id igiẽ tempꝰ nõ ipso ad aliqd, sed in quãto cõnaturali Arist. ordinauit, & quęcũq; hñt habitudinẽ ad tꝑales measuras, in alio ꝑdicamẽto ponẽda eẽ censuit. Nã aliq̃ mõ se hñt, heri uel cras, & nocturnũ et hodiernũ, q̃rũ alterũ respicit ꝑteritũ, et alterũ futurũ. Itẽ respectu lationis ab oriẽte ĩ occidẽte, se hñt hodie, sed ad circularẽ solis motũ, ꝑteritũ olĩ, & ad ꝑsens dr̃ nuꝑ, & hoc anno. Deinceps idefinitẽ dr̃, & ad ꝑsens iam, & nuꝑ, & ad ꝑteritũ olĩ, & ad futurũ nõdum Aristo. itaq; posuit ipsum quando, aliud genus, quo hæc oĩa complecteretur. Hanc igitur

solutionem, inquit Iamblicus, accepimus, ex his quibꝰ abũdamus, unde pertranseuntes de his, secundum se dicimus substantiam temporis comprehendi posse, sed euidenter esse positam cum aliis, in quanto. Nam cum aliis, etiam id quod dicitur, pugnat sibi ipsi, quoniam substãtia temporis non est quantum, sed proprie ipsum est in actum, uel cõiunctum ipsi tempori, nam omne quod est simul coniunctũ secundum substantiam, erit atq; id quod scd̃m proprietatẽ essendi coexistit, extra substantiam separatum non est. Verum quando non est idem cum tempore, sed idem est cum habitudine, quę est ad tempus, nam propriè specificat, quatenus distinguitur à tempore, & quatenus consideratur in tẽpore. Sed ꝙ tempus sit quantum, hoc modo ostendendũ est. Nam tempus non solum mensurat motũ, sed etiam ab eodem mensuratur sicut Aristo. ait nam in omnia media, aspicientes ad eorũ multitudinem, & longitudinem, ac longos & breues motus, solemus determinare tempus diuturnum, & paucum, sicut etiam magnitudinem dicimus magnam, & paucam, rursum inuicem, & magnitudine etiam motum mensuramus, multam enim dicimus uiam, cuiꝰ iter multum est, & econtra, at multum iter, quando longitudinem uiæ habet. Et hoc non sine ratione euenit, nam motus sequitur magnitudinem, & tempus motum, quandoquidẽ hæc tria sint similiter continua & diuisibilia, ergo tempus erit quantum, quoniam singulare eiusdem generis mensurantur, ut unitates unitate, & omnes motus motu, qui quidem erit motus circularis, quandoquidem iste motus sit regularis, & oporteat mensuram regularem & determinatã esse, quoniam igitur tempꝰ motu mensuratur, circularis etiã motus, erit mensura temporis, sicut etiam est mensura aliorum motuum. Huic etiam rei consonant ea quæ dici cõsueuerũt, uidelicet, ꝙ humana, & omnia quæ fiunt sunt circularia, & ꝙ tẽpus sit quidam circuli periodus, sicut ea sunt, quæ in anno fiunt. Nã mensura est talis lationis, à qua etiã ipse mensuratur. Vnde Aristo. cũ nouerit manifestũ esse, in communibus conceptibus, ꝙ tempus sit continuũ, & quãtum, usus est ipso, tanquam cõmune quoddã axioma, quo etiam conclusit ea, quæ non sunt nata moueri, neq; quiescere, sed per naturam immobilia sunt, inquit, nequaquam in tempore, sicut sunt conceptus rerum. Verũ cum motꝰ sint in tempore, oportet etiam quietem esse in tempore. Nam mensura huius, etiam est tempus, quandoquidem nõ omne immobile sit quiescens, sed quod est aptũ natum moueri, & aliquo tempore motu est priuatum. Si igitur quies habet principium tẽporis, & finem, ut certè habebit in tempore, & in ipso mensurabitur. Equidẽ tempꝰ est principaliter mẽsura motus, porrò sicut esse in numero, idem est, ꝙ ipsa esse mensurare numero, sic etiam esse in tempore idem est, ac si res mensurentur. Item tempus erit mensura quanti continui, & motꝰ continui, quare meritò determinamꝰ ipsum in quãto, & continuo, unde etiam diffinitio ipsius, conuenienter assignata est, in qua dicitur tempus est numerus motꝰ, & mensura prioris, & posterioris, in motu. Item secundum antiquas opiniones, uidetur idem esse intellectio ipsiꝰ temporis. Nam uidetur esse aut motꝰ, aut aliquid motus, siue separabile, uel inseparabile tempus esse, existiment. Nã Plato dicendo tempus esse quantitatem motus, posuit ipsum esse aliquod inseparabile à motu. Theophrastus quoq; posuit ipsum esse accidens quoddam Aristo. etiam dicendo ipsum esse numerum, tanquam accidens separabile posuit, sed quando habitum uel passionem motꝰ, ipsum esse dicit, eo utitur tanquam accidente inseparabili. Sed hæc in præsentia Aristoteles, non tangit, quia ob certam introductionem, tractationem hanc excedũt. Verũtamen accipit ueluti communem dignitatem, tempus esse continuũ, & quantum, atq; dicit ipsum esse numerũ, non eum q ex unitatibus constat, sed loco mensuræ, usus fuit numero. Nam mensurare, & numerare, idem non sunt. Equidem est mẽsura prioris, & posterioris, qualiscũque motus, siue sit motus secundum generationem & corruptionem, siue scd̃m augmentationẽ et diminutionẽ, siue scd̃m alterationẽ, siue scd̃m loci mutationem. Quod uerò tempus sit quantum continuum, & non discretum, eò constat, ꝙ omne quod accipitur, ipsius est pars diuisibilis. Nam quando diuidimus ipsum, non attingimus ipsum indiuisibile, quemadmodũ in numero peruenimꝰ ad unitatem indiuisibilem. Item plane tempꝰ sequitur magnitudinem, & motum, quæ quidem omnium consensu, continua sunt, quare Aristo. non existimat tempus esse incomprehensibile, neq; aliud quid suapte natura, præter quantum. Nam aliter absurdum erat (ut diximus) substantiam temporis, existimare non esse quantitatem, & existimare quantum esse naturaliter sibi coniũctum. Nam oẽ natura insitum, alicui, non est extra substantiam eiꝰ. Item neq; naturales mensuras temporis uicissitudinarias, uelutĩ solis, & lunæ periodos Aristo. fecit aliud genus prædicamenti, sed hæc quidem tempus complent, & mensuris cõprehendunt, sed quando aliqua res diuersa fuerit à tempore, & non fuerit accepta, ut pars temporis, & habebit habitudinem ad tempus, & ob id illa erit in tempore, ut in salamina classis dicitur esse in hoc tempore, tũc aliud prędicamentũ fit, quod quando appellatur, & est aliud à quãto, & hæc est opinio Aristo. Architas uerò, & Andronicus, ponentes quandam proprietatem temporis, cum ipso simul ordinauerũt ipsum quando, perinde ac ipsum circa tempꝰ subsistat. Nam ipsa præcedentia prima genera subsistentia, circa quæ alia subsistunt, ab ipso præponũtur, & tanquam principalissima accipienda sint, igitur tempus cũ sit ante quando, & locus ante ubi, secundum ipsum esse, prius ordinata sit, meritò ipsis, tanquam principalissimis generibus utitur, ea relinquens, quæ in ipsis continentur, tã quam secũdaria. ostensum igitur est dictis, quomodo Aristo. ipsum quando in alio prædicamento ponit quippè qui respicit ad differentias significationum, & quomodo Architas ipsum quando simul ordinauit cum ipso tempore, aspiciens ad cognationem rerum, patet etiam quomodo Plotinus de medio sustulit prædicamentũ ipsius quando, quia colligit prima genera sub minori numero, quam Architas & Aristo. fecerint, & quia aliquid uarietatibꝰ diuersorum conceptuum significationum tribuit. Sed iam proficiscendum est ad eas dubitationes, quæ solent proferri de ipso quando, quibus etiam connectendæ sunt solutiones. Itaq; Plotinꝰ & Andronicus, quando heri, & cras, & anno superiore partes temporis dicũt esse, & propter hoc uolunt ꝙ ordinentur cum ipso tempore. At nos dicemꝰ talia non esse partes temporis, sed cõtinere habitudinem rerum, existentium in tempore, ad tempus. Equidem unũquodq; eorum aliud est. Quod si fatentur tempus præteritum, esse ipsam heri, itaq; uel erit aliqua mensura temporis cõposita, uel alterum erit præteritum, & alterum tempus, & sic duo prædicamenta erũt, & non unũ prædicamentum simplex, ipsum quando erit, nisi eadem ratione dicemꝰ, si alterum est animal, & alterum rationale, & alterum mortale, animal non simpliciter erit unum, sed tria, sic etiam de ipso quando dicemꝰ. Quod si in una specie tria comprehenderimus, & tempus, & præteritum, in unam rem conuenerint, certè non erunt duo prædicamenta. Sed fortè neq; tempꝰ simpliciter præteritum, est ipsum heri, neq; plures conceptus in hoc concurrũt in idem. Nam secundum ipsum solam habitudinem rei ad tempꝰ, heri specificatur. Sed si aũr quando quod in tempore dicitur esse aliquid in tempore, si qdẽ rem aliquã ipsum esse dicũt, uelut Socratẽ dicãt eẽ, q anno priori erat Socrates, certè qñ erit alteriꝰ prædicamẽti, ꝙ si dicũt tẽpꝰ, & hoc alteriꝰ ꝑdicamẽti erit, ꝙ si dixerit ipm eẽ cõpositũ, neq; hoc modo erit unũ prędicamentũ, nisi dicamꝰ ꝙ neq; res in tpe, neq; ipm tempꝰ, neq; cõpositũ ex ambobꝰ, specificat prædicamẽtũ ipsiꝰ qñ, sed nuda habitudo rei ad tempꝰ, propter ꝙ neq; partes temporis assumemꝰ in ipso quando, neq; res, sed erit simplex, quẽadmodũ etiam alia genera. Boethꝰ quoq; aliud tempꝰ esse supponit, & aliud participãs tempore. & aliud esse in tempore. Vnde annũ esse, mensem, & tempꝰ dicimꝰ, & annuale, & id quod attinet ad mensem, est participans tempore,

pore, sicut etiam prudentia alterius prædicamenti est, & illud quod secundum prudentiam, alterius est prædicamenti, ceu est ipsum prudenter agere, quandoquidem prudẽtia sit in prædicamento qualitatis, & prudenter agere in prædicamento actionis, similiter etiam tempus, & id quod est secundum tempus, differunt. Verum quia quidã ex obscuritate rei, hæc discrepantia inter se in idem confundunt, dicatur etiam quoddam, cõtra istos, solaũ causa, quõ duplex est quãdo, alterũ tempus, & alterũ quod propriè est in tempore, similiter etiam & ipsum semper, aliud est in tempore, secundum q dicimus semper est actio, & aliud est tempus denominatum ab æternitate, similiter etiã ipsum olim, ceu anno priore, duplex est, in proximũ annũ, & proxime, alterũ quod in tempore solum esse significat. Eadẽ ponũt differentias tpis, præteritũ, præsens, futurũ, & ipsius qñ differentias ponũt, anno superiore, & in proximũ annũ, & hoc anno, sed ipsum olim quãdo dicimus olim existens, tẽpus significat, ceu quando dicitur olim egit in tempore, similiter quoquemodo, nũc iam tempus significat, & in tempore, sed tẽpore labi est in tempore, sed non tempus, quandoqdem tẽpus non tempore labitur, quia non est in tempore tempus, quo, circa tempore labi, dicitur esse ipsiua quando, quãuis putatur figura ipsius facere. Nam id quod secatur, tempore labitur, ac illud quod secat, sicut accelerare, & tardare dicimus. Item tẽpus esse infinitũ dicimus, & quando est finitum, quia actio quæ est in ipso, est terminata, propter quòd à diuinis rebus ipsũ quando excludit. Sed hæc quidem narrata, gratia consuetudinis nominãe. Cæterũ admiror Arist. industriam de quando, & ubi, quomodo cũ in aliis Architã sequutus sit, tamen cõtemplatus sit differentiam eorum, quod est in tẽpore, & in loco, quæ possunt in diuersa genera poni. Sed potius dubitandum est, quomodo cũ multa sint ea, quæ in aliquo sunt, & ad minus undecim dicantur, cur hæc duo sola eorum quæ in aliquo sunt scilicet hæc in loco & in tempore, fecerunt nobis propria prædicamenta? Equidem hæc dicũtur esse in aliquo, ut accidens in substantia, & uniuersaliter quod est in subiecto, ac uelut partes in totũ, & totũ in partibus, atq; forma in materia, & genus i speciebus, ac species in genere, & amplius uelut subditi in principe, & res principis in subditis, & uelut in uase, atq; ea quæ nũc proposita sunt scilicet in loco, et in tempore. Cum igitur id quod est in aliquo, tot modis dicatur, cur subsistũt propria prædicamenta, secundũ istas solas duas habitudines? Nam si album est aliud, & aliud est corpus, atq; aliud est aliquid esse in corpore album. Equidem album proportionabile est Socrati, corpus tempori, & omne album in corpore, et quod est esse Socratem in tempore, cur itaq; secũdum hoc etiam quod est in aliquo, proprium prædicamentum non subsistit? Dubitat aũt Plotinus in dictis de ubi, dicendo hoc, q si in tempore esse, aliud est, quàm tempus, & esse in loco, aliud est quàm esse locum, cur etiam ipsum qđ est in uase, non efficiat aliud prædicamentum, similiter etiã non efficit aliud prædicamentum, illud quod est aliud in materia, & aliud prædicamentum illud quod est in subiecto, similiter ceu pars in toto, & totum in partibus, & genus in speciebus, & species in genere, & sic erunt plura prædicamenta. Sed Iamblicus, soluendo hanc dubitationem, inquit quòd illud quod est ut in uase, & ut in materia, & ut in subiecto, locales insinuant habitudines, et id quod est ut totum ad partes, & partes ad totũ hñt habitudinem ipsius ad aliqd, simil'r etiam genus & species, & species ad genus se habent, cũ habitudo ipsius ad aliquid, nullam similitudinem habeat, cum eo quod est ad locum, & ad eã quæ est ad tempus. Sed aliquis dicet (ut existimo) quod in ipsis ↄsiderat ad aliquid, sm aliud, et sm aliud esse in aliquo. Nã & id quod est in loco, sm se quidem capitur, & locus erit de numero eorum, quæ sunt ad aliquid. Sed quomodo id quod est ut in materia, & in uase, erunt idem, cum eo quod est in loco? Forsitan igitur dicendũ est, q non omne quod est in aliquo, dignũ est, qđ collocet in proprio prædicamento, sed illa sola, in quibus aliud continet, & aliud contine-tur, & utrũq; suam naturam saluat, & neutrũ sit pars alterius, neq; cõplet alterũ, in his igitur solis, ipsum quod est in aliquo, fit quædam natura determinata, secũdum ipsam habitudinem subsistens, & cũ uniuersale omnino esse oportet, ceu corpus in loco esse, & in tempore, sed ab hoc particulari tempore, & loco ipsa natura uniuersalis, et separata, licet in ipsis subsistat. Item alia significata ipsius, quod est in aliquo, partim quædam sunt completiua, ceu partes, totum, genus, & species, principium, efficiens, & id quod fit à principio. Hæc nãq; sensum subsistere nequeunt, ceu forma in materia, & accidens in subiecto, quod qdem fit etiã forma subiecti, quo subiectum etiam appellatur, & denominatur, ceu dicitur album, et auctum, similiter etiã in aliis prædicamentis, quæ insunt substantiæ. Item quomodo erit alterum in altero, propriè? cum neq; sint secũdum subsistẽtiam simpl'r inter se diuersa, & separata, sed solum secundũ intellectũ, secundum quem genera separamus, sed quæ sunt in tempore, & in loco, sunt diuersa à loco & à tempore, immo alia & alia, in alio, & alio eadem numero fiũt, sed in subiecto alio, & alio, idem numero fieri, nõ possunt. Item qđ est in uase, est uelut in loco, nam uas est locus circũferentialis. Et ob id impositores nominum, ipsi quando diuersa nomina imposuerunt. s. heri, cras, anno superiore, præsenti, & proximo, & ubi, imposuerunt hæc, in lyceo, & in foro, in cæteris uerò significatis, in aliquo non est consuetudo dicere album in corpore, sed corpus est album, & caput animalis, & homo est animal, & ex materia, & forma cõposita. Unde hoc modo, uisum est mihi soluendam esse dubitationem, etsi aliter solui potest, rectè se habebit solutio. Sed cũ Iãblicus afferat naturã ipsius tẽporis, explicatiuus explorat iuue, rursus Architam principem statuit, qui sic, inqt, quoniam tempus est cuiusdam motus numerus, uel etiam uniuersaliter naturæ, uniuersi interuallum, quibus opinionẽ Aristo. & Stoicorum in idem non compræhendit, ut quidam putant, quia Aristo. tempus ait esse numerum motus, & Zeno Stoicorum princeps, omnis motus simpliciter tempus, esse interuallum dixit. Crisippus quoque interuallum motus ipsius mũdi, dixit esse. Atqui Architas duas diffinitiones, in idem non copulat, sed unam diffinitionem efficit, & singularem hanc, præter aliorum explicationes. Nam minime dixit tempus esse numerum omnis motus, sicut Aristo. determinauit, sed motus cuiusdam, & non particularium, uelut cœli, uel solis, uel alicuius alterius, quod si singulare, alioquin tempus non esset quoddam principale, neque commune extensum ad omnia, neq; inter prima genera collocari, dignum esset sed cum dicit tempus esse numerum alicuius motus, insinuat motum principalem, qui quidem est aliorum motuum causa. Nam solemus ubiq; prius ordinare ea quæ secũdum unam speciem existunt, & consequenter connectere, quæ sunt post prædicata, ceu rationem hominis, & de multis hominibus, sic igitur etiam hic unum motum prius ordinat, ante causam multorum motuum, quam per se mobilem oportebat esse secundum Platonem, uel immobilem omnino secundum Aristotelis cum sit principium motuum, quare uidetur per hæc Architas substantialem animæ motum insinuare, & earum rationum processum, & transitum, secundum substantiã ab aliis in alios. Nam hunc, & quædam motum, ait Architas tempori competere, & numerum ipsius dicit, qui iam productiuus, & procedit semper, producendo ea quæ sunt in mundo, qui quidem transitiua, & discursus, fit semper secundum motui aduenientia ex ipso, qui etiam tempus euidens est, itaq; iste numerus non multum differt ab eo, quem dicit Aristotelis nam ille, mensuram continue extrinsecus aduenientem cõsiderat, Architas uerò dicit mẽsuram ipsius motus per se naturalem & nõ extrinsecus aduenientẽ, sicut Aristoteles tradit. Porrò Iãblicus, inqt sentẽtia de tpe Peripatetica, ortũ habuisse à Pythagorica, eò q de numero & motu nõ eãdem sententiam habebant iuniores, cum antiquis, sed Iuniores putant numeros esse accidentia, & extrinsecus aduenientia. Antiqui uerò putabant

numeros esse substantiales. Verum illud miror de Aristo. solertia, quomodo ipse etiam causam temporis proximam, asseruit animam esse. Nam cum quærat id quod numerat, dixit animam esse. Nam si omnis motus principium, & causa, est anima, siue ut per se mobilis (sicut Plato posuit) siue ut immobilis secundum Aristo. erit utique meritò & temporalis motus causa. Sed si Architas asserit tempus esse numerum generatiuum, procedentē ab aię motu, tanquā ab unitate, perspicuum etiam est, q͏ motum illum, etiā ut tēporis unitatem, cōsiderauit, & uidetur posuisse tempus esse eum motum, qui ab anima fit, & eū motum, qui procedit in anima, circa quam oīa alius motus continetur, ordinatur, & mensuratur. Nam mensuram oportet ut simul extendatur cum mēsurato, & sit principalior ipsa. Item Stoici assumētes diffinitionem, dicentem tēpus esse uniuersalem distantiam inter capedinemq; naturę, uniuersi, lapsi sunt in sermonem de distantia motus, qui quidem aberrant, quia Pythagoricorum distantia naturalis est, & in naturalibus rationibus, etsi ita aliquis uellet uocare in spermaticis rationib⁹, ut etiam Cornutus sero hoc uidit, nisi certius dicat aliqs secundum priores rationes & eas spermaticas, quæ sunt uniuersæ naturæ rationes, in qua etiam anima compræhendit, determinans distantiam. Vnde isti non possunt distinguere qualem distantiam, & intercapedinem, dicant. Verū uidentur magis existimare corporalem distantiam, corporalium motuum, aut sicut aliquod lineare uidentur dicere, q͏ exactè in sermonibus de tempore seorsum demonstratur esse, ob multa inconuenientia absurdissima. Equidem nō sic ab antiquis dictum est tempus, nam uniuersum suapte natura connexum, distantias non significat, qualem ipsi asserunt esse distantiam. Nam hoc potius consonat naturæ rationibus. Præterea, opinio antiquorum huic assentit, nam aliǰ sicut etiam nomen significat extensionem quandam animę, circa intellectum tempus esse dicūt. Aliǰ autem animæ, & intellectus ipsius periodum, tempus esse fatentur. Aliǰ determinabant tempus esse naturalem extensionem, circa intellectum. Aliǰ uerò tempus describebant circularib⁹ circulationibus, quæ quidem omnia cum Pythagorica secta cōpræhendit. Nam uniuersalis distantia naturæ uniuersi, oēs naturas uniuersi, uniuersaliter compręhendit, & per omnia ipsa penetrat penitus, tempus desuper inchoans à primis rationibus, usq; ad aliquam pertingendo, determinatur tanq̄ secundum transitum, & motum uniuersarum rationum, determinantem uniuersaliter distantiam, ipsa procedat. Nam sicut in generabilibus non penes id quod prius est nūc, & ipse motus penes primū motum transmutationem ostendunt, & id quod est multo prius, & principalius in substātia, uniuersarum rationū naturalium, cum præexistat, perficitur et propriè complet distantiam, antiquissimi omnium temporis. Verum sermo ille non complexus est duas diffinitiones temporis, sed oportet ambas in unum colligere. Nam sic tota natura temporis considerabitur, nā per se mobilis mot⁹, ut unitatis tēporalis numerus, existens temp⁹ generatiuum, est distantia naturalium rationum, non secūdū molem, neq; secundū motum simpl'r extrinsecū, sed est distantia secundum ordinē pręexistentem motus in quo pri⁹ & posterius ordinata sunt, & exhibet actionibus, & motibus, ordinem, nam fieri non potest, ut prius & posteri⁹ rerū compræhendatur, si non prius extiterit tempus secūdum se, in quod ordo actionum refertur. Sed de substantia temporis, tot tantaq; dicta sunt. Equidem proprium ipsi⁹ temporis, plurib⁹ uerbis Architas tradidit, & nullum absurdū, est (cum libri Pythagorici pauci extent) uerba uniuersa ipsius Architæ de hoc adǰcere. Sic inquit. Quando autem, & tempus uniuersaliter proprium habet impartibile, & nō subsistens per se, nam dicitur nunc impartibile, cum quo simul intelligitur, & illud quod uocatur præteritum, & nō est permanens, nam quod continuè fit, idem nequaquā seruatum secundum numerū, sed ẜm speciem, nam instās, præsens, nūc tempus, & futurum, non est idem cum præterito, nam quod factum est, & iam abǰt, non amplius est, sed simul intellectum, & præsens labitur, & ita semper copulat nunc continuè, & aliud, & aliud sic, & corrumpitur, uerūtamen secundum eadem speciem, nam omne nūc, impartibile & indiuisibile, & terminus, est præteriti, principiūq; futuri, sicut etiam lineæ rectæ fractæ pūctum, circa quod fit fractio, principiū quidem est alterius lineæ, & finis præcedentis. Præterea tempus est continuum, & non discretū, sicut numerus, oratio et armonia, nam oratiōis partes, quę sunt syllabæ, sunt discretæ, & armoniæ soni, ictusuè, discreti sunt, & numeri unitates, nam linea, receptaculum, & locus, continua sunt, nam partes eorum communes sectiōes faciunt ordinatas, nam linea inciditur secundum pūctum, planum uerò sc̄dm lineam, & solidum sc̄dm supficiem, itaque tempus etiam est continuum, quandoquidem nō erat natura ipsius, quando natura ipsius temporis, neq; motus, quando nunc non præteriens, sed semper erat, & erit, & nūquam deficiet, nunc quāuis aliud & aliud fiat, & numero alterum fit, & specie idem. Differt autem ab aliǰs cōtinuis, quia lineæ & receptaculi, ac loci partes, subsistunt, sed tēporis partes, quæ factæ sunt, iam abierunt, & quæ fiēt corrumpentur, quocirca tempus uel prorsus non est obscure, uel uix compræhenditur, nam quod præterǰt, ampli⁹ non est, quod uerò est futurum, nondum est, nunc autem est impartibile, & indiuisibile, quomodo hoc erat secundū ueritatem. Circa hæc, aliǰ quidem considerant id quod est impartibile temporis, secundum ipsum nunc, quod quidē est terminus & principium temporis, sed ipsum nō per se subsistens, considerant, quatenus præteritum elapsum est, & ipsum nunc simul dictum, & intellectum pęterǰt. Verū Iamblicus quærendo quomodo impartibile, & nō per se subsistens, tempori conueniunt, cum non sint inter se ordinata, inquit ambo non in eodem poni, sed determinant impartibile esse, secundum species rationum, stantes in seipsis, & secundū motus procedentes ab ipsis, quoniam hi non seruāt impartibilem, & immobilem substantiam, ponit esse non per se subsistens. Item impartibile determinat esse secundū manentem perfectionem, & actionem, in substantia, & non per se subsistens secundum inclinationem procedentē in generatione, & fluxu rei, ratione ipsum separāa, itaq; inquit Iamblicus impartibile quod est proprium temporis, non erit id q᷑ est non per se subsistens, neq; subsistens est. Nam hoc sibiǰpsi aduersaret̄, sed impartibile, & non per se subsistens, in aliǰs & aliǰs naturis distincta sunt, quandoqdem unum sit in naturis nobilioribus, & alterum sit in his quæ deficiunt ab antiquiori natura, & ob id dicuntur non per se subsistentia, non quia prorsus non sint, sed quia primæ substantiæ puritatem & stabilitatem non seruant, nam omnia talia sunt, quæ habent esse in generatione, quę neq; proprie esse dicuntur, neq; non esse. Quoniam igitur pręteritum temporis, non ampli⁹ est, & futurum nondum est, & solum instans uidetur esse impartibile, siquidem secundum nūc accipiat̄, & simul fit cū ipso esse, cedēs in non esse, ob id igitur proprium ipsius erit impartibile simul, & nō per se subsistens. Verum Iamblicus confutat considerantes impartibile esse, in hoc fluēte, & generabili tempore, atq; eos qui dicunt ipsum non per se subsistens, in eodem esse refutat, quoniam nunquam est, sed semper fit, nam quo generatur inquit, uel qualitercūq; mouetur non potest esse impartibile, nam omnis motus diuisibilis est, sp ob continuitat̄, sed ip̄m impartibile tēpēte stat ẜm ip̄m esse, & siquidē generat̄, sp nō ampli⁹ sp̄ēm seruat. Si aūt ipsum seruare speciem ipse dicat̄, nō utiq; semper fiet, at si dicatur inquit, q͏ nunc simul intellectum, & dictum præterǰt in participantibus tempore, oportet talem instantiam ponere. Nā quæ fiunt nequeunt suscipere substantiam impartibilē immobiliter, sed aliam & aliam partem eorundem ipsa cōpręhendit, et affectio ipsarum per illam falso percipitur, quo circa diuersitas secundum numerū alteratur, et ostēsio diuersitatis pricipātiū, quę eadē specie manet, identitatē impartibilis ipsi⁹ nunc, insinuat. Et hæc rectè dicuntur, si id quod stat in fluxu generationis, cōcipi ratione posset. Cæterum

inquit,

Inquit, ꝙ quando Architae ait, ꝙ in ipso nunc, tempꝰ est, & futurum, non est idem cũ præterito, & hoc quidem est præreritum, & non amplius est, & hoc simul intellectũ. & instane, desinit, profectò hoc indigrr determinatiõe ad perfectam explanationem, & dicendũ est ipsum esse totũ tempus, & non idem, sicut ipsum nunc, nam ipsum nũc secundum substantiam, & speciem, onum & idem est, sed secundum ꝙ diuidit præteritum, & futurum, est multa & diuersa, sicut etiam pũcta ferè omnia sunt unũ aliquid, sed positione, & diuisione plura sunt, & non eadem, nam si intelligemus punctum diuisum, duo fient unũ, hoc quidem ut extremum, alterum uerò ut primum, & sic semper copulat, & continet totũ tempꝰ, ipsum nunc, quod aliud & aliud diuisione fit, sed specie idem manens. Vnde si ipsum nunc dicatur fieri & corrumpi, non est intelligenda ipsius nunc generatio, & corruptio. sed eorũ quæ participant, ipsum uel nõ participant, nam continere & copulare non alterꝰ est munus, quam impartibilis, & illi inest aliud, & aliud fieri, & corrumpi, & semper fluere, quod cum generatur, participat ipsum nunc, sibi conuenientissimo. Sed quomodo idem est aliud & aliud, & manet idem secundũ speciem, ac diuiditur & est indiuisibile, alteratur & in uno terminum & principium habet? Nisi quia aliud est quod ĩ natura participatur nunc, & inseparabile est ab aliĳs, quæ generantur, & aliud est illud nũc, quod est illud nunc, quod est separabile & secundum se, quod quidem & stat in eadem specie eodẽ modo, & alterum in motu continuo consideratur. Vnde cum hæc duo concipiuntur simul, in ipsius nũc principio, quòd continet tempꝰ nunc, euidenter, ob id cõputabit ipsum nũc temporis, puncto lineæ rectæ, in angulum fractæ, circa qđ fractio, nam sicut punctum fit principium lineæ alicuiꝰ, & alterius terminus, ita etiam nunc in seipso habet principiũ, & finem, cuiuscũq; temporis, quod non est tanquam aliquod accidens, sed tanquam continuans ipsum, & essentiã suam in seipso continens, & ex seipso contentum, igitur nõ oportet ipsum exponi, perinde ac non sit, nam secundũ speciem unitatis ipsius, eadem manet, quæ quidem diuersitate principiorum, eadem est, secundum naturam. Sed aiunt, ipsum copulat terminos nõ existentium, nos dicimꝰ ꝙ ipsum nunc non euanescit, in his quæ non existunt, sed in seipso etiam continrr ea quæ non sunt, & secũdum se habet quãdam propriam substantiam. Equidem continuum tempus est, & non per terminum, qui semper fit, & perĳt, continuationem haber. Nam hoc stat in propria specie, ut etiam uera sit, continuum & semper continuetur, consideratur tamẽ circa aliud, & aliud nunc, secundum numerum, quod quidem iam positionem, accepit, & habet cognationem cum his, quæ generantur. Vnde si aliquis nunc accipiat, ut partem temporis ipsum sumet, tanquam cõnaturale motui existens, quod si ipsum nunc, negauerint esse tempus (sicut quidam olim de ipso dixerunt) erit principium temporis separabile, & specie idem permanebit. Porrò quando dicit̃ præteritum tempus non amplius esse, & futurum nondum esse, sciendum est, ꝙ hæc dicuntur penes ea quæ nunc procedunt, & una cum motu feruntur, & simul cum alteratione alterantur, sed quę continentur in ipso nũc, et determinata sunt in eodem, & à proprio principio nũquam exeunt, profectò hęc semper in eodem nunc permanent. Vnde meritò tempus definitum est, esse imaginem immobilem æternitatis, tanquam anima assimilata sit ipsi menti, & rationes eiꝰ assimilatæ sint intellectionibus, sic etiã nunc unum solũ uni assimilatur, similiter etiam contentiuum ipsius mẽtis, & semper in seipso continens, & mobile huius assimilaretur ad stabile, atq; mensura generationis secundũ numerum, assimilaretur uni secundum substantiam. Itẽ animaduertendum est, ꝙ Plato dixit tempus esse motam imaginẽ æternitatis, ſm numerũ, cõsiderãdo tẽpus esse numerum ipsius unitatis, quę est ęternitas. Et fortè dictum Architę sic naturale, magis intelligendum est, ꝙ tẽpus est numerꝰ cuiusdã motus, nõ quia indicet tempus esse aliud à motu, sed aliud numero, tãquã de eodẽ oĩa dicantur. Nã ut ęternitas, non ut æternitaã, permanentem unitatem habet, & nõ est alia æternitas, quæ ſm seipsam stat, & quę secũdum unitatem, ita etiam tempus quod in anima primo subsistens, non est aliud ab illo numero, qui procedens in generationẽ, in motu erat. Equidem tempus est distantia naturæ uniuersi. Nam sicut æternitas, simul existit cum ente, cõsidrrata secundum impartibilem ipsius, & immobilem simul totã substantiam, sic etiam tempus cuicũq; rei generabili, adest secundum motum, qđ quidem consideratur semper, secundũ aliam & aliam distensionem generationis. Item illud considerandum est, si primo in anima tempus subsistit, uel ab anima proueniat. Nam si anima est media, partim impartibilis & partibilis substantiæ, profectò habebit mensurã mediã scilicet partim æternitatis, & partim temporis, secundũ substantiam connaturalem, quæ erit simul cum ipsis. Vnde ab illa, tempus quod propriè dicitur in generabilibus, propriè subsistit, sed iterum atq; iterum ꝓcedit, equidẽ opportunitatem quam tẽpus exhibet oĩ rei, iustum erit apponere. Nã sicut ipsum ens, propter æternitatem, simul totũ est in uno redactum, ita etiã generatio ꝓꝑ tempus, in ordine discreta est, & si quidẽ nõ esset tempus confusio, profectò esset generatiuum, & actionum, perinde ac simul essent quę olim ĩ Troia gesta sunt, & quæ nunc gerũtur. Sed cũ tempus tantam uirtutem habeat, quo Architas inquit ipsum, uel non oĩno non esse, uel obscurum, & uix esse. Nisi quia ad ea quę proprie & uere sunt ipsum tempus comparatũ, sic eius partem seruauerit, quia in fieri esse haber, & præteritum quidẽ non amplius est, & futurum nõdum est, sed non impartibile & indiuisibile, quomodo igitur inquit hoc non simpliciter existit, sed secundum uetustatem. Non enim uerum esse tempori conuenit, sicut neq; generationi. Item Architas uidetur dare subsistentiam minorem ipsi tempori, quã aliĳs continuis, quia lineæ & superficiei, ac loci partes, subsistũt simul, srd temporis alia pars corrupta est, alia uerò nondũ est Sed fortè eadem substare uidetur, siquidem generabilia sunt, & quæ semper fluent, in eadem specie semper permanent, sed non numero, sicut etiam nunc temporis se habet. Sed de quando tot dicta sunt. Reliquum, tempus est transeundi ad cætera prædicamenta.

INCIPIT PRÆDICAMENTVM Vbi, secundum Simplicium.



POST ipsum quando, uidetur sequi ipsum ubi, propter cognationem quã habent inter se, nam sicut tempus, & locus, cognata sunt, cum utraque sint mensuræ generationis rerum alterum secundum molem, & alterum secundum ipsius esse, & æternitatis distantiam, quæ ambo simul, unaque, connexam indiuisibilitatem repræsentant, sic etiam quando, & ubi, sese inuicem habent cognate. Verum posterius ordinatur ipsum ubi, quia etiam locus est terminus eorum, quæ generantur, & ut contineas alia sic consideratur, ac quia præcedit ea quæ mouentur, sed his quæ mouentur, tempus, tanquam mensura copulatum est. Equidem ea quæ mouentur, ad positionem in loco desinunt, quoniam ut ait Iamblicus, quandiu mouentur, nondum in loco sunt, sed mouentur secundum locum, & nondum sunt in loco. Eqdem uniuersaliter genitum, & contentum, indigent loco, tempus uerò mensura ipsam uiam indicat, quæ ferrꝰad esse. Nam id quod fit, quãuis in loco fiat, tamen quod in loco est, semper est genitum. Pythagoras uerò ait, quòd ante motum prius existit locus, & constat etiam quia tempus præexistit, ubi ait, quoniam omne quod mouetur, in loco aliquo mouetur, facere uerò, & pati, motus est. Vnde manifestum est, ꝙ oportet locum primò manere, & faciens, & patiens, in alio erit, quare qui asserit ea quæ mouentur non esse in loco, non uidebitur consentire Architæ. Nisi fortè moueantur in loco, sed non sunt in loco. nisi quatenus unumquodq; motum est. Iam diximꝰ etiã, ꝙ

Architas & Andronicus simul quando cū tempore, & ubi cum ioco ordinauerunt, & ita posuerant duo prædicamenta, sed Aristo. tempus, & locum, propter dictas prius causas, posuit esse de numero quantitatis, & ipsius quando, & ubi, alia duo prædicamenta instituit. Nam sicut substantię, & quanto cæterisq; aliīs generibus præsuppositis, ipsa ad aliquid extrinsecus, secuodum habitudinem cōuertentem, & adequatam, considerata adueniebant, sic etiam quādo, & ubi, si in aliīs generibus consistunt, nullum inconueniēs erit, proprium ipsorum prædicamentum suppooi, sed hæc quoque propria quædam significata. Nā sicut tempus nō erat ipsum quando, sic etiam, nec locus est ipsum ubi, sed sicut in tempore aliud erat tempus, & aliud secundum tempus, uel temporis aliquid, ita aliud est locus, & aliud quod est secūdum locum, uel loci aliquid. Nam quantum est aliquid aliud, & aliud est esse quanti, sicut igiť absurdum est dicere id quod duplum est, & quod est æquale, esse quantum, quia quanti aliquid est sic etiam, qui dicit locum esse id quod est secundum locū, uel loci aliquid, aberrauit. Plotinus uerò, prædicamentum ubi penitus substulit, quādo quidem sicut Architas, & Andronicus, ubi cum loco assignauerint, & locum, sicut etiam tempus, quātn tribuit, uel ipsi ad aliquid. Sed ipsum ubi duo significat, locum, & qđ est in loco, sicut etiam dicebatur ipsum quādo, duo significare scilicet præteritum tempus, & quod est in tempore, et partes secundum significatū pręedicamentum ubi, determinatum est, nam quod dicitur ut locus, quantum profectò erit secundum Aristo. quod autem est in loco, erit in prædicamento ipsius ubi. Quod si hæc uox scilicet in loco, & in tempore composita est, tamen oportet intelligi simplex ex composita locutione, sicut etiam eò φ dicitur bon⁹, demōs ex sacra ciuitate, intelligimus unum aliquid simplex. Hæc quoq; duplex significatio, peruenit ad omnes differentias loci. Nam sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum, duplicia sunt, quia partim sunt ut loca, & partim sunt io loco existentia, & constat φ ea quę significant locum, quanta sunt, & quæ significant quod est in loco, sub prædicameoto ubi ordinabuntur. Item significatio ipsius ubi, extenditur ad loca scilicet ad eum à quo quis proficiscitur, & ad eum ad quem aliquis peruenit, ceu ex Athenis & ad Athenas. Equidem hæc ambo significant locum, & habitudinem in loco, cum ipsis coniūctionibus, & pręepositionibus prolata, eadem significant, ceu ex lyceo, & ad lyceum, & in lyceo, hæc æquiualent ei, quod diciť ex Athenis, & ad Athenas, & in Athenis, cum quibus etiam ordinanda sunt ea, quæ sunt demoostratiua ut, ibi, hic, propè, longe, & id gen⁹. Verum Atheniensis, & Rhodius, non locum, sed unde insinuat, & habitudo ad locum significatur, & non locus. Præterea ubi suscipit cōtrarietatem, secundū loci differentiam, ceu sursum, deorsum, ante, retro, dextrum & sinistrorsum. Item suscipit maius & min⁹, oā una est magis sursum, uel magis deorsum, uel magis ante, uel minus quam alterum est, modo non declinent ad latus, similiter etiam se habent dextrorsum, & sinistrorsum. Item horum partim quędam indeterminate dicuntur, partim uerò determinate, & partim simpliciter in loco, aut in aliquo loco, & partim in latitudine, uelut dicimus aliquem esse in Athenis, partim etiam determinata sunt, secūdum circūscriptionem, ceu in lyceo, uel in hoc lycei loco esse. Sed hæc dicta sint. Cæterum Cornutus dubitabat, si ubi loci, & quando temporis, secundum expressionem dictionum, distincta, in propria prædicamenta ordioari debeant, quia ratio est de ipsis caracterib⁹, rōnalib⁹ nā cur nō posuit hęc in hoc prædicamento. s. à Dione, & ad Dionē, & plera ꝗ; alia huiusmodi, nam hęc sunt similia ei, quod dicitur ex Athenis, in Athenas. Sed hæc sufficit dicere, φ diuisio prædicamentorum non est de ipso caractere dictionis. Nam uniuersaliter reduxerunt differentias locutionis, io nomē, uel uerbū, uel aliquid tale, & non in prædicamentum aliquod. Verū oportet in his, uoces animaduertere non secūdum figuram casuum dictionis, sed diuidendo significationes, iuxta differentias rerum. Vnde neq; locus qui eundem habet caracterem, cum hoc nomine equi, neq; tempus qui eandem figuram dictionis habet, cum hoc nomine lupus, sunt eiusdē prædicamenti, sed hæc quidem sunt in prædicamento quātitatis, alia uerò in substantia. Rursus uult Cornut⁹, φ idē uir, longè & prope existens, & omnia in prædicamento ad aliquid reducantur, quæ habent locale subiectum. At Andronicus ipsa collocat in ubi, quæ quidem indeterminata, sed locus secundum locum esse fatetur, quandoquidem si in ipsis uidetur aliqua differētia loci, pollens magis in ubi, & noo in alterum genus, recipieoda sint, oam cōuersiuam habitudinem, non habent in promptu, sicut remoti⁹, & proximius, sed loci distaotiam. Præterea quærit de his scilicet simul & proximè, propè, & eminus, & secus, ubi sint. Sed hæc ponenda sunt in prædicamento ubi, uel in prædicamēto poni, uel ipsius ad aliquid, nam & quāuis hęc (sicut duplum) insinuant, tamen non omnia hæc unam rationē habent, sed hæc simul potius ipsi prædicamento ad aliquid, propinqua esse insinuantur. Nam hæc communem habitudinem, & conuersiuam habent, sed quæ seorsum è distātia sunt, habent habitudinem, quæ est in ubi, oam in ipsis quę seorsum sunt, & distant, abundat habitudo ad locū, & quę secus posita, & supposita, sunt in prædicamento ipsi⁹ poni locaotur, nā in ipsis pręecedit positio, & extrinsecus habitudo superuenit, quo etiam pacto, alia oportet disceroere scilicet ex abūdanti, & dominio, ac eo quod exhibet propriū intellectum, huic uictoriæ brauium tribuente, ut in tali genere sint determinate. Item Plotinus comparans sursum, et deorsum, qui sunt in accademia uel in lyceo, utrum hæ significent differentiæ loca, uel aliud in alio sit, oam si differentes locos significant, cur oportet pręter locum alia quęrere, & ipsum ubi, qđ si aliud in alio erit, non erit ergo unū simpliciter tale. Sed ad hoc dicendō est, φ locus nō significatur simpliciter ab istis, neq; aliquod compositum, quandoquidem nihil componatur ex loco, & ex re quę est io loco, sed per hæc habitudo singulariter insinuatur, neq; una pars compositionem efficit, ceu si dixerim⁹ io lyceo, sed solam habitudinem exprimit, quæ est ad locum. Sed instat contra hoc, dicendo φ hoc modo aliquam habitudinē efficimus, huius in loco scilicet eius quod suscipit, ad id quod susceptū est. Cur itaq; hæc non sunt ad aliquid, cū habeāt esse ex habitudine utriusq; ad utrūq;? Sed ad hoc dicēdum est, φ alia est habitudo adequās, & eorū conuersiua, quę dicuntur esse ipsa, quę sunt aliorū, uel quōcūq; alter ad alterum, quæ in ad aliqd proprie considerantur, & alia est habitudo, quæ non conuertiť, sed solū declinat ad altera, & solam habitudinem hoc modo, ubi, & quando, ad temp⁹, uel locū, habent, quandoqdem nō erant de numero eorū, quę proprie dicūtur esse ad aliqd, quocirca non conuertūtur inter se, sicut ea quæ sunt proprie ad aliqd, nam in quādo & ubi non accipiť loci & temporis habitudo, ad id qđ est io loco & tempore, sed locati ad locū. Item non est mirū, si aliquando ipsa etiam assumūt habitudinem ad aliquid, sicut citra & ultra, ac sursum, et deorsum, suscipiūt habitudinem secundum locum, similiter etiam senex, & iuuenis, recens, & antiquū, quæ quāuis sint extra pręedicamentū ad aliqd, tamen habent habitudinem ad temp⁹, uel habitudinem eorū, quę circa tempus proprie se habent. Equidem senior, et iunior, recentior, & antiquior, & id gen⁹, insinuāt proprie habitudinem eorū, quæ sunt ad aliqd. Itē appositiooes cōiunctioonū, non efficiūt compositionem in prædicameotis, quia non reducuntur secūdū se ad prædicameotum, inquantum coniūctionis, neq; significant aliqd secūdū se, sed fortè consignificant. Item hic, & ibi, & id genus, sunt osteotiua, secundū ostensionem loci determinati, & sic demōstrabūt locū, sed secūdum demonstrationem, & ostensiooem, quę est in loco, erūt ostensiua habitudiois ipsi⁹ ubi. Item non oportet expositionibus dictionū, & implicationib⁹ eorūdem, existimare res esse compositas, alioquin multa simplicia fatebimur esse composita, nam quędam etiam seipsis aliqd simul insinuant, quæ tamen non locantur in proprium prædicamentum.

mentum, ceu quando dicimus ista. Nam iste significat masculinum, & ista fœmininum, non tamen generis compositionem habet, quandoquidem non in aliud genꝰ ponatur, hoc quod dicitur hic, & in aliud id quod dicitur masculꝰ, similiter etiam in hoc uerbo ambulat, complectitur tempꝰ præsens, & persona agentis, & tamen ad solum prædicamentum ipsius actionis reducitur, quare etiam quando dicitur Athenis, quãuis significet id quod est in Athenis, tñ quando prædicatur ipsum quod est in loco, non efficit cõpositionem, sed solum apponit, ut oñdat existentiam in loco, & esse Athenis. Nam qñ dicimus Socrates bene disputat, non sunt ibi tria prędicamenta, sicut tres dictiones, sed illud aduerbiũ bene, additum est, ad distinctionem multarum distinctionum, & non efficit compositionem cum cæteris dictionibus, in significato. Sed his omnibus, quæ dicimus, Iamblicus adÿciendo intellectualem contemplationem, quærit primo utrum ipsæ res, quæ sunt in loco, determinent locum circa seipsas, uel cum ipsis, aut locꝰ determinet res, tanquam ipse terminet eas. Proinde ait, quòd si (ut Stoici fatentur) locus cũ corporibꝰ subsistit, & assumet terminum ab ipsis, qui quidẽ eò peruenit, quo perficitur à corporibus, si uerò locus secundum se habet substantiam, & non est prorsus aliquid corporum, nisi sit in loco, sicut uidetur Architas uelle insinuare, quòd profectò ipse locꝰ determinat corpora, & in seipso determinat, nam si esset locus tenuis, & debilis, in ĩfinito uacuo, & spacio, sine aliqua subsistentia, profectò terminum reciperet extrinsecus, quod si habet efficientem uirtutem & substantiam incorporeã, determinatam, & corporum distantiam, nõ suscipit magis & minus, in infinitum procedere, sed in seipso determinat, meritò tunc affert terminum corporibus, ex seipso. Quæ quidem etiam Architas significauit, dicendo, ꝙ omne quod mouetur in aliquo loco, mouetur, quo circa manifestũ est, locum subsistere prius, in quo erit agens, uel patiens, immo erit forsitan primum omnium, quoniam omnes res, uel sunt in loco, uel non sine loco, quibus ergo Architas supponit locum, plane esse agentibus & patientibus antiquiorẽ, qa ea, quæ sunt in loco, semper subsistũt cũ loco & pp hoc dixit, forte aũt primum, quod si res, uel in loco sint, uel nõ sine loco, patet ꝙ non subsistit locus, propter res, qđ si aliqs acciperet locum substantialem, contentiuum, uitæ, uel sm uirtutem, uel secundũ propriam formæ naturam, in tali loco oẽs res habebũt esse, quod si quis intelligit locũ esse terminum continentis, & quãdam nudam, & incorporeã superficiem, tũc res non erũt sine loco, non quia aliter acciderit terminis ipsis, neq; quia posterior sit dimensio, quæ est ad unũ, uel ad duo, ea dimensione quæ diuiditur in tres partes, sed qa ipsa superficies continens, est inchoatiua corporum, & à seipsa constituit corpora, & continet, & determinat in seipsa, quo fit, ut corpora habeant esse in loco, tanq̃ contenta ab eodem, & habentia suam dimensionẽ, in natura ipsa, ex parte talis dimensionis. Nam ubiq; incorporea substantia, prius ordinata est, quam corporalis, itaq; locus cum sit incorporeus, præcedit res quæ sunt in ipso, & tanquam per se sufficiens, præcedit ea quæ indigent loco, & eũdem postulant, nam locꝰ non solũ est quędam terminatio corporum (ut quibusdam uidetur) sed etiam formæ circa ipsa, & uitę, quæ est in ipsis, ac figurarum omniũ quæ sunt circa ipsa, unde si aliqua inest ipsis uirtus, & substãtia, locus est omniũ horũ communis terminus, quare nõ est intelligendum, ꝙ locus sit nudus terminꝰ, sicut intelligimus mathematicas superficies, quæ sunt ultima mathematicorum corporum, sed sicut naturales termini, naturalium corporum, sic intelligendus est locus, atq; etiam sicut uitales termini animatorum animaliũ, & sicut intellectualiũ rerũ, ultima intellectualia, & sicut in uirtute ea quæ sunt potentissima, & sicut specificarũ rerũ specifica, atq; omnia alia quæ propriè se habent ad terminandũ unũquodq;, modo illa sint eiusdem generis, cum illis, quorũ termini, & ultima sunt. Cæterũ cõsiderandũ est, ipsum locum sm totũ genus continentis, & determinandum est, per id quo continẽtur, ea quæ sunt in loco, itaq; nemo intelligat continentiã loci, esse quoddam spacium nudum, & uacuum, nam uniuersi spacium, non est uacuum, sed repletum est ipsis speciebus, quatenus species, & omnibꝰ animalibus secũdum suas uitas, & omnibus uirtutibus, secundum eas uirtutes, idem fit in alÿs similiter. Sed intelligendum est, locum ipsum non solum esse locum, ut continentem, & collocantem in seipso ea quę sunt in loco, sed etiam retinẽtem ipsa, secundum unam uirtutem. Nam sic, locus non solũ extrinsecus continebit corpora, sed uniuersa per ipsa uniuersa replebit, excitante ipsa uirtute. Equidem ea quæ ab ipsa uirtute, corpora retinentur, à propria natura excidunt, excitantur tamen secundũ dominium loci, & sic ipsi insunt. Quo circa multorũ opinio, quæ diffinit locum esse terminũ cõtinentis, dicit locum extremũ esse, quatenus id quod continetur, habet dimensionem, & quatenus aduenit ei, ut sit finis cõueniens, unde hæc opinio compræhendens terminũ, secũdum hanc causam, & principiũ non affert aliqua accidentia circa locum, neq; circa ea quæ insunt fini, circa ipsum, sed substantiam totam ipsius & uerissimã causam tradit, unde etiam ex his facile adiscere possumus, quomodo intellectualis animæ sit locus rationum, & specierum, quæ sunt in ipsa, nam patet, ꝙ una ratione, & summatim, multa in seipsa compræhendit, non tanquam alia in alio, sed tanquam eadem in eodem, & sic locus uitalis est, & rationalis. Similiter quoque specierum locus, est una forma omniũ specierum compræhensiua, eadem quoque ratio sit, de ipsa uita & potentia, sicut est de ipso intellectu, & intelligẽtia, nam habitudo apparens in his, est eorum quæ continentur in loco, nam etsi in ipsis rebꝰ in incorporeis, maximè simul esse contenta, cum continentibus nata sunt, tamen nõ confundũt ordinem, qui est uelut diuersorum in diuersis. Vnde inquit Iamblicus, oportet loci naturam extendere ad omnia qualitercũq; entia, tanquam diuersa in diuersis, quę quidem natura non sit æquiuoca, sed secundum ipsam generis rationem, sit nam una est contentorum ad cõtinentiam habitudo, ubiq; eadem, licet uarietur secundum diuersas subsistentias participantium, quandoquidem alia sit in corporibus, & alia in ipsis incorporeis. Item hoc manifestum est, quòd sicut in his quæ uidentur, alia in alÿs continẽtur, ceu solida corpora à subtilioribꝰ elementis, ceu terra, & aqua, ab aere, & igne, & hæc à cœlo continentur, sic etiam in alÿs substantÿs, secundæ à prioribus continentur, & in ipsis ponuntur, quippè mundꝰ in anima, & anima in intellectu contineatur, & idem fit in alÿs similiter. Nã semper principalissima, tenuerũt ordinem antiquissimi loci, quam proprietatem etiam Architas loco assignauit, dicendo. Loco autem proprium est, ut alia sint in ipso, & ipsum in nullum sit. Nam si in aliquo esset locus, locus iterũ esset in altero & hoc infinitũ abiret, utiq; necesse est alia in loco esse, sed ipsum in nullo, sed hoc modo totidem quot sunt entia, quẽadmodũ etiam termini ad terminata. Nam uniuersi locus, est rerum omnium terminus, unde hic Iamblicus plane inquit, ꝙ Architas in his uerbis dicit, ꝙ terminꝰ quorũcũq; terminatorũ est proprietas loci. Nisi forte entia ipsa corpora uocet, de quibꝰ sunt prædicamenta. Sed Iamblicus, hæc ait, quòd non (sicut sermo eius insinuat) est de solo mũdo, sed etiam communiter terminum semper antiquiori causæ tribuemus. Nam sic nobis erit anima totius mũdi, terminꝰ uel intellectus, & huiꝰ una, & unica operatio, quibꝰ superior erit, uelut substantia dei, si locum hoc modo consideremus, quandoquidem sit una forma, & omnia contineat in seipso, & una mensura uniuersa complectaẽ. Idem etiã ex ipso ambitu, syllogismo concludere possumus, nam id quod usque ad supremam causam ambitꝰ, & continentię reducit ad illum diuinũ locũ, nos deducit, qui quidem suÿpsiꝰ est cã, & seipsum compræhendit, & in seipso subsistit, neq; amplꝰ est inseparabilis, cũ subsistentiam rerũ separabilem habeat. Verũ, hæc sunt dogmata intellectualis contemplationis, de loco. Sed nos moderatiꝰ, & exactiꝰ, opportunitatẽ & naturam loci propriè & non metaphoricè dictũ quęrẽ-

tes, dicimus, quòd cũcta ingenerabilia, & indiuisibilia, substantiam, & extensionem unitam sui esse, cum habeant simul in seipsis sunt, & ob id nec tempore, nec loco indigẽt. Equidem sufficit ibi æternitas, quæ in uno manet, omnia efficiens, sed generabilia & diuisibilia cum habeãt substantiam ipsam, & eorum esse prorogationem, indigent tempore, quod quidem non permittit diffundi, neq; confundi, extensionem ipsius esse, sed uelut possibile in ordine, secundũ prius, & posterius, congregat ipsa, & continet, quocirca, neq; ea quæ sunt olim in Troia gesta, cum his quæ nunc fiunt non confunduntur, nec tamen sunt omnino partes inuicem inter se abiunctæ, sed seruant continuationem in ordine adinuicem, sic etiam locus, partes corporum non manentes impartibiles, sed in molem distantes, & cadentes à sua indiuisibilitate simul suscipit, ac simul aptat, & ordinat, atq; ita terminat, ut manus cum pedib⁹ (cum sese penetrẽt, & in eadem mole confundantur) neq; ita abinuicem distrahuntur, ut singula obtineant proprium locum. Porrò duplex est locus, & tempus, alius ẽst connaturalis, & propri⁹ uniuscuiusq;, qui hanc manũ, & hæc uiscera in dextris continet, & alius est locus rerum, in sinistris, & hoc modo caput super collum ponitur, & pedes deorsum, post pudẽda, alius quoq; locus communis est, & alius alio communior. Etenim locus omnium terrestrium est terra, & aer, & hæc pars terræ, et aeris, & magis id quod proximè continet, quem etiam locum Aristo. & Architas assignarunt. Verũtamen proprium unicuiq;, & connaturalem, planè traditũ, inuenire non possumus. At qui tempus (quemadmodũ cõmane) sic etiam proprium assignari potest, quandoquidem etiam motum, sic diuidere possim⁹. Verum locus, communior est his qui est terminus continentis, qui quidem locus non est, eò q̃ simpliciter est terminus, sed quatenus est actiuus, receptiuus, & terminatiuus (ut etiam Iamblicus dixit) nam quæ continent, semper habent actiuam, & contentiuam, ac diffinitiuam potentiam, eorum quæ sunt in ipsis. Sed hæc in præsentia sufficiant.

PRÆDICAMENTVM QVOD Vocant habere, secundum Simplicium.



CVM nobis procedendum sit, ad reliquum prædicamentum, quod habere uocant, rursum de ordine primò quæramus. Nam Architas post substantiam, & ea quæ simul existont cum substantia scilicet post qualitatem, quantitatem, & ad aliquid, consequenter prædicamentũ ipsius habere ponit, dicendo. Post hæc habitudo aduenientiũ succedit. Equidem patet, q̃ etiam qualiscũq; fuerit à casu, quorũdam aduenientium & acquisitorum possessio, sub hoc prædicamẽto habendi collocatur. Nam post habitudinem adequatã, eorum adinuicem, existimauit, non dinumerandam esse habitudinem eorum, quæ habentur, quasi hæc illi sit cognata. Verum Aristo. cum existimet omne ea seipso prius esse, q̃ illud quod extrinsecus aduenit & acquiritur, quoniam oĩa alia genera uel in substantia uel in habitudinibus quibusdam à seipsis sint, partem quandam ad esse conferunt, sed ipsum habere extrinsecus totum & adueniẽs circa nos sit, quo circa ultimo loco Aristo. posuit ipsum. Item quod multipliciter ipsum habere dicatur, maximè patet, ac longè magis quam ipsum ubi, & quando. Nam illa etiam dicebantur multipliciter, ceu de loco, & de his quæ sunt in loco, ac de tempore, & de illo quòd est in tempore, itaq; hoc exhibet occasionem, & causam, cur in calce prædicamentorũ positum sit, patet etiam q̃ ipsum habere quãuis multipliciter dicatur, tamen non est genus æquiuocum, sed separatum ab æquiuocatione. Item Architas in assignationibus propriorum, ipsum prædicamentum habendi, non ordinauit post ipsum ad aliquid, sed post ipsum facere, & pati, assignans eidem septimum locum in ordine. Et fortè per hoc insinuat, q̃ quãuis genera habeãt aliquem ordinem, quem in libro de ordine tradidit, tamen extrema aliquo modo indifferenter se habent, secundum ordinem principalem, & generalem omnium existentium. Sed de ordine, totidem sufficiũt. Cæterum naturam ipsi⁹ habere, optime Architas tradidit, dicens. Proprium ipsius prædicamenti habẽdi, est ipsum acquisibile, & separatũ à substantia, & est corporale. Nam uestimentũ, & calceamẽta, diuersa sunt, ab ipso habente, neq; congenita sunt ipsi, neq; etiam sunt accidentia eius, sicut oculorum uarietas & raritas, nam unũquodq; eorum est incorporeũ, sed sunt, sicut corpus, & acquisitum. Nam acquisiti cuiusdam, & separati à substantia, non disponentis ipsam secũdum se, neq; denominantis ipsam, sed circũpositi participatio, est proprium ipsi prædicamẽto habendi, & certè corporale est, sed non accidens, q̃a neq; est connaturale, neq; alteratiuum, ipsius habentis, quare habere non dicetur esse secũdum qualitatem, neq; secũdũ quantitatem, neq; secundum habitudinem, uel actionem, aut passionem, dicetur esse genus. neq; ut pars, quandoquidẽ partes cum toto simul natæ sint, sed si aliquod corpus aduenienis, tanquam alteri alterum circũponuntur, hoc cõpræhensum erit in prædicamento ipsius habendi, quo circa neque possessiones, aut municipia, aut amicos, uel patres, uel filios, secundum hoc genus dicemur habere, quia hæc non consistũt in circũpositione, quãuis possessiones sint acq̃sitæ, unde Plato in Theæteto ipsum habere, ab ipso possedisse, planè distinxit Socra. haud sane possidere, idẽ q̃ habere tibi uidetur, ceu si quis ueste empta, illam seruans, & potens suo arbitratu uti, non ferat illam habere minime, sed possidere certè fatemur, uide igitur, utrũ fieri possit, ut qui scientiam similiter possideat, non habeat, quemadmodum si quis siluestres aues, siue columbas, siue quãuis aliam aucupat⁹, à uiario domi constructo nutriat, quodammodo illas habere semper dicetur, q̃a possidet, quodammodo non habere, sed dominari ipsis, quãdoquidem in domestico ambitu, illas incluserit, ut quoties uelit capere, possit, atq; habere ad uotum quamlibet, & dimittere. Quare secũdũ Platonem, etiam habere tum fit, quando habens tenebit id q̃d habetur, ceu quando tenet colũbam, sicut quando circumponit annulus, tunc dicitur haberi, & non est absoluta operatio, neq; est simpliciter ad aliud, sed est acq̃sitio ad aliud ĩ seipso, multo semota à cæteris alijs omnibus prædicamentis. Deinceps etiam apparet, quomodo ipsum uerũ gen⁹ habendi, differat ab omni alio habere, q̃ æquiuocè dicitur. Nã habere, habitũ, uel qualitatem, uel quantitatem, in ipso cõtinetur, nam hæc sunt incorporea, neq; agrum habere, uel filium possidere, in hoc genere continentur. Nam hæc sunt possessiones, sed nõ extrinsecus circũpositæ, uel nõ extrinsecus continẽt. Vnde ipsum habere, uidetur esse mediũ quodammodo inter ipsum possidere, & illud quod disponitur, secundum habitũ, quaten⁹ habetur, sicut albedo ab extrinsecis possessionibus differt, quæ non circumponuntur, sed quatenus habere est de numero corporalium, & deforis aduenit, sic ab his quæ accidũt nobis separatur, cũ talia sint connaturalia, & non acquisibilia. Talis igitur est proprietas ipsius habendi, & sic separatur ab his quæ æquiuocè dicuntur. Cæterum, cũ oporteat huius generis etiam tradere differentias specificas, sicut in alijs prædicamẽtis Arist. fecit, sic etiam idem persequi tentemus. Dicitur autem multipliciter, & propter hoc obseruandũ est, ne in aliquod aliud significatum ob ignorantiam proprij significati, proficiscamur. Nam ipse Architas, etiam multas significationes differentiarum specificarum enumerat, dicendo. Habere aũt, differentias plures specierũ, non suscipit. Verũ dicitur multipliciter, nam scientes dicũtur habere scientiam, & intelligẽtes intelligentiam, & possidentes possessionem, & Aristo. etiam in fine huius libri, enumerando plures modos ipsius habere, & non differentias, secũdũ speciem, tradit multas illius significationes. Item Iamblicus, nitiẽ hæc etiam secũdum species distinguere, secũdum hoc solum significatum ipsius habere, assignat differẽtias. Equidem inquit sunt nõnulla ipsius habere corpori, partialiter circumposita, ut annulus circa digitũ, & quædã uniuerso corpori, ut uestimẽta. Item

ta. Item sunt organa, instrumentaq́; defensiua, ut arma, quę quidem ante corpus poni solent, aliqua uerò sunt, quæ exhibent ipsi corpori quoddam ornamentum, & quędã alterius opportunitatis gratia ponũtur. Item possunt diuidi differentiæ ipsius habere (ut ait) secundum habitudines circa uitam, ceu ea quę ad pacem, & ea quę ad bellum sunt opportuna, ut ornamenta, & arma, & ea quę secundum electionem nobis circũponuntur, ut uestimenta, & arma, & quædam sine electione, & inuitis, nobis, ut uincula, & quędam tenemus ut lanceam, & baculum, & à quibusdam tenemur, ut à calciamentis, quędam etiam nobis aduentunt, per studium, uel sine aliquo negocio, quæ sunt in ipso prædicamento habendi. Has igitur specificas differentias, ipsi⁹ habere, Iamblicus enumerauit. Verum animaduertendum est, ne fortè plurima istorum non significent differẽtias ipsius habere, sed potius differentias ipsius habentis, & eius quod habetur, & modorũ habendi, nam si totum, uel pars, est id quod habet, & libenter, & inuitis nobis, ac sine studio, uel cũ studio, ac ornamenta, uel defensiua, aut illud q͞d ad pacem, uel ad bellum attinet, non indicat differentiam ipsi⁹ habere, sed eius ꝙ habens retinet, pro tempore, uel occasione dum ea obtinet. Porrò tenere, uel teneri, uidetur mihi significare differentiam ipsius habere. Item notat Iamblicus, ex dictis, causam propter quam hoc genus ad pauca extenditur. Nam ea corpora quæ acquirũtur, & circũponũtur corporibus, pauca sunt. Item quia hæc solum considerant inanimatis, ut ostendetur. Deinceps adducendę sunt dubitationes, quæ fiunt contra hoc genus, nam Plotin⁹ dubitat de ipso habere, dicẽdo, si habere multipliciter dicitur, cur non omnes modi ad prædicamentum reducũtur? ceu quãtum, quia habet magnitudinem, & quale, quia hẽt colorem, & pater, qui habet filium, & filius, qui habet patrẽ, & quia possessiones sunt. Sed ad hoc dicendum est, ꝙ non potest esse unum prædicamentum, unũ gen⁹ æquiuocorũ, & diuersorum, secundum genus Vnde neq; quantũ in ipso habere est, quia magnitudinem habet, neq; quale, quia colorem habet, nam quale & quantum sunt incorporea, sed hoc prædicamentum, erat eorum corporum, quę circa nos acqrũtur. Præterea, pater licet sit corp⁹, tamen non est circũponibilis, etsi habet habitudinem ad filium, tamen habitudo est in corpore. Verum Nicostratus, dãnat Iamblicum, dicendo cur nõ posuisti octo significata ipsi⁹ habere, quæ quidem ĩ fine libri enumerasti, & nõ distinxisti ea quę sunt ab hoc prædicamento diuersa, quod quidem faciũt illi, qui diuidũt uocem multarum significationum? Nã ignoramus nunc, quorum enumeratorum hoc genus sit. Nam siqs examinet, nullum oppositorum significat ipsum habere, ut genus. Sed ponantur ea quæ in calce Aristo. posuit, quæ sic se habent. Habere secundũ plures modos dicitur, aut enim uelut habitum, & dispositionem, uel aliquam aliam qualitatem, habere dicimur. Nam dicimur habere scientiam, & uirtutem, uel ut quantum, ceu quando cõtingit, ut aliquis habeat magnitudinem, nam dicitũr tricubitus, uel dicimus habere ea quæ sunt circa corpus, ut uestimentũ uel tunicam, uel ut in parte, ceu in manu annulũ, uel ceu partem, ut pedem, uel manum, aut uelut in uase, ceu modius tritici, uel ut possessionem. Nam dicim⁹ habere agrum, & domũ. Item dicimus habere uxorem, & uxor dicitur habere uirũ, tamen is modus uidetur esse alienissimus, ab ipso habere. Nam nihil aliud significamus per hoc scilicet habens uxorem, quam ꝙ una habitem⁹. Vnde octauũ modum, scilicet habere mulierem, uel uirũ, ipse recusauit, perinde ac ipse nõ tangat illud habere, ꝙ ęquoce dicitur, sed magis significata eius. Sed primus modus qualitatis, perspicu⁹ est. Nam habitũ, & dispositionem habere, nihil aliud significat (ut inqt Nicostratus) si transponamus in illud quod est, quam scientem esse, & esse refertum habitib⁹, quæ quidem conueniũt qualitati. Sed magnitudine habere, & tricubitũ esse, cõpetit quantitati. Tertiũ uerò, quartum, & septimum ipsi⁹ habere significatũ, plane sunt in prædicamento ad aliquid, nam uestimentum habere, & annulum, idem est, ꝙ habere domum & possidere, & sic est de numero eorũ, quæ sunt ad aliquid. Nam possessio possessoris, & ecõtra, possessor possessionis dicitur. Item quintũ significatum scilicet partem habere planè ad aliquid est, siquidem pars ad totum refertur, & aliter erit in prædicamento substantiæ. Quod si transformando dixeris quid est habere pedes, & manus? respondebis exacto responso, quãuis in consueto pedatum esse, & manuatũ esse communiter substãtiatum esse, quod quidem est uere existens. Vnde dialecticis non est cura de consuetudine, sicut de ueritate. Peccauit ergo (ut inquit Nicostratus) non distinguendo alia significata, ut scirem⁹ quale esset prædicamentum ipsius habere. Sed hoc igitur respondet Iamblicus, quòd ob id in calce distinxit significata ipsi⁹ habere, ut ipse separaret, ab eodem prædicamento. Equidem in principio & in medio, quando de sex generibus simul dixit, per exempla declarauit, nam consuetũ est dialecticis asserere aliquod exemplũ, ut quæ huic nõ sunt similia distinguantur. Nam Accademici diffiniẽtes illud, quod haberi potest, quærentes id quod haberi potest, secũdum significatum ipsius habere, diffiniunt, quoniã tradũt ipsum habere dici multipliciter, & etiam Aristo. distinxit. Ad hæc igitur exemplum afferebant, dicentes habile esse, id q͞d sic potest haberi, prudentia habetur à prudente, & sic faciebant descriptionem per exempla, & simul separabant aliena significata, ipsius habere. Aristo. uerò, cũ existime tale genus habendi, dici multipliciter, ceu est armatum, & indutum esse, per exemplum exclusit omnem aliã multitudinem, quæ æquiuoce dicitur. Nam separatur à possessionibus, quandoqdem illas non circumponimus. Item separatur ab habitibus, & à qualitate, quãdoquidem hęc accident, & simul sint incorporea. Item separatur ab his, quę habentur ut partes, qa illa sunt connaturalia, hæc aũt acquisita. Item distinguitur ab his quæ sunt ut possessiones, q̃a hęc sunt oĩno extrinseca, & nõ circũposita. Itẽ separatᵣ ab his q̃ sunt ĩ uase, qa illa simplr̃ ponunᵣ, ut in loco, itaq; tertiũ & quartũ significatũ. s. uestimentũ habere, in toto corpe, & annulũ in tpe sola, sunt enumerãda inter prædicata ipsius habere, & constat quia facile hæc conspici poterũt propter similitudinem ad armatũ esse, & indutum esse, quæ qdem exempla ipsius prædicamenti habendi Aristo. prius posuit, itaq; Nicostratus temere accusat dicta Iamblici, & Arist. perinde ac non distinguat in significatis ipsius habẽdi, id quo statuendũ est ipsum gen⁹ habere. Nisi fortè quia Aristo. non apposuit tertiũ, & quartũ modũ, qa hæc sunt secundum gen⁹, sed alia extra abijcienda sunt, quocirca cũ non sint tales oppositiones consuetæ breuitati Arist. meritò quando in medio prædicamenti significata posuit, id fecit (ut existimo) ad exercitium eorum, qui diligenter librũ essent lecturi. Nicostratus uerò tertiũ, & quartũ modum, reducendo ad prædicamẽtũ ad aliqd, occultat ueritatem, nam etsi uestimenta, annulus, sint possessiones, tamen penes circũpositionem, & penes haberi trahẽtes possessiones, ab alĳs possessionib⁹ (ut etiam Platoni uidetᵣ) euadũt in numerũ eorũ, quæ sunt in p̃dicamento habere. Sed inqt Plotinus, si corporalia dicim⁹ habere circa corp⁹, & incorporea aliud prædicamentũ non efficiũt, cur etiam prædicamento actionis, cũ magna sit differentia, non aliud prædicamentum constituitur secũdum ipsum incidere, & aliud secundum uri, uel secũdum urere, aut secũdum desidere & abĳcere? Nisi ipsi⁹ facere, una sit actio, & unam rationem habeat, ac nulla indigeat susceptione diuersa, suscipientiũ facere, nam incidens, & urens, & id genus, non differunt secũdũ ipsum facere, proinde cũ prædicamentũ ipsius habere, habeat totam proprietatem in hoc, quia nõ est incorporeum, & quòd corpus circũponitur, sic est unũ prędicamẽtum habendi. Item non ẽ quauis habitudine designaᵣ, sed ex ea quæ ad aliud in ipsum propriè cõsideratur. Atq adhuc instat, ꝙ si circũpositũ uestimentũ aliud prædicamentum efficit, cur etiam non cooperimentũ lecti, non efficiet aliud prædicamentum? Nisi uestimentum, & cooperimentum ipsi⁹ lecti, ponatur in prædicamento ipsius poni, uel in

prædicamento loci, nam lectua ipſi habere nullam rationẽ exhibet, nam habitum & expanſionem corporum acquiſi eorum quandam ſignificat, ipſius habere prædicamentũ. Quod ſi hoc uerum eſt, ipſum habere ſolum uerificatur in ipſis animatis, quare ſi idolum circũponeretur ornatu (cũ ſit inanimatum) non diceretur habere idolum, ſed poni ornatus in idolo. ſed aliquid conſideretur ut animatum, ſecũdum relationem ad animatum, profectò diceretur illud habere ornatum. Sed iterum inquit, ꝙ ſi ipſum habere deſignaretur ſecundum diſtinctionem, reduceretur ad habitum, & conſequenter ad qualitatem, quia habitus eſt in qualitate, niſi habitus hic æquiuocè accipiatur, nam habitus ille eſt corporum continentia, ſed iſte eſt extẽſio corporũ acqſi eorum. Item habitus ipſius habere, per operationem habentium adueniunt, ſed habitus qualitatum, non adueniũt per actionem participantium, & recipientium. Item differunt penes ea quæ habentur, quia ea ſunt incorporea, hæc uerò corporea. Item differũt penes habentia, quia illi in ſubſtantia ſunt, iſti uerò circa ſubſtantiam deforis adueniunt. Item inſtat dicendo, ꝙ ſi qualitatem habere dicendum non eſt, quia eſt qualitas, neq; quantitatem habere, quia eſt in quãtitate, neq; partes habere, quia ſunt in ſubſtantia, cur oportuit arma habere alterius prædicamenti dici, quãdoquidem arma ſint in ſubſtantia, in qua ſunt. Niſi quia arma, uel calciamenta ſecundum ſe dicta, non ſunt in prædicamento habere, neq; poſſeſſio ipſorum, ſi quis poſſederit ea, & eiſdem non utetur, ſed extenſio ipſorum, & habitus, quo dicimur ipſa habere, conſtituit prædicamenta hic. Itẽ aliud eſt qualitatem, & quantitatem habere, & aliud eſt arma & calciamenta habere, quandoquidem illud ſit habitus incorporeorum, iſtud uerò corporalium, ac ea quæ habentur alteratiua ſunt, & participantur à participantibus, hęc uerò ſolum circũponuntur. Rurſum inſtat, quomodo hoc genus poſſit eſſe, cum ſit in paucis. Niſi quia hoc genus, in extremis & circa corpora, & incorporib⁹ cõſiſtit, & ob id in paucis cõfertur, ſed ob id eſſe genus negandum nõ eſt, nam phœnix etiam, cum ſit una, totam ſpeciem habet in ſeipſa. Sed cur non copulauit ſermonem de ipſo habere, cæteris prædicamentis, ſed quaſi ex repetitione poſt ſermonem de oppoſitis, ac de his quæ ſimul, & de motu ſermonem de ipſo habere fecit? Niſi quia cum uellit ſermonem de prædicamentis complere, quoniam mentionem fecit de quibuſdam obiter, idcirco illa diligenter tractat, & cum ultimum ſit prædicamentum ipſius habere, meritò Ariſto. animaduertens ordinem equiuocationis, ipſius habere, ultimas poſuit, tribuendo non ſolum ipſis prædicamentis, conuenientem ordinem, ſed etiam his quæ extrinſecus poſtponuntur, & diligenter eũdem ordinem aſſignauit. Sed iterum inſtat, abſurdum eſſe reprobare dictum conſuetum, quo dicim⁹ nos habere uxorem. At nos dicimus, ꝙ ſi mentionem non feciſſet de illo, abſurdum fuiſſet, cũ nouiſſet illud eſſe in uſu, itaque cum de ipſo mentionem fecerit, & ſeparauerit, munus dialectici exercuit, ad quem maximè ſpectat iudicium ueritatis indagare, ac exhibere. Hæc igitur contra dubitationes dicta ſint. Cæterum Ariſt. diligentius in quinto metaphy. ſignificata ipſius habere tractauit, nam ibi inquit, ꝙ habere dicitur multipliciter, nam ſecundum naturam in ipſo, & motum, & uniuerſaliter in quo eſt principium motus, eius quod habet aliquid dicitur habere, ceu tyrannus habet ciuitatem, & febris habet aliquẽ, uel tuſſis ſimiliter e cõtrario quia ciuitas dicitur habere tyrannum, & uniuerſaliter principem, & malus gubernatorem, & puer pedagogum, hæc igitur ſic habere dicuntur, quia uel agitur ſecũdum quod in ſeipſo habet principium, uel agitur, & ducitur, ſecundum id quod eſt in illa, & hoc modo eſt in prædicamento agendi, uel patiendi. Item alio modo dicitur materia habere formam, uelut æs, uel cera habet figuram, & corpus ſanitatẽ, uel colorem, & Socrates iuſtitiam, uel temperantiam, nam uniuerſaliter ſuſceptiuum multipliciter dicitur, uno quidẽ modo, ut dictum eſt, materia formæ, alio autem modo, ut in uaſe, ſicut amphora habere uinũ dicitur, et urceus oleũ, & balneum turbam, & hæc partim ſunt prædicamẽti qualitati, & partim ubi. Equidem agrum habere, & intellectũ, uidetur differenter dici. Dicitur nãq; ſecundum primũ modum ipſius habendi, quandoquidẽ ipſum habere dicamur, quia dominamur uſui noſtro, ſecundum noſtram uoluntatem. Item alio modo dicimur habere partes, ceu manum, et caput, ac arbores, & radices, dicimur, & mulierem habere patrem, cognatos, & fratres, quãuis quædam horum cadant ſub primo modo, nam uir habet mulierem, quia ducit principium ſecundum id quod eſt in ſeipſo, & mulier habet uirum, quia ducitur ſecundum id quod eſt in altero, & horum quædam ad ſubſtantiam, & quædam ad facere, & pati, reducentur. Equidem aliquis dicitur habere opera, quæ operatur, & cũ ipſis eſt. Item rationem habere dicitur, quia curat, & non perpendit ipſam, quæ omnia profectò in prędicamento ipſius agere ponuntur, ſed calciamenta, & ueſtimenta, tanquam poſſeſſionem dicimur habere, & tanquã quod induamur, & calciamur, & hæc ſunt ex habitu, ſub prædicamento ipſi⁹ habere. Vnde habitus etiam multipliciter dicitur, unus eſt, quia coniũgitur cum ipſo habere, ſicut acceptio coniungitur cum ipſo accipere, ſicut igitur nõ accipimus acceptione, ita nec habitum habemus, alioquin in infinitum procedet. Alius quoq; eſt habitus, qui diſpoſitio permanens appellatur, ſicut dicimus uirtutem eſſe habitũ, & artifices habitibus repletos eſſe. Verum hi differunt inter ſe, hunc nos habemus, & alterum non habemus. Deinde differunt, quia hic intenſionem recipit, nam fieri poteſt, ut qui habet habitum, ſtudio euadat habitib⁹ cumulatior. Alter uero non recipit intenſionem, nam qui habent aliqd, non magis & minus habent. Item alteri habit⁹ opponitur, ut uirtuti malitia, & alteri non habitus, ſed priuatio. Præterea ipſum habere, uidebitur eſſe contrarium ipſi haberi, & ſic alterum prædicamentum erit, ſicut etiam facere, & pati, erant duo prædicamenta. Verum ſciẽdum eſt, ꝙ cum ipſum habere dicatur communiter, & huius ſit quoddam habere ſpecificum, & haberi quod commune eſt prędicamentum, ad quod etiam ipſa habere ſpecifica dicuntur, ue lodatum eſſe, unde etiam haberi æquiuoce dicitur, nam induitur homo, & ueſtimentum, ſed etiam hoc dicendum eſt, ꝙ habere in quibuſdam æquiuoce dicitur ad ipſum feciſſe, nam calciatum eſſe, ſignificat habere calciamẽta, & accepiſſe quodquidem eſt terminatiuũ eius, quod eſt calciatum eſſe, unde opponitur ipſi habere priuatio, uelut nudum nõ calciatum, non armatũ. Nam tunc priuatum eſſe, dicitur, quando non habet id quod natum eſt habere. Porrò etiam Architas accipiendo ipſum habere, ſimpliciter noluit ipſum diuidere, & illud habere, quod eſt ſimpliciter proprium habere, reddidit, in prædicamento habere deſcribendo, ſicut declarauimus. Boethus uerò aduerſatur Stoicis, uolentib⁹ ipſum habere referre ad id quod eſt aliqualiter ſe habere, et dicit, ꝙ exiſtimandum eſt ipſum habere, aliqualiter non eſſe reducendum ad ipſum ad aliquid, ſed eſſe propriũ prædicamentum, quandoquidem habeat proprium eſſe habitudinale, proinde dicit habitudinem maxime ęquiuocè, & tripliciter dicitur, una eſt illius quod eſt in ſeipſo, & ſecundũ ſe, alia eſt alicuius ad alterum, & tertia alterius ad ſeipſum, illa igitur quæ eſt alicui⁹ in ſeipſo, conſideratur ſecundum aliqualiter habẽtem, ceu id quod proijcitur. Nam ibi eſt habitudo ipſi⁹, ad ſeipſum, ſed illa quæ eſt alicuius ad alterũ, competit ipſis ad aliquid. Nam pater, & dexter dicitur ſecundum habitudinem nũc ipſius, uel alicuius à ſeipſo, ſed ſecũdum habitudinem ſuijpſius ad alterum, tertia uerò habitudo quæ alterius ad ſeipſum, ceu armati, & calciati, habitudo, ubi eſt habitudo alteri⁹ ad ſeipſum, quandoquidem ibi ſit habitudo armorũ, ad armatũ, & calceorũ, ad calciatũ. Item Boethus inquit, fortè ipſi⁹ habere ſignificata ſunt, unũ quod æquiualet ipſi habere, quoquodcũq; dicitũ haberi, ſiue ſit aliqua pars, ſiue regio, quodquidem etiã forſitan ab ipſa dictione ſecundum ſe propoſita, ſignificatur, atque alia plura ſunt in conſtructione, nam ager prius ordinat⁹, uel pater, aut pars, differentiam efficit, ſub qua ſignifi-

çatione

cationeinquit, aliam esse ipsius quæ propriè ordinatur secundũ id, quo aliquid alteri dominatur. Si igitur prædicamentum hoc aliquis posuerit iuxta primum significatum, is profectò deducet sapere, temperare, agere, & sanare, ad hoc prædicamentum. Nam habere prudentiam, est sapere. Verum ab hoc excludetur prædicamentum agendi, & patiendi. Item distinguetur à prædicamento ad aliqd, nã qui possidet ad aliquid est, sed acquisiuisse est in prædicamento ipsiꝰ habere, idcirco pater est ad aliquid, & est pater, qa filium habet. Item si prædicamentum ponitur secũdũ alia significata ipsiꝰ habendi, ad alia prædicamenta reducẽtur, sed quæcũq; penes dominium alicuius acquisiti, se habuerit, ad hoc solũ prædicamentum reducetur, itaq; hæc Boeshi uiri generosi dicta, sint hoc modi narrata. Deinceps si aliquis uoluerit facere sic diuisionem, distinguendi generis, hunc in modũ dicat Quæ sic habentur, uel secundum bellum habentur, uel in pace, & eorũ quæ habentur secundũ bellum, alia sunt circũposita, alia uerò obtenta, & utriusq; modi, aliqua sunt cõseruatiua (ut lorica circũposita, & scutum obtentum) & quædam sunt defensiua, ut gladius accinctus, & lancea extenta. Item eorum quæ in pace habentur, alia gratia ornatus penes diuersas corporis partes habentur, ut diadema, monilia colli, & annulus, quædam protectionis gratia, & horum alia circa totum corpus (ut uestimentum) & quædam circa partem, ut calciamẽtũ, & quędã ut instrumenta habent, ceu securis, & gubernaculũ, ac baculus, similr quædam alia habẽtur ut possessiones, sicut argentum, uel aliquid aliud, quod habere dicimur. Existimo, quoq;, qood qui habet secũdũ electionem quicqd habere oportere, quocirca secundum significatũ generis, inanimata nõ dicũtur habere. Deinde post artificialem sermonem, de ipso habere, Iamblicus subdit cõtemplationem intellectualem de ipso, et primò quęrit unde ipsum subsistat, & quam habeat in singulis rebꝰ opportunitatem. Et inqt, q multa quæ sunt in uniuerso, non simul inuicem existũt, neq; inuicem coaptantur, sed potentia inest singulis, ut alia ab alijs uicissim aliquam utilitatem accipiant. Cum igitur uniuersi natura, condiderit ea quæ acquiruntur, & horum alia alijs aduenitũt, ut applicatio fiat, eorũ etiam quæ longe inter se separata sunt, atq; ut possit esse eorum acquisitio, quæ nondum adsunt, & ꝓspicua sunt, nam eam aptitudinem, quæ in generatione multorũ existit, scdm se tãquam extremam diuisionem non oportebat expertem ipsiꝰ pœnitus à participatione deficere, igitur quandam acqsitionẽ simul diuidit, in ualitudinem ad obtinenda proficua, & in ea habilia quæ seipsa promptè exhibent ad recipiendũ ipsa, sed multo prius ante naturam uniuersi prima causa dirigit ea quæ fiunt, simul aptando possessiones propriè cõuenientes habentibus, ut eisdem conuenienter utatur, atque excitando habentes ad usum ipsum, itaque hoc genus tale opportunitatem ipsi uniuerso exhibet, quodqdem ad sufficientiam eorum quæ indigent, & motionem possibilem & procedens, ad ea entia quæ omnino distant, hoc genus confert. Equidem (ut ait Iamblicus) totam ipsiꝰ naturam, non oportet subsistere in nobis, & in nostro corpore, nam in angustum recluderetur, & coarctaref. Item superiꝰ circa aiam nostram, & naturam secundũ esse acquisibile, & non cõnaturales affectiones, ipsum habere cõsiderãdũ est, quandoquidem connaturaliũ accidentia corporũ, non circumponantur corpori. Item cũ anima habeat multiformes potentias, non erunt aliquæ uitæ acqsibiles, quæ partim sint cõnaturales, & partim in ipsis partibꝰ eiusdẽ sunt semissiores. Vnde inquit uidebit utiq; aliquis id qđ dico, et etiam ab his quæ uidentur, apparent. Nam si anima descendens in corpꝰ, quasdam uitas circa seipsam quasi acqsibilea affert, & alias à corpore suscipit, præsertim quæcunq; in immutatione, & elongatione cõsiderantur, unde aliquo modo non dicetur has habere, sed in singulas partes mundi deueniens, quasdam uitas, & potentias recipit, has quidem afferendo, & has à mundo accipiendo, quæ etiam in qualibet parte mũdi, corpora conuenĩẽtia exhibet, & eorum quædam à mundo accipit, & quædam facit esse organa, secundum proprias rationes. Item has potentias, & uitas, & corpora, deponit, quãdo translata fuerint ad aliam statum, itaq; ex his manifestum est, q hæc oĩa erãt acquisibilia ab eadem, & habebant ipsa tanquam diuersa, & alterius substantiæ, nam simul (sicut mixta corpora) cum ipsis non nascebatur, sed simplex existens, secundum se habebat ipsa circũposita, similiter etiã & in natura uniuersi fit, quãdo scdm suas rationes continet multa generata ab ipsa, & horum quædam habet quasi acquisita entia, ipsa autẽ manet eadem existens, & circa ea discurrens, quę in ipsa sunt, & nihil dimittendo, non cessat corpora, et animalia, et plantas perficere, quo pacto circa naturam uniuersi, habere acquisibilia oĩa considerabitur, modo hęc non sint accidentia, neq; connaturalia in seipso cõpræhẽdat, his itaq; in toto mundo dispositis, consideratur nũc dictꝰ habitꝰ, quatenus competit intellectioni secundũ oẽs uitas ipsiꝰ uniuersi, & scdm aias, elementa & natura ipsius, atq; secũdum ea, quæ ab ipsis communiter constituuntur, nam cum totꝰ mũdus sit perfectꝰ, ex partibꝰ perfectis, completus, oia in seipso plena habet, & nullꝰ est expers, quod sibi confert, idq; siue connaturalia sint, his participat, siue acqsibilia, & hęc acquirit, siue etiam simul utrũq; hæc continet, sicut terra habet animalia, in seipsa, aliquando facta, aliquando corrupta. Igiť dices aialia ab ipsa terra sunt acqsibilia, & participationem quandam ipsi exhibent, & rursum decedẽtia ab ipsa, & terra tenet ipsa, ut uidere licet, similr etiam mare cõpræhendit omnia animalia marina, quod si in nobis, & deforis circumponũtur habilia, & in uniuerso magis intrinseca contenta, sic habenť, & hoc modo etiam non absoluũtur, à partibili, & à tota natura, nam nostra corpora (cum sint partibilia) deforis habent corpora habilia, sed uniuersum cũ sit perfectum, & nihilo extrinsecus egeat, in seipso cõtinet suscepta, & intra seipsum undiq; compræhendit. Item cœlũ quatuor elemẽta in seipso complectitur, quo fit ut alio modo sphæras, & astra, in seipso habet, atq; cõpræhendit aialia in quatuor elementis existentia, & quatuor elementa in seipso continet, & uniuersaliter cõtinẽtia, semper habent contenta. Nam distincta sunt, ac dispartita per singula, & ordinata quæ sunt in mũdo, siue superiora, siue antiquiora, semper compræhendũt inferiora, & sic à principio genus ipsiꝰ habere, ꝓductum est, quocirca mũdus nũc totus est, cum habeat ea quæ replent ipsum. Item quæcũq; alia generatio, quæ in ipso mundo fit, erit eiꝰ habitꝰ, alio & alio modo propter transmutationem eorũ, quæ producuntur in ipso, quandoqdem etiam uirtutes quę sunt in uniuerso, siue demonũ, siue diuinę sint, hñt partes mũdi ipsis circũpositas, & hoc fit sine interpolatione in uniuerso, cum partes mundi sint distributę secũdũ gradꝰ demonũ uirium, uel diuinarũ actionum, & sic omnia erant ipso habere plena. Item, si uitæ sunt uniuersi partes, habent partes mũdi circũpositas, & hæ non sunt cõnaturales ad ipsas, sed tanquam extrinsecus ipsis aduenientes, quo pacto itaq; omnia hæc ordinabũtur in ipso habere? Item quãuis cõmune animal habeat minores partes circa seipsum, et minora animalia in seipso compræhensa, tamen etiam scdm hũc modũ, omnis talis coordinatio, in ipso habere ordinabitur. Hæc igitur uerè intellectualiter cõtemplatiuè, speculatꝰ est Iamblicꝰ. Sed audeamꝰ eiꝰ dictis aduersari, quoniam fortè etiam ipsi placebit non suscipere ea quæ dicũtur, & quæ de opportunitate ipsiꝰ habere dicta sunt, non sine diligenti perscrutatione, quæ uidentur mihi dicta esse, ideo diuinaꝰ (ut digna sunt) exquisitione, & exploratu perscrutemur, ut quomodo uitę ab anima proficiscantur, & (quomodo ipse inquit) aiam habere sibi uirtutem inditam (quandoquidem etiã ipsa fertur) & quæ habent esse corpora, & ea quæ sunt in prędicamento habere uersari circa corpora, item quomodo inqt quæ fiũt à tota natura ab eadem haberi, quandoquidem idem non sit esse secundum causam, & habens secundũ genus ipsiꝰ habere? Item magis dubito, quomodo totum mũdum secũdum omnes uitas ac elementa, ac naturas intelle-

ctum ipsis participare inquit, siue generalia sint hæc, siue acquirenda obtineat ipsa. Nam primo secūdum uitas, hęc haberi non possunt, siquidem incorporeæ sunt uitæ, & corpora sint ea quæ habētur. Deinde cum qualibet partes uniuersi, sint connaturales, ergo non habentur ut ipse statuit, quod si & quæ in terra nascuntur, & quæ alijs animalib9 elementa, siue germina, siue ut partes uniuersæ considerentur, siue ut germina, nō dicentur haberi ab eadem. Itē quō cœlum sphęras suas habet. Nisi eas sub eo partes habeat, nam hæ sunt cōnaturales ei, & nō acqsitę. Item quomodo animal commune minora animalia in seipso compræhendit, nisi uelut partes, & uelut germina, & producta habeat. Hoc modo itaq; aliquis instabit, & alia posset adducere, quæ sibi in promptu essent. Sed existimo dici posse, q acquisitum esse oportet, certe separatum esse à substantia illius quod habetur, sed non corp9 esse, sed corporale. Nam etiam Archicas tale acquisitum, non dixit esse corpus, sed corporale, quia hoc est acquisitum, & separatum, nam incorporea perfectè simul nascūtur, itaq; corporalis uita, est separata à substantia animæ, & acquisita est hoc modo, ut non alteret ipsam, neq; efficiat unū aliquid cum ipso, & sic dicetur ab ipsa haberi, si uerò alteratiua aliqua uita æterna, effectiua totius substantiæ, hæc certè non dicetur. Equidē uniuersorum partes, ceu connata non habebunt, sed uelut acquisita, & separata & toti adiuncta, sic meritò dicuntur haberi, nā partes illorum non sic indiuisibiliter sunt naturaliter copulatæ, sicut in nobis, sicut fœtus germina, neq; sic abstracta sunt, sicut uestimenta sunt. Sed hæc alias latius inquirenda sunt.

Finis Sex Principiorum ipsius Simplicij.

INCIPIVNT POSTPRÆDICAMENTA Ab eodem exposita.



VM sermo de decem prædicamentis absolutus sit, Architas adiecit, q subsistētia aliorum prædicamentorum excepta substantia, circa indiuiduum, & circa sensibile, & nō circa uniuersale, & intelligibile, consideratur. Scribit ergo hunc in modū. Quoniam significantia, & significata finem habent, quibus aliquando homo, utendo perfectam sermonum coordinationem absoluit, dictis adijciat, q cōgruitatem horum omnium non homo, sed aliquis homo recipit. Etenim quale necessarium, & rursus quantum, & ad aliquid aliter se habere, & ubi, & agere, & pati, poni & habere, & in loco esse, & quando aliquis homo recipit, sed ipse homo qui primam significationem recipit dico, scilicet quod quid est, secundum ideam, neq; qualis est, neq; quātus, nec quando, nec faciens aliquid, uel patiens, neq; positus, neq; habens aliquid, neq; est in loco, & quando, nam hæc omnia sunt naturalis substātiæ, & corporalis accidentia, sed non intellectualis, immobilis, & impartibilis. Deinde pauca dicendo, de comparatiōe simplicium uocū, quæ quidem Aristo. in libro de interpretatione tractauit, & in fine diuisionem generum, tanquam in decem principija, & definitis scientia substantijs, & ob id numero determinato, & toto numero, eas esse ostendit. Aristo. uerò post prædicamenta inquirit ea, quæ conuenienter se habēt ad ipsa, ut hoc modo scientiam magis collocamus. Hæc uerò sunt ipsa opposita, pri9 & posterius, simul species motus, et æquiuocatio ipsius habere, sed communiter de ipsis primo inquirendum est, quare hæc apponūtur in calce prædicamentorum, et quam opportunitatem habeant quidam enī (ut Andronicus) aiunt hæc opposita esse præter intentionem libri, ab aliquo conscripta, qui hunc librum prædicamentorum inscripsit, ante topica, qui certè nō intelligunt quam prædicta sint opportuna, non solum facultati de locis argumentorum, sed etiam quantum conferant sermoni, de prædicamentis. Proinde alij (ut Porphyrio placet) hæc speculata plurimum conferre, ad explanationem eorū quæ dicta sunt, quia Aristo. à principio accepit ea nomina, de quibus mentionem facturus erat in prædicamētis, quę nō erant secundum cōmunes conceptus intellecta, ceu ęquoca, & uniuoca, sed quæcūq; erant in communib9 cōceptibus cōpræhensa, & ampliori explicatione indigebāt, post explicationem prædicamentorum exquisitius declarauit, ne interrumperet libri continuationem, si horum quæ dicēta sunt, explicationem interposuisset. Sed qui hæc dicūt aliquid uerè dicere uidentur, sed totam causam non attingunt, nam multo ante (ut ait Iamblicus) hæc erant opportuna dicta scilicet opposita, & reliqua quibus etiam usus est, nam cum hæc opportuna fuissent, ad prædicamentorū inuentionem, & confirmationem, etiam hæc rectè percipi non poterūt, sine adamussim ipsorū ratioib9, ideo adiecit in calce diffinitiones eorum, & non inordinatē, sed ordinate ipsa exposuit, nam cum in sermone de substantia, & de alijs prædicamentis inquisiuisset, si susciperent contrarietatem, & in ipso prædicamento ad aliquid, si magnum paruo esset contrarium, uel oppositū magis. Proinde cum de ipsis mentionem fecisset, non tractauit quomodo cōtraria ab oppositis differunt, ideo consequenter postquā absoluit prædicamēta, facit sermonem de oppositis, ut discernatur quòd communiter inest, uel non inest, omnibus prædicamentis. Rursum post substantiam, & quantitatem, introducendo naturam ipsi9 ad aliqd. ostendit q partim quędam sunt simul natura, & quædam sunt priora ad alia posteriora, sicut scibile, & sensibile, priora sunt scientiis & sensu, itaq; necessarium est, post opposita naturam ipsius simul ac prioris, & posterioris, declarare. Item cū deinceps disseruerit de ipso facere, & pati, & hæc pędicamenta motum contineant, necessario ad discernēda hæc, tradidit species motus, & tertium ordinem ipsis assignauit, sicut habebunt etiam prædicamenta ordinem. Ultimo distinxit æquiuocationem ipsius habere, qa etiā ultimò de ipso prædicamento mentionem fecit, igitur necessarium est etiam dijudicationem huius afferre, & distinguere seorsum ea quæ multipliciter dicuntur, ne confundamur ab ipsis, quare necessarium fuit Aristo. hæc theoremata assumere, & ordinem ipsorum iuxta ordinem pędicamentorum disponere. Verum hæc opportuna sunt etiā toti dialecticę, & hoc uirtuti antiquorum dignum est, qui istis usi sunt, tanquam his quæ ad multa conferunt. Sed quidem communiter dicta sint. Cæterum de oppositis initium oppositionem faciendo, Iāblicus quærit, unde ipso primo intelleximus, eorum traximus. Forsitan igitur, considerantes animalia, quorum unū alterum interficit, & plantas, sic ipsorum oppositionē cognouimus, aut fortè quia res cum simul non existūt, quatenus non simul existunt, ipsas contrarias existimabim9. Sed pace Iamblici, neq; eò q unū demit alterū, neq; qa aliqua simul non sunt, ob id oppositio introducitur. Nam opposita in quibusdam simul existunt, sicut opposita quæ cōsiderantur in prædicamento ad aliquid. Item neq; est commune quoddam gen9, oppositorum, sicut quibusdam Peripateticis uidetur, sed Arist. accipiendo unam uocem communem oppositorum, & non secundum solam æquiuocationem oppugnantium, & eorum quæ simul non concurrunt, ordinauit, sed etiā de quibusdam quæ simul sunt, licet opposito modo inuicem simul sint, sicut quędam ad aliquid se habent, communem uocem accipit. Nam quando dicimus dimidium ad duplum respicere, tunc nulla habitudo opposita est, unde quāuis quædam contrarietas ibi nō insinuetur, tamen ibi est differentia positionis semper, secūdum quēdam proprium modū oppositionis, quocirca neq; sub uno genere reducuntur alia opposita, quæ tripl'r dicuntur. Item neq; illa quæ sunt æquiuoca, ad aliquid, sed alia tria genera sub unum genus ordinantur, quod uocatur gen9 eorum, quæ simul non sunt, & pugnant adinuicem, nam ea quæ sunt adinuicem, nullum cōmune genus habēt, sed ęquiuoce opponuntur, quæ cōmuniter opponi dicuntur, proinde & Aristo. de oppositis inquit. Quot modis consuetū est opponi. Nam illud quot modis consuetum est opponi,

dixit

dixit pro equiuoco. Verum quidam Peripateticorũ, ipsum oppositum dicebant genus esse, quia communis diffinitio oppositorum, talis assignatur, opposita dicuntur, quęcũq; circa idem simul, & communiter significatum eiusdem rei, & ad idem extrinsecũ inuenta, simul esse non possunt. Sed hoc quatuor speciebus oppositionis, non inest. Nam contraria non possunt eadem simul, & secundum idem esse, neque potest esse album, quatenus album, nigrũ. Item aliqua opposita quæ sunt ad aliqd, simul esse non possunt, ad idẽ comparata, nam fieri non potest, ut idem ad idem sit magis & minus simul, neq; potest esse idem, eiusdem simul dominus, & seruus. Item neq; simul existunt circa idem, quæ se habent secundum habitum, & priuationem, nam fieri non potest, ut idem oculus uisum habeat, & cecitatem. Item affirmatio, cum negatione simul esse non potest, nam si uerũ est dies est, falsum est, dies non est, itaq; si omnibus speciebus oppositorum, diffinitio competit, diuisio eorũ non erit uocis insignificata, sed generis in species, quandoquidem oppositum de ipsis non æquiuocè, sed uniuoce prædicet. Ad hæc etiam Iamblicus sic ait, q; si diffinitio nõ eẽt equiuoca, reuera esset communis ratio, & commune omnibus oppositis, esset hoc non posse circa idem, & ad idem simul existere. Equidem Iamblicus inquit, aliter consideratur in his quæ ad aliquid ipsum oppositum, & aliter in affirmatione, & negatione, & aliter in reliquis speciebus oppositorum, quocirca sermo uerus erat à principio, quo asserebatur opposita esse æquiuoca. Vnde ait, & peccauit Nicostratus, cum oppositionem fecerit ueluti unum quoddã genus oppositorum. Porphyrius uerò ipse ponit oppositum potius esse genus, cuius opinionem sequor, nullam probationem probabilem audiendo, quæ probet æquiuocationem, neq; ipse intellexi aliquam, nisi quia Aristo. dicit. De oppositis autem, quot modis consuetum est opponi. Vnde etsi dixit quot modis, tamen si oppositum esset genus, hũc in modum rectè dici posset, nam siue tres, siue quatuor, haberet species, uerum esset dicere opponi dici tripliciter, uel quadrupliciter, quod idem est cum hoc, quot modis, nam uocem æquiuocã mox non significat, qa dicitur multipl̄r, sed quia multipliciter solum dicitur, & non est, æquiuocam uocem significat. Sed hæc communiter de oppositis disputata sint. Sed iam tempus, ut prosequamur textum Aristo. & eius expositionem faciamus.

INCIPIVNT POST PRAEDICAMENTA

Aristotelis.



E oppositis aũt, quot modis consueuit opponi, dicendum. Dicitur aũt alterum alteri opponi, quadrupliciter, aut ut ad aliquid, aut ut cõtraria, aut ut priuatio, & habitus, aut ut affirmatio, & negatio. Opponitur aũt unũquodq; talium, ut typo dicere, ut quidem quæ aliquid, uelut duplũ dimidio ut autem contraria, uelut malũ bono, ut autem quæ secundũ priuationem, & habitũ, uelut cecitas & uisus, ut autẽ affirmatio, & negatio, uelut sedet, non sedet. Quęcũq; quidem igitur ut ad aliquid opponuntur, ipsa quod sunt oppositorum dicuntur, uel quocũq; aliter ad ipsa, uelut duplum dimidij, ipsum quod est alterius dicitur, alicuius enim dicitur duplum, & scientia scibili, ut aliquid opponitur, & dicitur scientia ipsum quod est scibilis, scibile autem ipsum, quod est ad oppositũ dicitur. s. sciẽtiã, scibile enim aliquo scibile dicitur, scilicet scientia, quæcũq; igitur ut ad aliquid opponuntur, ipsa quod sunt oppositorũ dicuntur, uel quomodocũq; adinuicem, quæ autem ut cõtraria, ipsa quidem quod sunt nequaquam adinuicem dicuntur, contraria uerò inuicem dicũtur, neq; enim bonum mali dicitur bonum, sed cõtrarium, neq; albũ nigri album, sed contrarium, quare differũt hę oppositiones adinuicem.

Vt in alijs primò diuisionem per exempla afferens, uniuscuiusq; diffinitionem assignauit, sic etiã hoc in loco, cũ diuisionẽ oppositorũ quadrupliciter factã tradat, & p exempla differentias ipsorum ostẽdat, his q manifeste intelligõt, sic tandem uniuscuiusq; diffinitionem affert, & ipsa suis diffinitionibus complectitur. Verum uidet Arist. hęc quę de oppositis disputat, ex Architæ libro inscripto de oppositis, hausisse, quẽ Architas nõ coordinauit cũ libro de generib⁹, sed propriũ tractatũ esse uoluit. Nã ipse sic tradit ipsorum diuisionem, dicendo q; opposita partim sunt secundũ consuetudinem, & partim secundum naturam. Equidem hæc opponi inuicem dicuntur, quæ sunt cõtraria, uelut bonum malo, & sanum ægro, & uerum falso, contrarium est. Item quædam opponuntur, ut habitus & priuatio, ceu uita morti, uisio cecitati, & scientia obliuioni, opponitur. Itẽ quædam opponuntur, uelut ad aliquid aliqualiter se habẽtia, ceu duplũ dimidio, princeps subdito, & dñs seruo, opponitur. Itẽ quædam, ut affirmatio & negatio opponũtur, ceu hominem esse, opponitur huic non esse hominem, & studiosum esse, huic non esse studiosum. Primã ergo aliarũ oppositionum Aristo. diffiniuit, & statuit eã esse, quę est secundum genus ad aliquid, quod quidem fecit ut existimo, quia hęc oppositio cũ alijs aliquid proprium habet. s. inuicem simul esse, quæ sic opponunt. Architas uerò tria posuit ea quę sunt ad aliqd opposita, tãquã sm habitudinem subsistentia, & scripsit hęc de oppositione, quæ est ad aliquid. Quæ autem ad aliquid sunt, simul necesse est fieri, & corrumpi. Nam impossibile est ut duplum fit, & dimidium minimè, uel econtra, ut dimidium fit, & duplũ minimè, similiter etiã quotiescunq; fit duplum, simul etiã dimidium fit, & quotiescũq; corrumpitur, duplum, una etiã corrumpitur dimidiũ. At ipse Arist. diffinit ipsam oppositionẽ communẽ, ipsorũ ad aliquid diffinitionem, dicẽdo quęcũq; ipsa sint, aliorum oppositorum dicuntur esse, uel quomodocũq; aliter ad alterum. Nam oportet adiungi, propter diuersas assignationes ipsorum ad aliquid (ut in illis dixim⁹) & admodum meritò id fit. Nam ad oppositionem, sufficit ista diffinitio, quãdoquidem una simul introducat, & planè efficiat unum contra aliud, inuicem prædicari, unde aliqua alia examinatione, & certitudine, nõ est opus ad ostendendũ hoc. Porrò simul hac diffinitione utens, ostẽdet q; ad aliqd nõ opponant eodẽ modo, sicut alia opposita, nã singula inuicem dici cõtingit. Sed qũo ipsa opposita quæ sunt ad aliqd, si simul sunt, & existunt adinuicem, & cõuertuntur inter se, quandoquidem opposita inuicem, & uicissim sese tollãt, & de medio demũt. Nisi quia fortè propriũ non est oppositorum, ut unum sit corruptiuum alteri⁹, sed proprium eis est, ut sint circa idem, & secũdum idẽ, quod quidem inest ipsis ad aliquid, quandoquidem hæc non simul subsistunt, circa idem. Cum uerò dicitur, quòd ipsa sint aliorum. s. oppositorum dici, uel quomodocũq; aliter ad ipsum, id potest non solum ob casus dici, quibus unumquodq; ad aliquid assignatum erat, sed etiam propter illa, quæ accipiuntur, quorum assignatio fit. Non enim omnia sic dicuntur, ut hæc, quia sunt, adinuicem dicantur, ceu duplum dimidium, & scientia, nam unumquodque horum, id quod est ad aliquid, dicitur etsi assignatio fiat illius secundum quemlibet casum, etiam si non fieret assignatio secundum casum, ceu magnum & paruum sunt ad aliquid opposita, & non secundum casum assignant. Item neq; est alterum alterius, sed solum ad alterum dicitur, neque scibile sensibile, & intelligibile, similiter se habent, quandoquidem non sit aliquid aliud talũ illorũ, ad quæ dicantur, nam scibile non est alterius, sed potius ecõuerso, aliud est ipsius, nam ad scientiam dicitur, non quia sit scientia, sed potius ecõuerso, quia scientia est ipsius causa, Architas scripsit in his in quibus tradit differentias eorum, quæ sunt opposita, secundum aliquid. Et certè meli⁹ est uniuersa illa uerba, hunc in modum transcribere. Eorũ aiunt, quæ ad aliquid alia inuicem conuertuntur, ex utrisque, ut magis & minus, ac fraternum & simile, alia autem

habent conuersionem, sed non ex ambabus partibus, nam scientia simul dicitur cũ scibile, & sensus cum sensibili, sed tamen e conuerso scibile nõ dicetur scientiæ, & sensibile sensua, cuius rei causa est, quia quod iudicatur, sine iudicante esse potest, uelut sensibile, sine sensu, & scibile sine scientia, sed iudicans, sine iudicato esse nõ potest, uelut sensus sine sensibili, & scientia sine scibili, sed eorum quæ ex ambabus partibus habent conuersionem, alia indifferenter inuicem cõuertuntur, ceu simile, & æquale, & fraternum. Nam hoc est simile huic, & hoc ecõuerso huic etiã, hoc est æquale huic, & hoc est huic fraternum. Hæc nãq; inuicem conuertontur, ex ambabus partibus, non tamen indifferenter, hoe q̃dem est maius hoc, & hoc min⁹ illo, & iste est huic pater, & iste est huic filius. Cæterũ sciendum est, φ Arist. mediatatem eorum quæ sunt ad aliquid, non assignauit, sed de ipsis Architas scripsit, dicendo. Quędam ad aliquid suscipiunt medietatem, nam medium inter dominum, & seruũ, est liberũ, & mediũ inter maius & min⁹, est æquale, & medium inter latum, & angustum, est coaptatum. Sed Arist. huic medietati, non assentitur, quippè qui dixit oppositionem eorum quę sunt ad aliquid, differre ab oppositiõe quę est ſm contrarietatem, per hoc. s. nõ suscipere medietatem. Item opposita ad aliquid, à contrarijs differunt, in mõ prędicationis. Nam opposita ad aliquid, qua sunt adinuicem, quocunq; dicuntur, sed contraria licet opponantur, non tamen conuertũtur ad alia. Nam bonũ dicitur mali, nec ecõuerso malum boni, sed solum sunt inuicem cõtraria. Verum obseruandum est, ne ab his quæ ad aliquid proficiscamur in oppositionem contrariorum nam quæ ad aliquid sunt, nõ erant oppugnantia inter se, neq; unum alterius uicissim destructiuum, sed magis sola diuersitate positiua intercedēte, simul existit oppositio, nã scientia ad scibile hēt oppositionem, secũdũ ipsum ad aliquid simul existentem, sed ad ignorantia habet oppositionem repugnantem, & non potentem simul ordinari cum scientia nam sciẽtia nõ dicitur ignorantiæ, sed scibilis sciẽtia, & ignorãtię cõtrarium. Vnde oportet oppositionem eorum quæ sunt ad aliquid intelligere, φ ipsa sit collectiua subiectorum, cum quadam oppositione, quæ accipit differentiam ex his quæ inuicem dicuntur, & nõ sunt eadem. Nam ob id contraria sese mutuo expellũt, sed quæ sunt ad aliquid opposita, colligũt diuersitatem ex mutua inter se cõgruitate, quocirca quædã sunt, quæ magis insinuant diuersitatem, ceu dupliũ ad dimidiũ, & quædam minus, ut scientia ad scibile, quædam uerò uniuersaliter ferè non insinuant diuersitatem, ut ea quę sunt inuicem æqualia, itaq; quæcũq; oppositionem habẽt, ad aliquid dicuntur opposita, quatenus sont eorum quæ sunt ad aliquid, ceu maius hoc ipsum quod dicitur, oppositi dicitur, & idem est respectu huius maius, & respectu alterius minus, quocirca neq; talis oppositio, neq; repugnans est, rectũ aũt. s. uerberare ad supinũ. s. uerberari opponuntur, ut ad aliqd. Vnde etiã Arist. facere, & pati suscipere cõtraria asserẽdo, tradit ipsa non esse inter se contraria, sed in utroq; illorum ostenditur contrarietatem esse, ceu cum aliquid album facit, uel nigrum, efficit, & cum aliquid fit album, uel nigrum. Verum Andronicus nõ solum opposita, sed etiam contraria esse, facere & pati asseruit. Et hoc animaduertendum est, φ ea quæ ad aliquid inuicem dicuntur, hoc modo sunt opposita, sed contraria, quatenus contraria idest contenta, ceu album, & nigrum, inuicem non dicuntur. Equidem ipsum contrarium (& non ea quæ continentur ab ipso) dicitur aliquid, sed non quatenus contraria. Nã contraria sese inuicem introducunt, & simul subsistunt in uniuerso, & huius rei causa fortè est ipsa communis existentia contrarietatis, in contrarijs. At Nicostratus, putat ostendere φ contraria adinuicem dicantur, & argumentũ efficit, non ab his quæ sub contrario continentur, sed ab ipso contrario. Equidem in omnibus scimus φ aliud est unũ quodque, & aliud est quod sub ipso ordinatur, & participat ipso, sicut æquale est de numero eorum quæ sunt ad aliquid, sed quæ continentur sub ipso, quanta sunt, in quibus est æquale, hic igitur etiam contraria ipsa simul sunt ad aliquid, sed ea quæ participant contrarijs, sunt contraria sub ipsis contrarijs. Sed mirum est, quomodo contraria quatenus contraria, non sunt contraria, sed ad aliquid, nam si simul quia contraria sunt, inest ipsis ad aliquid, mirum non est, sed si entia contraria, pœnitus non sunt contraria, quatenus contraria sunt, mirum uidetur. Nisi forsitan mirum non est, si contraria inuicem simul existunt, secundum communem & unam proprietatem, & secundum uim separandi, & oppugnandi, efficiunt participantia esse opposita, nam segregatio, & oppositio, cum una sit ad seipsam, est unica, sed participantia oppositione, & segregatiõe, inter se sunt separata. Sed de his, hęc dicta sint. Postremò adducens exempla affirmationis, & negationis, non tota propositiones, sed terminos qui sunt prædicata, posuit, quia secundum ipsos propositiones specificantur, & determinantur, modo negatiua particula prędicato adijciatur, sed procedẽdũ est ad ea quę sequũtur.

Quæcũq; autem cõtrariorum talia sunt, in quibus nata sunt fieri, uel de quibus prædicari, necessarium ipsorum, alterum inesse. horum nullum est intermedium, quorũ aũt non necessarium alterum inesse, horum est aliquid intermediũ semper, uelut ægritudo, & sanitas, in corpore animalis nata est fieri, & necessariũ alterum eorum inesse, in corpore animalis, uel ægritudinem, uel sanitatẽ, & impar aũt & par, de numero prædicantur, et necessariũ alterũ inesse numero, uel par, uel impar, & non est horum aliquod intermedium, neq; ægritudinis, & sanitatis, neq; imparis, & paris. Quorum autem non necessariũ alterum inesse, horum est aliquid intermediũ, uelut nigrũ, et albũ, in corpore animalis nata sunt fieri, & nõ necessariũ alterũ horũ inesse corpori, nã enim oẽ corpus albũ, uel nigrũ est, uel prauũ, et studiosum prædicatur quẽde homine et de alijs multis, nõ necessarium aũt. alterũ ipsorũ inesse illis, de quibus prædicãtur, nõ enim oĩa, uel praua, uel studiosa sunt, & est aliquod horũ intermedium, uelut albi quidem, & nigri, fuscũ, & uitellinũ, et qcũque alij colores. praui autem, & studiosi, quod neque prauũ, neque studiosum. In qbusdã quidẽ igitur nomina iacẽt intermedijs, uelut albi, & nigri, et fuscũ & uitellinũ, et quæcũque alij tales colores. in quibusdam aũt nõ est prõptũ nomine assignare, quod intermediũ, negatione aũt utriusque extremorũ intermediũ determinatur, puta quod neque bonũ, neque malũ, & neque iustũ, neque iniustũ.

Postquam dixit de oppositis ad aliquid, nũc dicere proponit de contrarijs, quia utriusq; oppositorum sunt cõtraræ species. Equidem in habitu, & priuatione, dicitur esse alterum, & in affirmatione & negatione, & ratione & cõpositione totum est, meritò igitur ante alia contraria, hæc proposuit. Vnde aggrediens sermonem de contrarijs, mox differentiam ipsorum contra ea quæ sunt ad aliquid, tradidit. Nam ipsa non eõ φ sunt aliorum scilicet oppositorũ dicuntur. Nam album, non dicitur ad nigrum. Item differunt à reliquis oppositis (sicut diximus) eõ quòd ambæ species sint contrariæ. Porrò deinceps differentias ipsorũ contrariorum tradendo, ait. Contrariorum alia sunt immediata, quorum alterum necessario inest receptiuo, ut si sanitas & egritudo, par & impar. Nam pariter impar, impariter par quãuis aliquo modo aliqua intermedia amborum scilicet & imparis, & paris, uideantur esse, tamen ipsa sunt specie paria, & immediata. Deinde Aristo. tradit nullum esse medium inter sanitatem, & ægritudinem, & asserit mediatatem esse inter malitiam, & uirtutem, tanquam Philosophus, quia medici cum circa ægritudines corporum diligenter uersentur, multa inter sanitatem, & ægritudinem media considerata in latitudine neutrius. cõsistẽtię (sic ab ipsis appellatæ) posuerunt. Item sunt quædam contraria, quarum alterum medium ex necessitate non est in receptiuo, sicut album, & nigrum, quæ habent fuscum rubeum, &

rubeum,& alios colores intermedios. Sed mediorum, uel eorum quę media habere possunt, alia sunt quę plura hñt media, quæ fortè plus distant natura adinuicem, ceu in albo,& nigro, dictum est, nam multi sunt in medio horũ colores, quædam uerò unum solum mediũ, ob propinquitatẽ inter se habent, ceu tepidum, est solum medium, inter calidum,& frigidum. Equidem contrariorum quæ habent media, alia nominata habent media, ceu liquet in his quæ diximus,& quædam innominata, quæ significant extremorum negatione. Nam inter bonum & malum, non est medium nominatum, sed explicatur per negationem, cum dicitur, neq; bonum, neq; malum est quãquã iuniores imposuerint nomen hoc, indifferens. Item neq; medium inter iustũ, et iniustũ, nominatum est, sed negatione extremorum nominatur & patet, quia quæ consuetudini nota fuerunt, hæc etiam consuetum nomen sortita sunt, & quæ ignota fuerunt, consuetudini innominata. Deinde quia ex contrarijs, alia sunt in subiecto, ut album & nigrum, nam hæc in corpore recipiuntur,& alia de subiecto dicuntur, ut par & impar, nam hæc dicũtur de numero, tãquam de suo subiecto, quia differentiæ sunt,& differentiæ (sicut ostenderat in sermone de substantia) de subiectis speciebus dicuntur. Vnde ea quibus dicit, in quibus nata sunt fieri, ut significaret ea contraria quæ sunt in subiecto,& quando dicit, uel de quibus prędicatur insinuauit ea quæ prædicãtur de subiecto, nam quãuis numerus sit semper in subiecto, tamen quãdo subiectum non assumitur, tunc par & impar de ipso numero, ut de subiecto dicuntur. Quod uerò sanitas, & ægritudo, nõ similiter insint corpori,& par & impar numero, ex eò patet, ꝙ sanitas & ægritudo idem corpori uicissim insunt, sed par & impar eidem numero nequaquã insunt. Verum considerandum est, nũquid par & impar sint numeri differentiæ, uel species numeri, nam si diffinientes parẽ numerum, dicimꝰ eũ esse numerum, per mediũ diuisum, itaq; ipse numerꝰ par, erit quędam species numeri, composita ex genere, quod est numerus, & aliqua differentia, quomodo igitur de numero dicit, ut de subiecto? nã species nõ diceretur de genere, tanquam de subiecto, quãdoquidem id quod dicitur de subiecto, illo sit cõmuniꝰ, quod est de quo dicitur. Nisi quia fortè non prædicatur par & impar, uelut species, de numero, ut genus, sed prædicatur differẽtia quę est diuisio in duo, de numero pari, tanquam de spẽ, quã fortè parem uocauit, tanquam specificatiuã ipsius numeri paris. Cæterũ quia uerba Arist. iam explicata sunt, uideamꝰ mõ quæ hoc in loco clariores expositores, dicẽdo, elaborarunt. Porrò Stoici qui summo studio circa logicem uersati sunt,& clari in ea facultate uidentur, nituntur in alijs, atq; in contrarijs, ostendere ꝙ Aristo. omnium occasiones tradidit in uno libro, quem inscripsit de oppositis, in quo etiam multitudo dubitationum, difficilis admodũ est, quarum exiguam partem illi apposuerit, & alia in introductione afferre, non est consentaneum. Vnde quę cõmuni cõsensu Aristo.& Stoici de his tractarũt, hęc dicenda sunt. Proinde potius adducatur illa diffinitio contrariorũ antiquã, de qua superius mentionem fecimus scilicet quod cõtraria ea sunt, quæcũq; in eodẽ genere plurimum adinuicem differunt, quam diffinitionem Aristo. dixit in libro de oppositis, ipsam multipliciter examinandam, nam utrum differentiæ essent contraria considerauit, & nunqd differentia contrarietas esse possit,& nũquid oĩs distantia sit ea, qua plurimum aliqua differũt, & nunquid idem sit hoc scilicet plurimum remota, cum hoc plurimum differentia. Item considerauit quæ sit distantia, & quomodo intelligendum sit ipsum plurimus distare, quæ cum absurda apparent, sumendum est hoc scilicet cum genere, ut sit diffinitio hæc, cũ opposita sunt, quę plurimũ distãt in eodẽ genere, & adduxit in eodẽ libro, q̃ huic etiã absurda accidũt, atq; si cõtrarietas est ipsius diuersitatis aliqd, atq; nũqd maxime diuersa, siue contraria, ubi plura alia argumẽta, & dubitationes posuit. Verũ cũ hac diffinitione in sermone de quanto usus fuisset, postquã notauit, ꝙ esset antiqua diffinitio Stoici accipientes ipsam usi sunt ea, ostẽdẽtes debilitatem eiꝰ, tamen nitebantur prorsus soluere, quæ uidebantur absurda esse. Nicostratus uerò damnat eam, quia non solum in eodẽ genere sunt, sicut in colore album, & nigrum, & in sapore dulce & amarum, sed iustitia & iniustitia sunt cõtraria genera, quãdoquidem alia sit uirtus,& alia malitia, quę sunt diuersa genera Atqui ipsa uirtus, et malitia, quodãmodo in eodẽ genere sunt. Nam habitus,& qualitas est utriusque genus, & alio modo utręq; sunt ex contrarijs generibus, nam uirtutis genus, est bonũ,& malitiæ, malũ,& bonum & malũ, uidenẽ esse genera. Nisi forte etiã hęc in qualitate, uelut in genere cõstituta sint. Verũtamẽ Aristo. plerisq; in locis, uidetur bonum & malum, non uelut genera, sed uelut æquiuocas uoces, ponere. Vnde hæc est magna pars eorum quæ Aristo. in sermone de contrarietatibꝰ, dubitauit. Porro dignum est, in omnibus talibus quęstionibꝰ disputare (ut consueuerunt antiqui) quãuis aliqua est descriptio suscepta sit, tamen usu recipienda est, quoniam nõ nocet eis, quorum gratia in usu recipiũtur, quocirca Arist. uolens in his quæ disputata sunt de quanto, ostendere inferiꝰ ad superius esse contrarium, usus fuit diffinitione, quam antiquiores assignarũt, ob cõtrarietatem quæ est in loco, sed hic in doctrina de contrarijs, non utitur ipsa tanquã superius dicta,& non existente sine suspitione his omnibus modis Stoici usi sunt,& alijs diffinitionibus de contrarijs qui Aristo. adamussim secuti sunt, cum ille dederit occasiones illas in libro de oppositis, quas tractauerõt in suis libris nã existimauerunt etiam habitꝰ esse cõtrarios, sicut ipse Arist. prudentiam,& imprudẽtiam,& prædicata, ceu prudenter agere,& temere agere, ac medietates, ceu temperanter, uel intemperãter. Verum ipsos quales, & aliqualiter se habentes, non amplius esse contrarios existimauerunt, sed solum contrario modo se habere, & hunc esse huic aliquo modo contrarium, sed mediate dicunt prudentem imprudenti aduersari. Vnde si aliquando dicimus hunc esse contrarium huic, ad mediata facimus significationẽ (ut aiunt) itaq; proprijssime in habitibꝰ habitudinalibꝰ, actionibus & his ꝯsimilibus cõtrarietas cõsideratur, sed secũdario prædicabilia, & secus posita, ut contraria dicũtur aliquo modo illis. Item adducũt aliquo modo inter contraria prudenter, & imprudenter, & uniuersaliter in rebus contraria considerãtur,& prudentia imprudentiæ immediate sic contraria dicitur,& non hæc huic. Cum igitur hæc sit doctrina Stoicorum, uideamus quomodo ipsam ab Aristo. traditiõe traxerunt, nã iste in libro de oppositis, iustitiam iniustitię contrariam asserit, & negat iustum esse contrarium iniusto, sed contrario modo disponi, quod si hæc etiam, contraria esse asserit, dupliciter dicetur contrarium, aut enim secundum se contraria dicuntur, ceu uirtus, & malitia, motꝰ & status, aut erunt contraria secundum participationem contrariorum, uelut quod mouetur est contrarium stanti, & bonum malo, in quo libro etiam docuit, cur quales non dixit esse contrarios, nam cum secundum participationem quales sunt differentes, non eodem modo dicetur participans, cũ eo quod participat, sed potius illo participare, & hæc denominatiua esse, si fortè fuerit tale ab ipsis, ceu ab albedine album, cum igitur prudentia sit contraria imprudẽtię, non itaq; participantes dicerentur contrarij, sed participare ꝯtrarijs. Qđ si quis hæc uocet ꝯtraria, inquit ꝙ iste debet distinguere, dicendo quod alia sunt simpliciter contraria, & alia sunt contraria participatione contrariorum. Et cum esset possibile idem dici secũdum uocem simplicem, ceu prudentiam, & imprudentiam, & per diffinitionem, ceu prudentia est peritia bonorum, & malorum, ac neutrorum,& imprudentia ignorantia eorum, quærunt utrum sint solum contraria, secundum simplicia, uel secõdum diffinitiones. Porrò Chrysippus instat, ne forte appellatiua, & simplicia, sint solũ ꝯtraria,& nõ diffinitiones, nã multa in his cõplectimur cum articulis, & cõ coniunctionibus, atq; alijs partibus expositiuis, quorum unumquodq; in orationem cõtrariorum extrinsecus assumet, quocirca si ũs

qui sunt ex Chrysippi schola, prudentia imprudentiæ esse contraria, & minimè diffinitionem diffinitioni. Item facientes relationem, obijciunt diffinitiones secundum coniugationem. Sed hæc prius determinata sunt ab Aristo. existimanti in compositum non esse contrarium diffinitioni contrarij, ceu prudentiam non esse cõtrarium huic diffinitioni imprudentiæ scilicet ignorantiæ bonorum malorũ, & neutrorum. Verum si opponeretur diffinitio diffinitioni, secundum coniugationem hæ dicerentur contrariæ, quia sunt de contrarijs rebus, & de his amplius contenderetur, q ratio diffinitiua, sit contraria rationi, si generi aliquid fuerit contrarium, uel differentijs, uel ambobus, ceu est boni diffinitio, quæ fortè est hæc scilicet cõmensuratio partium adinuicem, cui contrarium est in commensuratio partium adinuicem, & est cõtrarietas in genere, sed alibi in differentijs, ceu album est color disgregatiuus uisus, & nigrum est color eiusdem congregatiuus. Nam in his idem est genus, & secundum differentias est contrarietas. Dixim⁹, igitur quomodo ratio rationi sit contraria, & quomodo rationes significantes substantiam, erunt contrariæ. Sed hæc satis hactenus producta sint, & disputata. Sed cum Aristo. distinguat contraria in ipsa mediata, & immediata, & dicat illa esse immediata, quorum alterum ex necessitate inest, et successiue, & uicissim insunt subiecto, modo non sint connaturalia ei, ceu caliditas igni, sed talis ratio fit, de accidentibus immediatis, q contraria immediata sunt, quorum alterum ex necessitate inest receptiuo, et mediata sunt illa, quorum alterum non ex necessitate inest. Verum cum Aristo. dicat media describi, designariq; per negationem extremorum, ei Nicostratus contradicit, quod si negatio medium significat, etiam nõ hõ, & nõ equus, medietatem significabit, inqt igitur oportet apponi hoc, q mediũ accipietur in eodem genere, in quo sunt ei⁹ extrema. Sed pace Nicostrati, nõ aiaduertit quę dicit, qa equ⁹ et hõ, neq; extrema sunt, neq; ɔtraria. At sermo erat de extremis, & ɔtrarijs. Verum Aristo. in libro de oppositis, quæsiuit nũqd si aliqs abiecerit alterũ ex necessitate, alterũ accipit. Nisi fortè sit aliqd intermedium torũ, uel nõ semper, nã ueram opinionẽ abijciens, non necessariò recipit falsam, neq; is qui falsam abiecerit, ueram necessariò accipiet, sed aliquando ex hac opinione deflectitur penitus ad nullam opinionem, uel in scientiam transmutatur. Equidem inter opinionem ueram, uel falsam, nullum est medium, nec ignorantia, neq; scientia, sunt etiam aliæ differentiæ contrariorum, quas ipse inferi⁹ tanget. Verum de his. s. mediatis & immediatis, maxime mentionem fecit, qa ex his affert discrimen, inter cõtraria, & opposita, nam propositum non est pertractare singula opposita, quæ uensũt, sed solũ principalissima, ot ostenduntur eorum differentiæ, inter se. Declarabit igitur, quatuor genera oppositorum esse, quæ inter se differũt, & iam declarauit quomodo differant à contrarijs, ea quæ sunt ad aliquid, & qualiter hæc ambo differunt ob alijs, ceu sunt priuatio, & habitus, ubi propria singulorũ ponẽdo, tũc omnẽ differentiã ad ea quę sunt opposita, secundum affirmationem, & negationem demonstrabit. Postremò utile erit etiam dicta Architæ afferre, de differẽtia contrariorũ, quæ sic se habent. Diuiduntur aũt oppositiones, in diuersas species abinuicem, nam cõtrariorum alia sunt immediata, alia uerò habent medium, nam inter sanitatem, & morbũ, nullum est medium, similiter inter qetem, & motũ, & inter uigilantem, & dormientem, ac rectum, & curuum, neq; aliã contrarietatem ponemus, sed inter multum, & paucum, intermedium est mensuratum, & mediocre, & inter uocem acutam, & grauem, cõsona, & inter uelox, & tardũ, æque uelox, & inter mai⁹, & min⁹, ęquale. Vnde uniuersaliter inter maxime necessaria, necessariũ est circa susceptiuũ, unã esse contrarietatem, quæ non suscipiũt mediũ. Nã inter sanitatem, & morbũ, nullũ est mediũ, qñquidem necessariũ sit, ut omne aial ægrotet, uel sanũ sit, neq; uigiliæ & somnus habent mediũ, quandoquidem necessarium sit, ut omne aial sit, uel euigilans, uel dormiẽs, simile inter qetem, & motũ nõ est mediũ, cũ necessarium sit, ut omne animal, uel quiescat, uel moueatur, quæ cũ sint necessaria, maxime nõ est necessarium, ut ambo, uel alterũ ipsorũ, sic circa receptiuum ipsius, quando suscipiunt medietatem, nã mediũ inter album & nigrum, est fuscum, & necessarium non est, ut omne animal sit nigrum, uel album, sic etiam inter magnũ & paruum, medium est æquale, & nõ est necessarium, ut omne animal, uel magnum, uel paruum sit & inter durum, & mole, medium est, quod bene percipitur sensu tactus, uel non necessarium est, ut omne animal sit durum, uel mole. Item contrariorum sunt adhuc tres differẽtiæ, qm̃ aliqua opponuntur, ut bonum malo, uel sanitas ægritudini & aliqua opponunť, ut malũ malo, ceu auaritia prodigalitati, & quædam, ut neutrum alteri, uelut albũ nigro, et graue leui. Item cõtrariorũ alia adueniunt in generib⁹ generum, nam bonũ est contrariũ malo, nã gen⁹ bonũ est uirtutũ, & malũ iniquitatum, & quædam adueniunt in generatione specierũ, nã uirt⁹ maliciæ est contraria, & gen⁹. Eqdem uirtus est prudentiæ, & temperantię, malitia aũt imprudentię, & intẽperantiæ est gen⁹, & hæc sunt cõtraria in spẽbus, nam fortitudo cõtraria est timiditati, & iustitia iniustitię, quod si iustitia, & nõ iniuria sunt species uirtutis, & iniuria, et improbitas sunt species malitię, igitur prima genera quæ sunt, etiam genera generum nominamus. Verũ suscipiunt etiam diuisionem, quoniam quędam sunt extrema species, & ad sensum relata quę nõ solum sunt genera, sed etiam species. Nam trigonum est ortogoni æquilateri, & scalenoni gen⁹ est, sed boni species. Sed in his alia quoq; sunt quæ Aristo. assignationi conueniunt. Verum ultima differentia, p qoã aliqua sunt contraria, in generibus generum, & aliqua generibus specierum, & aliqua in speciebus, forte ab ipso Aristotelis in his pretermissa est, perinde ac non sit huic negotio opportuna. Sed sermo cõuertendus est, ad tertiam oppositionem eorum, quæ est sm habitũ, & priuationem.

Priuatio autem & habitus, dicitur qdẽ circa idẽ, ut uisio, & cecitas, circa oculum, uniuersalr aũt dicere in quo natus est habitus fieri, circa hoc dicitur utrũq; ipsorũ, priuari aũt tũc dicimus unũquodq; susceptiuorũ habitus, qñ in quo natus est existere, et qñ natũ est habere, nequaquã extiterit edẽtulũ. n. dicimus, non quod nõ hẽt dentes, & cecum non quod non habet uisum, sed quod nõ habet, qñ natum est habere. Quædam enim à natiuitate neq; dentes, neq; uisum habent, sed nõ dicũtur edentula, aut ceca, priuatum autem esse, & habere habitum, nõ est priuatio, & habitus, habitus quidem enim est uisus, priuatio autem cecitas, habere autem uisum, non est uisus, neque cecum esse: cecitas, priuatio enim quædam cecitas est, cecum autem esse, priuatum esse, non priuatio est, adhuc si esset idem cecitas, & cecũ esse, prædicarentur utiq; ambo de eodem, sed cecus quidem dicitur homo; cecitas aũt non dicitur homo, opponi autem & hæc uidẽtur, priuatũ esse, & uisum habere, ut priuatio, & habitus, modus enim oppositionis idem, sicut enim cecitas uisui opponitur, ita & cecum esse, ei quod est uisum habere, opponitur.

Adducit tertiam speciem oppositorum, secundum priuationem habitum, quæ præcedit naturaliter oppositionem, quę est inter affirmationem, & negationem, quia hęc habet subsistentiam in rationibus tantum, illa uerò est in rebus. Priuatio itaq; multipliciter diciť, primò illa est priuatio, quę est oĩno quędã absentia, de qua nõ mẽtionẽ efficit, q qdẽ absentia est ei⁹, qđ natũ est hẽre, & in q natũ est hẽre, & qñ natũ est, & ubi natũ est esse, qm̃ nullus dicet parietẽ esse cecũ; qm̃ neq; penit⁹ nat⁹ est uidere, sed & qñ aptum natũ est, qa catulos modo genitos, nemo dicet esse cecos, quoniam nondum nati sunt uidere, similiter nemo pueros modo genitos, fatebitur esse edentulos, quia nondum dẽtes hñt. Cum ergo dicit, in quo hoc appositũ est, ut propriam particulam accipiamus, in qua sit habitus. Non enim si aliquis oculos in pedibus non habet, is dicetur esse

oculis

oculis priuatus, sed si q̃s in proprio loco non habuerit oculos, sed ipse breuiter compræhendit omnia, per hæc uerba, quid quidem aptum natum, & simul declarat particulam, non qua sit habitus, per hoc quod ait, in quo natum est. Itẽ tempus, & locum, & alia, simul insinuat, quando inquit, quando natum est existere, nam cum fuerit congruũ habere, & nequaquam habuerit, tunc in priuatione esse dicitur, quocirca nonnulli huic sermoni de priuatione, addũt hoc ꝙ etiam aptum natum est. Nam eos dicimus sine collo, q̃ sunt breuis colli, quoniam non secundum naturam habent collum. Item in malum punicũ, priuatum accinis, dicimus, quia minores accinos habet, quam conueniat naturæ. Vnde ea quæ secundum naturam deficiũt, & debilia sunt, eadem dicimus habere totalem priuationem. Itẽ dixit Arist. ꝙ habit⁹, & priuatio, non simpliciter circa idem uersantur, sed per hãc particulam aliquid, circa idem insinuat aliq̃d, sed quomodo dicit circa, nam contraria circa idem sunt, siquidem idem sit susceptiuum contrariorũ, sed contraria non semper circa idem subiectum numero sunt, nam alia sunt alba, quia pars quæ iam est alba, ueludentes, ubi nihil prohibet, ut alia pars nigra, ceu pars circa pupillam, sed hoc fieri non potest, in priuatione, quia in qua parte est habitus, in eadem est priuatio, & hoc meritò. Nam absentia, solum est priuatio, & necesse est ibi esse absentia alicuius, ubi iam fuerat præsentia eiusdem, sed cum species fuerint contrariæ, nihil prohibet aliquando, ut in diuersis numero subiectis existentes, rationẽ cõtrarietatis saluare, itaq; ex dictis patet, ꝙ quæ hoc modo opponuntur, habent quandam similitudinem, & dissimilitudinem cum contrarijs. Nam contraria circa idem subiectum fieri, nata sunt, ceu circa idem sanitas, & ægritudo uersantur, quandoquidem non circa inanimata, sed circa animalia uersentur. Eodem etiam modo priuatio, & habit⁹ opposita se habent. Nam uisus est circa animal, & minime circa inanimata, igitur etiam cecitas erit circa animal, cum nemo diceret colũnam esse cecam. Vnde opposita secũdum priuationẽ, & habitum, hoc simile habent cum contrarijs, differũt tamen ab ipsis, ut diximus, quia contraria quãuis in eadem specie sint, non tamen semper sunt in eadem parte speciei, sed quæ opponuntur secundum priuationem, & habitum, etiam in eadem parte esse oportet. Deinceps ostendit Aristotelis ꝙ priuatum esse, uel priuationem habere, non est idem cum priuatione, similiter neq; habere habitum, cum ipso habitu, quod quidem ostendit, ex eò ꝙ uisus est habitus, & tamen non est habere uisum quare etiam habere habitum, non est habitus, similiter quoq; cecum esse, non est cecitas, quod quidem ostendit, ex eò ꝙ si idem esset, de quo alterum prædicatur, etiam de eodem esset alterum, sed aliter fit. Nam homo dicitur cecus, sed cecitas non dicitur, & uisum habere dicitur, sed non dicitur esse uisus. Verum hæc argumenta uidentur inter se differre, quia primũ ostendit propositum ex ipso esse, & secundum ex ipso prædicari. Cum igitur ostendisset priuationem non esse id quod habet priuationem, meritò adiecit ꝙ quãuis diuersa sint, sicut habit⁹ opponitur priuationi, sic etiam habere habitum, & priuatum esse, opponuntur, & est idem modus oppositionis, quia etiam hæc opponuntur secundum relationem ad illa, & modus oppositionis quidem est in prædicabilibus, sicut etiam in habitu, & priuatione. Nam sicut cecitas uisui opponitur, ita & cecum esse, opponitur ei quod est uisum habere. Sed tot sufficiunt ad explicationem uerborũ Aristo. Cęterum, Iamblicus, quędam aliquo modo tradit, quę uidẽtur esse his difficiliora. Nam unum cõmune dogma, est ueterum, & iuniorũ, ꝙ ea quæ dicuntur secundum priuationem, & habitum, non sint contraria, quãquam antiqui habitum & priuationem, in genus oppositionis non collocauerint, sicut Aristo. fecit quod uerò res sic se habeat, manifestum fit, si diuiserimus quot modis dicatur habitus, & priuatio, de quibus significatis oppositio secundum priuationem, & habitum fiet. Dicunt itaq;, ꝙ habitus uno modo dicitur actus habentis, & eius quod habetur. Nam habitus uestimenti esse dicitur, quando alter hẽt, & ipsum uestimentum ab ipso habente habetur, quo circa Plato etiam alicubi dixit habitum armorũ, esse in habente arma, secundus uerò modus habitus, dicitur quando habemus acquisitas qualitates, factas permanentes, & naturales, siue sint secundum artes, siue secundum scientias, quibus habiles dicuntur, qui participant ipsis, & secundum hoc habitus dicuntur, & perfectę uirtutes. Nam acceptio rationis, in his consideratur. Item habit⁹ dicitur naturalis præparatio, quando permanens fuerit, sicut quando intelligim⁹ corporales habitus animales, & uirtutes ex natura, uel malitia in quibusdam, & naturalem potentiam, dicit ipsam dici habitum, & huic priuationem esse oppositam, quæ illius carentia. Sed quidam aiũt naturalem potentiam non accepi in oppositione habitus, & priuationis, sed magis dicta oppositio, secũdum primum significatum quæ penes habit⁹ nominata est, nam tradũt etiam Crysippum sequentem Aristo. ea appellare priuatiua, quæcũque aduenientiam naturam ipsi⁹ habere, non simpliciter tollũt, sed quando tollunt illud quod aptum natum, & quando aptum natum inesse uidebatur, sicut prius dixim⁹, & sic priuatio opponitur habitui, qui dicitur secundum habere, & non solum qualitatum priuationis, sed etiam actionũ, ceu cecitas est priuatio actionis, quæ est uidere, & claudicatio, est priuatio ipsius ambulationis. Item alio modo dicitur priuatio, absentia eius, quod potest haberi, & consideratur quaten⁹ est illius quod est in potentia, de qua Aristotelis mentionem in physicis fecit. Nam id quod potest haberi, & quod potentia est, nondũ existens in actu, dicitur esse in priuatione sui esse. Sed Iamblicus ait, forte non est accipienda oppositio priuationis, secũdũ aliquod unũ significatum ipsius habitus, sed secundum omnia significata. Nã hoc modo erit perfecta oppositio, omnium priuationum, ad omnes habit⁹, & hoc modo communiter ad unamquãque speciem, erit opposita, ceu oppositio huius priuationis, ad hunc habitum, secundum suum proprium modum, nam penit⁹ si quis non habet, id quod natũ est habere, & quando natum est, is dicetur esse in priuatione, cum igitur multipliciter dicatur esse habit⁹, etiam multipliciter nõ habitus, & priuatio erit. Est igitur priuatio alia, præter naturalem, sc͞dm quam dicimur esse apti nati, & quando apti nati, quam Chrysippus consuetudinem uocat, nam quæ carent tunica, et calciamentis, ac uirtute, nudam carentiam hæc significant, quæ etiam insinuant simul quandam priuationem. Nam bouem, sine tunica non dicem⁹, neq; cum sumus nudi in balneo, dicemur esse sine calciamentis, neq; aues dicim⁹ esse sine uirtute, neq; nos simul sumus cum eo, quod est diem fieri, sed oportet ut simul insinuatur: Item est assueti priuatio, quãdo aliquis assuetus est aliquid habere, nam quando fuerit aliquis assuefactus prãdere, secũdum quandam ordinatam horam, si præterierit consuetudinem, & non in tempore determinato prandebit, non naturę, sed consuetudinis regulam delet, & priuat. Vnde sunt quædam, quæ priuantur his quæ natura insunt, & quædam quæ secundum consuetudinem priuantẽ his, in q̃b⁹ apta nata. & consueta, sunt esse. Vnde sæpe priuatio insinuat non carentiam consuetudinis, sed conuenientis, ceu quando dicim⁹, dormiẽtẽ nõ cenare, ubi insinuam⁹ simul ꝙ non opportune se habet, neq; secũdũ id quod fuerit in consuetudine. Est itẽ alio mõ priuatio eorũ, quę ęquocè dicũtur, nã q̃n aliq̃d gen⁹ non totũ aptũ natum est esse, aliq̃d priuatũ esse dicim⁹ illud, q̃d nõ est aptum natũ hẽre, sicut plãtas dicim⁹ esse sensu priuatas, q̃a nõ sunt natę hẽre sensum. Itẽ illa priuata esse dicũtur, quando in eodẽ genere aliqua sunt nata habere aliquid, & aliqua non sunt nata habere. Vnde ea nõ sunt nata habere, sicut talpa in genere animaliũ, non est apta nata hẽre uisum, & hoc magis assentim⁹ his quę p̲ uiolentiam afferũtur. Verũ priuatio propriè dicitur in his, quæ sunt nata hẽre aliq̃d, & non habent, aut quando nata sunt habere, & quando consueuerũt, & instituerũt habere, & tũc non possidẽt, & hoc modo priuatio est opposita

habitui, & talis oppositio in his uocatur secundum habitum, & priuationem. Architas uerò tripliciter priuationẽ diuidit, dicendo priuatio, & priuatum esse dicitur tripliciter, aut quia nullo modo habet, ceu cecum, nõ habet uisum, & mutum non habet uocem, & carens disciplina, non hẽt scientiam. Item priuatum dicitur, quando non bene habet aliquid, ceu qui non habet bonum auditũ, difficulter audit, & caligans oculis, difficulter uidet, & tertio modo, nõ habetur qualitas rei, ceu id quod habet paruos pedes, & ꝙ exilem uocem habet. Præterea, sciendum est, ꝙ aliquã do non priuatiua nomina significant priuationem, ceu ino pia indicat pecuniarũ priuationẽ, & cec⁹ priuationẽ, uisus, aliqñ uerò priuatiua noĩa nõ significãt priuationẽ. Nã immortale, cũ figurã dictionis habeat, nõ significat priuatio nem, non enim in eo quod aptum natum mori, utimur hoc nomine immortale. Equidem confusio magna est, iuxta uoces priuatiuas, nam a, & ara in græco aliquãdo significãt negationes, ut aycos .i. sine domo, quandoꝗ autem copulantur hæ particulę contrarijs, & contraria significant, nã sicut fortitudini timiditas cõtraria est, ita etiam iustitia in iustitiæ contraria est, sæpe etiam significant malum, ut im prudens, uel quod malam uocem habet. Item negationes, significantur per priuatiuas uoces, sicut differentia indiffe rentiam, utile & inutile, & id genus, sæpe etiã numero plu ra significant, ut negatio & priuatio contrarietas significa tur ab his, ceu quando dicitur sine uoce, hęc quidem cum sint diuersa, contraria significant, ut tẽporis expers signifi cat, sed aliquando nullum priuatiuum insinuatur, ceu bonitati nequitia est contraria, & aliquãdo priuatio insinua tur, ut malitia, & sine malitia. Cum ergo magna sit uocum enormitas, Chrysippus tractauit de ipsa, in his quæ dicun tur de priuatiuis. Sed Aristo. propositum conueniens non erat de his agere, sed solum tractare de his, quæ secundum habitum, & priuationem, dicuntur. Vnde si plura contraria, & negatiua, dicuntur priuatiuè, tamen oportet priuatiuas habituum oppositiones, secundum conuenientem mo dum accipere, oportet. Vnde accipiendus est habit⁹, in oppositione cum propria priuatione. Equidem talis habitus, & opposita sibi priuatio, fit, circa idem subiectum, sed nõ simul sicut circa oculum cecitas, & circa quem etiam uisus uersatur.

Non est autem quod sub affirmatione & negatione, affirmatio, & negatio, affirmatio quidem enim est oratio affirmatiua, negatio autem, oratio negatiua. Eorum autem quæ sub affirmatione & negatione, nulla est oratio, sed res, dicuntur autem, & hæc opponi inuicem, ut affirmatio, & negatio, etenim & in his modus oppositionis idem, ut enim utiꝗ affirmatio ad negationẽ opponitur, uelut sedet, ad nõ sedet, ita & quæ sub utroꝗ res opponitur, scilicet sedisse, ei quod est non sedisse.

Cum ostendisset ꝙ aliud est habitus, & aliud est habere habitum, & aliud est priuatio, & priuationem habere, et tamen id quod habet habitum, & id quod habet priuationem, sub eadem oppositione, quæ est inter habitum & pri uationem ponũtur, quod quidem persuadetur exẽplo, nã res per affirmationem significata, non est affirmatio, & res per negationem negata, non est negatio, nanquidem affirmatio & negatio sint orationes, & ea quæ ab ipsis significantur, non sint orationes. Verum quãuis non eadem sint, tamen sub eadem oppositione ponuntur, quæ est affir mationis & negationis, similiter etiam quæ habent habitum, & priuationem sub oppositione habitus, & priuatio nis ponunt, nam quando Socratem sedentem meditemur, qui est animal rationale, sic ipsam rem comprehendimus, & oratio quæ dicit Socrates sedet, ex nomine & uerbo cõ posita, alia est ab ipsa re, itaꝗ, siue propositiones subsistũt in uocibus, siue i intellectibus, siue in ipsis cõceptib⁹ incor porea, differunt, tamen à corporibus qualitate formatis. Vnde ut propositiones dicunt opponi, ut affirmatio, & negatio, sic etiam & ipsa opponuntur secundum eundẽ modum, sub propositionibus. Sed nullus dicet Socratem sibi met opponi, aut non fieri oppositionem de altero, sed secũdum sitũm eius, quod est sedere, & non sedere, quorũ oppositio sit secundum oppositionem negationis, quia unum istorum signatorum, alterum uicissim tollit, huic etiã contradictio opponitur, & econuerso, quia orationes sunt ta les, sicut res inuicem sese tollunt, & sit proportio secũdum eũdem modum scilicet ut res significata, ad significatum, ita oratio significantis, ad significantem, & econuerso, & si significata uocibus opposita, accipiamus. Equidem hæ sunt rationales conceptiones, quæ de Socrate sedente, uel non sedente fiunt, & hæc similiter secundum affirmationem, & negationem, opponi dicuntur. Etenim hęc sub affirmatione & negatione sunt. Cæterum cũ hactenus osten disset, quæ sunt opposita ut habitus & priuatio, deinceps subiungit, quibus differat hæc oppositio ab oppositione ad aliquid, & primo declarando, quomodo oppositio cõ trariorum differat ab his quæ sunt opposita, ut ad aliquid, hæc subiungit.

Quod autem priuatio & habitus, non opponuntur ut ad aliquid, manifestum, non enim dicitur ipsum quod est oppositi, uisus enim non dicitur cecitatis uisus, neꝗ aliter ullo modo ad ipsum dicitur. Similiter autem & cecitas, nõ dicitur cecitas uisus, sed priuatio quidem uisus, cecitas dicitur, cecitas autem, uisus, non dicitur, neꝗ uisus cecitatis, adhuc quæ ad aliquid omnia ad conuertentiam dicuntur, quare & cecitas siquidem esset ad aliquid, conuerteretur utiꝗ, & illud ad quod dicitur, sed non conuertitur, non enim uisus dicitur cecitatis uisus.

Cum quatuor sint oppositiones differentes adinuicem, omnes differentiæ sex fiunt. Nam quotcũꝗ uniuersaliter differũt, eorum numerum oportet multiplicare, primo per numerum proximum unitati, & numeri, sic facti accipere medietatem, & tot dicere differẽtias esse hic, oppositio igi tur eorum, quæ est ad aliquid, differt ab ea, quæ est uelut contrariorum, & ab ea, quæ est ut habitus, & priuatio opposita, & ab ea quæ est ut affirmatio, & negatio. Nam tres ab unoquoꝗ fiunt habitudines, cum tria sint, atꝗ; est habitudo, quocirca multiplicauimus numerum à principio in ipsis, præter unitatem. Rursus etiam contrariorum opposi tio, differt à reliquis, quemadmodum habitus, & priuatio differt à reliquis duabus. Nam differẽtia iam accepta est, contra ea quæ sunt ad aliqd, fiũt igitur quinque differentiæ, & tandem ut habitus & priuatio, differt ab ea quæ secundum affirmationem, & negationem dicitur. Nam differentiæ aliarum duarum, oppositionum iam acceptæ sunt, ut non bis hæ duæ accipiantur, aliquando nobis inchoantibus à primis aliquando à postremis, ob id medietatẽ nu meri eorum quæ in methodo accipiũtur, ex multiplicatione productis accipere, nobis præceptum est. Cum igitur secundum talem ordinem, sint sex differentiæ factę, tamen Aristo. iuxta ipsas non procedit, sed primò ostendit, ꝙ ea quæ sunt ad aliquid, differunt à cõtrarijs (ut diximus) nũc autem ostendit quomodo opposita ut habit⁹, & priuatio, differũt ab his quæ sunt opposita, ut ad aliqd, & deinceps quomodo habitus, & priuatio, differunt à cõtrarijs. Dein de quomodo affirmatio, & negatio, opponuntur, & differunt ab his quæ opponunt, ut contraria, & ab his quę opponuntur, ut ad aliquid, atꝗ; ab his quæ opponũtur, ut habitus, & priuatio, & sic sex tradit differentias, sumendo initium à secundis modis, in quinque differentijs, & nõ à pri mis, ut nos fecimus. Nunc igitur ostendit, quomodo quæ opponuntur, ut habitus & priuatio, differunt ab his quæ ut ad aliquid opponuntur, & efficit probationem ex diffinitione ipsorum ad aliquid, sicut etiam prius fecit, quando ea quæ sunt ad aliquid, separauit à contrarijs. Dicit igitur, quòd ea quæ sunt ad aliquid, ipsa ꝙ sunt oppositorum di cuntur, sed uisio, cecitatis uisus non dicitur, & hoc manifestum est, quandoquidem nec cecitas, est uisus cecitas, nam habitus

habitꝰ,& priuatio,utrũq; oculi est. Quod uerò cecitas nõ dicatur uisus cecitas, secundum ad aliquid, secuodo argumento probat. Nam si cecitas ad uisum, ut ad aliquid diceretur, quoniam quæ sunt ad aliquid, ad conuertentiam dicuntur, profectò diceretur etiam uisus cecitatis uisus, sed non dicitur ergo (ut diximus) differunt. Item quæ sunt ad aliquid, sunt simul natura, sed habitꝰ & priuatio p̃ter hoc, quòd unũ non confert ad alterum, uicissim etiam sese auferunt. Sed cum dixisset, uisus enim nõ est cecitatis uisus, subiunxit, neq; ullo modo aliter ad ipsum dicitur, quia ipsa contraria, quatenus talia, non dicebantur esse oppositorũ. Equidem alterum ad alterum aliter dicebatur, quam ipsa ad aliquid dicuntur. Nam contrarium aliquid eidem dicitur, immo priuatio, quãuis non sit, neq; dicatur ad habitũ, tamen priuatio ipsius habitꝰ dicitur, habitꝰ uerò nullo modo dicitur ad priuationem. His itaq; ostendit, q̃ non solum nomine, sed etiam re oppositio habitus & priuationis, & ea quæ sunt opposita, ut ad aliquid differũt. In sequẽtibꝰ eãdem comparat, ad oppositionem contrariorum.

Quod autem neq; ut contraria opponuntur, quæ secundum priuationem & habitum dicuntur, ex his palam, contrariorum quidem enim, quorum nullum est intermedium, necessarium in quo nata sunt fieri, uel de quibus prædicantur ipsorum alterum inesse semper, horum enim nullum erat intermedium, quorum alterum necessarium erat susceptiuo inesse uelut in ægritudine, & sanitate, & impari, & pari, quorum autem est intermediũ aliquid, nunquam necesse omni inesse alterum, neq; enim album, neque nigrum, necesse esse omne susceptiuum, neque frigidum, aut calidum, horum enim intermedium aliq̃d nihil prohibet existere, adhuc autem, & horum erat aliquid intermedium, quorum non necessarium erat alterum inesse susceptiuo, nisi quibus natura unum inest, ut igni calidum esse, & niui album, in his itaque determinate necessarium alterum inesse, susceptiuo, & non quodcũq; contingit, neq; enim contingit ignem frigidum esse, neque niuem nigram, quare omni quidem non necesse susceptiuo, alterum ipsorum inesse, sed solum quibus natura unum inest, & his determinate unum, & non quodcũq; contingit. In priuatione autem & habitu, neutrum dictorum uerum, neque enim semper susceptiuo necessarium alterum ipsorũ inesse, quod enim nondum natum est habere uisum, neq; cecum, neq; uisum habens, dicitur. Quare non utique erunt hæc talium contrariorum, quorum nullum est intermedium. Sed neq; quorum est intermedium aliquid, necessarium enim utiq; omni susceptiuo alterum ipsorum inesse, quando enim iam natũ est habere uisum, tunc aut cecum, aut habens uisum, dicetur, & horum non determinate alterum, sed quodcũq; contingit, non enim necessariũ est, aut cecum, aut habens uisum esse, sed quodcũq; contingit. In contrarijs autem quorum est aliquid intermedium, nequaquã necessarium erat omni alterum inesse, sed quibusdam, & his determinate unum, & nõ quodcũq; contingit, quare palam, quod secundum neutrum modorum, ut contraria opponuntur, quæ secundum priuationem, & habitum opponuntur. Adhuc in cõtrarijs quidem existente susceptiuo, possibile inuicem transmutationem fieri, nisi alicui unum insit natura, uelut igni calidũ esse, etenim sanum potest ægrotare, & album nigrum fieri, & frigidum calidum, & ex studioso prauum, & ex prauo studiosum, possibile est fieri, prauus enim ad meliora exercitia ductus & rationes, & si aliquid modicum addat, ad melius esse, & siquidem semel paruam additionem accipiat, manifestum, quod perfecte utiq; transmutabitur, si ualde multam additionem accipiat, semper enim facilius mobilis ad uirtutem fit, & si quãcũq; additionem accipit, à principio, quare & uerisimile ampliorẽ additionem ipsum accipere, & hoc semper factum, perfecte in contrarium habitum restituitur, nisi tempore prohibeatur. In priuatione autem & habitu, impossibile inuicẽ transmutationẽ fieri, ab habitu enim ad priuationem, fit transmutatio, à priuatione aũt ad habitũ impossibile, neq; enim cecus factus aliquis, iterũ uidit, neque caluus existens, comatus factus est, neq; edentulus existens, dentes protulit.

In his ostendit opposita, secundum priuationem, & habitum, differre ab oppositis, ut contrarijs, atq; ab immediatis, & mediatis, quorum differentiam necessario prius accipit, ut ambo ostendat differentiam contrariorum, ad alias oppositiones, & primò separat oppositionem inter habitum, & priuationem ab immediatis cõtrarijs, de quibꝰ utroque modo mentionem fecit. s. de his quæ sunt in subiecto, & de his quæ dicuntur de subiecto, quando dicit, in quibꝰ nata sunt fieri, uel de quibus prædicantur, & exẽpla de his quæ sunt in subiecto attulit, sanitatem, & ægritudinẽ, quæ in corpore fiunt, & exempla de his quæ de subiecto dicũtur, dedit, impar & impar de numero, uel (ut prius dixi) in duo media diuidi de pari numero dici, nam species nõ dicũtur de generibus, tanquam de subiectis, sed differentiæ de subiectis speciebus prędicantur. Unde opposita secundum priuationem, & habitum, ab his contrarijs utroq; modo segregãtur, quia horum semper alterũ receptiuo inesse non potest. Nam semper corpus, uel rectè ualet, uel ægrotat, & numerus in speciebus uel in duo diuiditur, uel non diuiditur, sed priuatio, & habitus non sic se habent, quandoquidẽ necesse non sit, ut semper alterum susceptiuo insit, quando quidem non simpliciter opponebanẽ, sed quando nata idẽ inesse erunt. Nam catuli, quando nondum nati sunt, habere uisum, neutrum dicuntur, neq; uisum habere, neq; ceci esse, similiter etiam pueri cum nondum nati sunt, habere dentes, neq; dentes habere, neq; edentuli esse dicũtur, sed quãprimum nati fuerint habere, tunc dicentur uidere, uel ceci esse, & ĩ dicentur dentes habere, uel edentuli esse, differentia itaq; his, penes ipsum semper, & ipsum aliquãdo. Nam immediata contraria principio, mox habent distantiã, sed priuatio, & habitus, non statim habent distãtiam, sed eo tẽpore, quo aliqua aliquid habere nata sunt. Verũ si aliqua mox principio habitum habent, ceu cuncta animalia habẽt tactum, quæ si contingit ut à principio priuata sint ipso, et priuationem in principio habeant, tamen hoc modo erit uerum in omnibus, sed forte in his quæ à principio apta nata sunt, sed oĩa immediata contraria à principio haberi apta nata sunt, quare hoc erit discrimen, quòd omnia immediata contraria sic se habeant, sed oppositorum secundum priuationem, & habitum, quædam à principio sic se habeot, quædam uerò aliter, sed in contrarijs mediatis, non idẽ modus etiam sit oppositionis horum, & illorom, quæ opponũtur secundum habitum, & priuationem, quia mediatorum contrariorom, nũquam necesse est, ut alterum insit receptiuo. Nam necessarium non est, omne susceptiuum, albũ, uel nigrum esse, nam contingit flauum esse. Item neq; calidũ, neq; frigidum, quandoquidem fieri potest ut sit tepidũ, sed in priuatione, & habitu, aliquando necesse est, ut alterũ sit, nam ubi primum natum fuerit habere, tunc necessario uel priuatum est, uel habet habitum, sed cum mediatorum cõtrariorum, quædam sint, quorum alterum per naturã inest, ut igni caliditas, hæc etiam differunt ab oppositis secũdum habitum, & priuationem, quandoquidem in his determinate alterum insit, uelut niui albedo, & semper ex necessitate constat utrũq; ipsorum. Equidem in oppositis secũdum habitum, & priuationem, nullum determinatè & semper inest, sed incertum est aliquod illorum, nam nec uisus, nec cecitas, determinate euenit, differẽtia itaq; est inter opposita, secundum habitum & priuationem, & contraria penes ipsum, semper & ipsum aliquando. Nam differunt ab ipsis

immediatis contrarijs, quia illorum alterum semper necessario inest susceptiuo, ceu corp⁹, uel egrotat, uel recte ualet, sed oppositorum inter priuationem, & habitum, non semper ex necessitate alterum inest, in omnibus sic oppositis, licet in quibusdam aliquando hoc fiat. Nam catulus neutrum habet. Item differunt ab immediatis contrarijs, quia alterum illorum, neque susceptiuo inest necessario, sed horum oppositorum, inter habitum, & priuationem, necessario eorum alterum inest, quando natum est inesse, & quandocunque à principio aliquid inest, sed in illis hoc fit, quibus unum inest per naturam. Item differunt hęc opposita, per quandoque, & determinatè, nam in illis semper alterum omnino fit, sed istorum, quorundam aliquando alterum fit. Item illorum alterum determinatè inest, sed in his non determinatè, sed quodcunque contingit. Cum ergo dicat Aristotelis quòd necessarium erat omni inesse alterum, uidetur hoc quod apponitur, quibusdam obscuritatem facere, hoc scilicet omni, sed non sic se habet, sed per illud planam distinctionem innuit, quandoquidem in quibusdam necessarium sit, ut unum contrariorum insit, quando unum contrariorum insitum fuerit naturaliter, quod quidem non omnibus competit. Sed quid dicendum est, si à natiuitate fieret uisus in hominibus semper, nonne in his etiam erit habitus, uel priuatio semper? & sic ab immediatis contrarijs hęc opposita non differrent? Verum si quis dixerit, quòd sic opponuntur ut contraria mediata, quæ non apta nata sunt secundum habitum, & priuationem, opponuntur, nam neutrum ex necessitate inest, sed in his quæ apta nata sunt, ceu immediata, alterum inest ex necessitate. Soluit igitur hanc, & huiusmodi omnes alias dubitationes, apponendo alteram ipsorum differentiam, & dicendo, quòd contraria permutantur inuicē in receptiuis, nam habitus & priuationes, transmutari inuicem non possunt, nam cecitas ex uisu fit, sed econuerso minime. Vnde etiam Chrysippus, quæsiuit an illi dicendi sint ceci, qui dicuntur albugine suffusi, & possunt ope medicinæ uidere, ac etiam hi in quibus palpebræ clausæ sunt, & tamen uirtus intus existit, qui quidem assimilantur eis qui clausos habent oculos, & prohibentur uidere, propter quoddam uelamen, quo ablato non prohibentur uidere, quocirca, neque à priuatione in habitum, talis trāsmutatio fit. Vnde Aristotelis nunc accipit priuationem, qua quisque natus est cecus. Nam ex tali, regressus non est ad habitum, nam alia priuatio erat (de qua in physicis mētionem fecit) quam asserit esse causam eorum, quæ fiunt per accidens scilicet eam priuationem dixit, quæ est essentiæ absentia, in prima materia earum formarum, quæ in ipsa fieri possunt, ubi nihilominus considerat præsentiam formarum, secundum naturam existentem materiæ generabilium, sed hic priuatio in compositis iuxta dispositionem ipsorum, præter naturam accæpta est. Item priuatio sumenda est ea, quæ secundum naturam inest, nam oportet, talem esse distinctè à priuatione, secundum consuetudinem, quandoquidem à priuatione secundum consuetudinem, uelut a nuditate ad habitum, regressus fiat, ceu ad uestimentum, quo induimur. Verum Arist. nunc mentionem non fecit de his, quæ penes consuetudinem sunt priuationes, sed de his quæ sunt naturales, & in simpliciter orbatis. Equidem ait fieri transmutationē contrariorum, inter se, quando extiterit susceptiuum, nisi & unum alicui insit per naturam, ceu igni calidum. Equidem exempla de talibus accæpit, partim concessa, & manifesta, ue sanitatem, & ægritudinē. partim uerò dubia, ut studiosum, & prauum, nam (ut ait) quidam putant studiosum fieri a prauo, sed a studioso fieri, praue nequit, de quibus alterum adhuc tractat dicendo, nam si prauus ad meliora exercitia sese transferat, & passim, gradatimque adolescet, in eo exercitio, tunc in fine maxime idoneus fact⁹, transmutabitur, & ita euadet in contrarium habitum, nisi tempore impediatur, uel tempus assumendo, uel si interea morietur, uel omnino fiat senex. Nam talis, additionem perfectam non habebit, nam hoc in modo id Aristo. probauit de Stoici econtrario non concedunt id, nam aiūt uirtutem non esse amissibilem, itaque aut Arist. accæpit cōmunius studiosum qui nondum perfectas uirtutes habet, sed eum qui secundum indolem, uel meditationem etiam perfectus est, aut accæpit studiosum secundum solam rationem, nisi fortè sic moueri ad uirtutem dixerit, ut superioribus dixit ad magnam passionem, uel ægritudine corporali, cum obliuio fit, quia tum difficiliter, & non facilè hæc accidunt, nam idem etiam in libris de morib⁹ testatur, uirtutem esse maximè permanentem. Verum illud quod omnibus accidit, hoc est. Nam si in contrarijs cū fuerit receptiuum potest fieri transmutatio eorum adinuicem, nisi unum insit alicui per naturam, sed cum habitu, & priuatione, trāsmutatio fieri adinuicē nō possit, patet aliā esse oppositionē cōtrariorū, & aliā sm habitū, et priuationem. Itē illud manifestū fit, quod neque contrarijs immediatis, neque habentibus determinatum unum secundum naturam, ea quæ opponuntur secundum habitum, & priuationem, eadem sunt. Sed his prius sumptis, facile Nicostrati dubitationes diluere possumus, qui tradit hanc differentiā non esse exactè assignatam, quandoquidem neque contraria inuicē semper transmutentur, quia studiosus prauus non fit, neque eis priuatio est intransmutabilis, ad habitum, nam ex illuminato, & armato, & induto, fiet obscurum, inerme, & nudum, & econuerso, ex priuationibus habitus fiunt, itaque absurdum est hæc segregare, per ea quæ ambobus communiter insunt, & hæc alteri tribuere, & alia reliquo. Sed ad hoc, facile dicendum est, quòd rectè accæpimus uirtutem amitti non posse. Nam Theophrastus de transmutatione ipsius, sufficienter demonstrauit, & Aristo. uidetur non humanum esse, abijci non posse. Item Stoici in melancholia, & occasionibus, & letargijs, atque in pharmacis, concedunt abiectionem fieri, cum toto habitu rationali, & ipsa uirtute, quæ contra malitiam non est introducta, sed firmitate relaxata, in quam ueteres medium habitum dicunt esse. Hæc itaque sic se habent, cæterum absurdum est, ex priuationibus secundum consuetudinem, argumentari priuationem in habitum transmutari (ut ait) nam quod nondum prandet, & inermis est, secundum cōsuetudinem in priuatione, facilè transmutatur ad habit⁹, quādoquidem prandeat, & armatus fiat. Sed Aristo. habitū & priuationem accepit, non in his quæ sunt ex consuetudine, sed in naturalibus, in quibus etiam propriè oppositio secundum habitum, & priuationem dicitur, itaque sic dictis Aristo. utimur aduersus Nicostratum, nam in libro de oppositis (ut inquit) aliæ sunt priuationes eorum, quæ secundum naturam dicuntur, & aliæ eorum, quæ in consuetudine fiunt, & aliæ prędicantium, & alię quorundam aliorum. Equidem cecitas est priuatio eorum, quæ natura insint, & nuditas eorum quæ sunt in consuetudine. Equidem argenti priuationes, eorum quæ in usu, ueniunt. Sūt etiam aliæ plures priuationes, quarum priuationum, ad habitus non est regressus, & quædam sunt quarum est regressus. Cum igitur multi sint modi priuationis, & unus sit priuationis secundum naturam, quæ est inter contraria secundum naturam, itaque non oportebat ex alijs modis, rationem, sermonem Aristotelis refellere. Vnde cōpletum sermonem de priuationibus ex libro Arist. & Chrysippi, haurire possumus. Verum Iamblicus, etiam quædam scripsit, quæ sic se habent, cum multipliciter ipsum habere dicatur (ut iam ostendimus) priuatio extenditur ad omnia significata ipsius habere, sed non amplius ad omnia contraria, nam amissio, fortè priuatio est, quare priuatio huius mali, non fieret, quia neque perditio mali, uel nociui fiet, sed boni, & utilis. Non enim qui ab ægritudine, uel paupertate liberatus est, dicetur priuatus esse ægritudine, uel paupertate, sed magis qui sanitate, uel diuitijs spoliatus est. Equidem boni cecitas est priuatio, nam uisus est bonum,

& nuditas

& nuditas est priuatio indifferentis, quandoquidem uestimentum sit indifferens. Item neq; bonum, neq; malum, qa priuatio nulla est bonum, sed uel malum, uel indifferens. Itē bonorum priuatio, fiet uriq;, uel omnium, uel plurimorum. Vnde Aristo. non asserit eorum bonorum esse & electionis priuationem, quæ in anima sunt, nam nullus dicit aliquem esse iustitia priuatum, & asserendo q nullus assequitur scientiam, subiunxit ab eadem conceptione, itaq; priuationes fiunt magis diuitiarum, opinionis honoris, & talium, ac maxime eorum, quæ uocant bona circa passiones, quocirca etiam misericordia, & commiseratio, pluribus priuationibus insunt. Verum Aristo. oppositionem naturalium priuationum, nunc comparauit ad oppositionem contrariorum. Sed hæc satis dicta sint. Deinceps transit ad oppositionem contradictionis, assignando differētiam ipsius, ad alias oppositiones, & sic dicit.

Quæcunq; autem, ut affirmatio & negatio opponūtur, manifestum, quod secundum nullum dictorum modorum opponuntur. In solis enim his, semper necessarium, hoc quidem uerū, hoc autem falsum existere, neq; enim in contrarijs necessarium semper alterum uerum esse, alterum autem falsum, neq; in his quæ ad aliquid, neque in habitu, & priuatione, uelut sanitas, et ægritudo contrarium, & neutrum, uel uerum, uel falsum est. Similiter autem & duplum, & dimidium, ut ad aliquid opponuntur, & neutrum ipsorum est uel uerum, uel falsum, neq; etiam quæ secundum priuationem, & habitum, dicta uelut uisus, & cecitas. Totaliter igitur quæ secundum nullam complexionem aliquod dictorum, neque uerum, neque falsum est, omnia autem dicta, dicuntur sine complexione. Quinimmo maxime uidebitur utique quod tale, accidere in contrarijs dictis secundum complexionem, ægrotare enim Socratem, ei quod est sanum esse Socratem, contrarium est, sed non in his semper necessarium alterum quidem uerum, alterum autem falsum esse, existente quidem enim Socrate, erit hoc quidem uerum, hoc autem falsum, non existente autem ambo falsa, neque enim ægrotare Socratem, neque sanum esse uerum est, ipso Socrate non existente, totaliter. In priuatione autem, & habitu, non existente totaliter, neutrum uerum, existente autem, non semper quidem alterum uerum, alterum autem falsum, uisum enim habere Socratem, ei quod est cecum esse, opponitur, ut priuatio, & habitus, & existente quidem, non necessarium alterum uerum esse, uel falsum, quando enim nondum natus est habere, ambo falsa: non existente autem totaliter Socrate, & sic falsa ambo, & uisum habere ipsum, & cecum esse ipsum. In affirmatione autem, & negatione semper, siue sit, siue non sit, alterum erit falsum alterum erit uerum, ægrotare enim Socratem & non ægrotare, existente ipso, manifestum, quod alterum ipsorum uerum, alterum autem falsum, & non existente. Similiter ægrotare quidem enim, non existente falsum non ægrotare autem, uerum. Quare in solis his, erit utique proprium alterum ipsorum semper uerum, uel falsum esse, quæcūque ut affirmatio, & negatio, opponuntur.

Quod itaq; hæc inter opposita sint, & q maximè opponantur, manifestum est, nam inuicem sese maximè destruunt, & simul esse non possit. Nam uniuersalis negatiua, particulari affirmatiuę, & uniuersalis affirmatiua, particulari negatiue, opponitur. Verum Stoici putant sola negatiua opponi affirmatiuis, & differentiam ipsorū, ad alios modos oppositionum, planè traditur, eò quòd in sola ista oppositione secundum contradictionem altera propositionum est uera, & altera est falsa. Vnde accipiunt propositiones quæ propriè opponuntur, ut in libro de interpretatione determinatur, sed in alijs oppositis, hęc non diuidūtur. Nam contrariorum non est unum uerum, & alterum falsum, neq; eorum quæ ad inuicem dicuntur, neq; eorū quę sunt secundum priuationem, & habitum, alterum dicitur esse uerum, & alterum falsum, quod quidem per exempla persuadetur, ac etiam ostensiue sic persuaderi potest, nam quæ tribus modis opponuntur, sine complexione dicuntur, sed quæ sine complexione dicūtur, neque uerum, neq; falsum significant, quandoquidem uerum, & falsum, semper in propositione sint, & omnis propositio est oratio, & oratio in complexione quorundam uersatur, & aliorū nullum sm cōplexionē dicitur, sed simplicia sunt, uelut albū, nigrum, duplum, dimidium, uisus, cecitas, itaq; illi tres modi oppositionis, neq; uerum, neq; falsum indicant. Deinde cum dixisset, neq; in contrarijs semper alterum esse uerum, & alterum falsum, necessario, primo quidem non ita dixit, q non necessarium tanquam contrarijs diuidentibus, uerum, & falsum secundum se, sed dixit quod quidem deinceps notauit, uidebitur, utiq; tale accidere scilicet uerum, & falsum diuidere in contrarijs dictis, secundum complexionem. Equidem talia sunt, in quibus de eodem contraria prædicantur, uelut Socratem ægrotare, & Socratem sanum esse. Nam ægrotare, & sanum esse, sunt mediata contraria, & hæc secundū res significant, & sunt solum dictiones, quæ si cōnectantur oratio fit, & alia fit uera, & alia falsa, sed fieri potest, ut hæc primò, neq; contraria dicantur, sed de eodem prædicari contraria. Nō idē est contrariorum susceptiuum. Si igitur eius quod est Socratem ægrotare, & eius quod est Socratem sanum esse, nihil est susceptiuum, itaque hoc non erunt contraria, & si aliquis hæc contraria esse concesserit, tunc neutrum sic se habebit, ut alterum eorum sit uerum, & alterum sit falsum, nam Socrate existente, hoc erit uerum, & hoc falsum, non existente autem, ambo erunt falsa. Nam id qđ non est, neque ægrotare, neq; sanum esse, rectè dicetur. Equidem contradictio semper diuidit, uerum, uel falsum, siue Socrates existat, siue non existat, nam de non existēte hæc negatio uera est scilicet Socrates non sanus, & hęc Socrates non ęgrotat, nam ægrotare non est idem ei quod est sanum esse, sicut neq; non uidere, nō est idem ei, quod cecum esse. Equidem de pariete uerum est dicere illum nō esse sanum, neque uidere, ęgrotare autem ipsum, & cecum esse, falsum est. Hæc quoque dicenda sunt in habitibus, qui habent priuationem, & habitum, secundum complexionem, nam in his uerum & falsum diuidi uidetur, non tamen certè diuiditur, sed non existente, ambo sunt falsa scilicet uidere, & cecum esse. Sed existente, non est necessarium alterum, quando præsertim non fuerit aptum natum suscipere, ceu in pariete, uel nondum aptum natum, ceu in catulo, sed in contradictione, siue aliquid existat, siue non existat, & aptum natum sit, semper alterum uerum, aut falsum est, sicut prius diximus. Hæc igitur diligenter ostensa sunt, sed quomodo de Socrate dicimus, inqt, quādo nondū natus est, habere uisum, quòd ambo falsa sunt, uidere scilicet & cecum esse. Nam simul quando genitus est Socrates, natus est uidere, & confestim in ipso est, ut uerum sit hoc, aut falsum. Verum respondent ad hoc, q Socrate in exemplo contrariorum, & oppositorum, secundum affirmationem, & negationem, post quòd transit ad priuationem, & ad habitum, catulum pro catulo usus fuit, ad quem etiam refert illam determinationem, de his quę à natiuitate neutrā habent dispositionem, cupiens ostendere, omnia eodem exemplo, perinde ac hoc magis scire faciat, quando fuerit possibile. Proinde (ut cōsueuit) exempla contemnit. Item aiunt, quòd forte neque homo à principio habet uisum, sicut habet tactum, neque ipso utens, mox uidet, donec aperiat palpebras obstetrix, & detegat, sed secundum tactum, mox cum infans deuenerit in exteriorem aerem, quem secundum tactum tanget, plorabit, quod si de hoc congruit dicere, q statim quando natus est ipse, de ipso ambo falsa sunt manifestum est igitur, quòd so

sa diuidunt uera, uel falsa, quæcūq; ut affirmatio, & negatio, opponuntur, quod si hoc uerum est, differt ab alijs tribus speciebus oppositorum, sed Stoici affirmāt, quòd nullum eorum quæ secundum negationē dicuntur, alicui est contrarium. Nam esset hoc modo, uirtuti contraria, non uirtus, & malitię contraria, non malitia, cum sub non uirtute malitia, & pleraq; alia cadant. Etenī non uirtus, de equo lapide, & de omnibus, in quibus non est uirtus, dicitur, & sub ipsa non malitia, & nō uirtute, atq; alijs omnibus, hęc cadent, erunt igitur omnia uni contraria, & eadem uirtuti, & malitiæ contraria. Item sic, non uirtus contraria est malitiæ, sed non malitia etiam accidet studiosis, & prauis, media contraria esse, quod quidem absurdum est, maximè si eadem forent, ac non erit alterum duorum cōtrariorū, sub quo omnia quę cadunt qualitatis erunt, ceu sub uirtute, & malitia sed sub suo qualitatis, & qualia tradūt, ceu sub uirtute, & non malitia, nam sub eisdem qualitates, & qualia, et actiones, & quodcūq; est, cadunt, sed hoc non euidens est. Hoc igitur modo, à Stoicis determinata sunt contraria, & contradictione opposita. Deinceps Nicostratus dānat etiā hæc, perinde, ac non sit proprium eorum, quæ secundū contradictionem opponuntur, diuidere uerum, & falsum, nam hoc non solum neq; omnibus contradictorijs inest, nō solum quidem inest, quia etiam orationibus quib9 periuria, atq; abiuramenta fiunt, inest ex necessitate, ut alterum sit, ceu per Mineruam hæc feci, & ne per Mineruam feci. Item conuenit orationibus, quibus miranda proferuntur, ut bonus pitata, & orationibus exprobatiuis, ceu prauus est, & non prauus est, igitur non solis inest hoc ꝯtradictorijs, immo neq; omnibus. Nam propositiōes ad futurum tempus declinantes, neq; ueræ sunt, neq; falsæ ob naturam cōtigentis, nam neq; erit classis. Verum neq; nō erit, cum utrūq; esse possit. Sed ad hęc dicent respondere posse, quòd cū quatuor sint opposita, hoc est proprium unius, quod non aduersus oīa, sed aduersus tria tradidit. Nā cū dixit quatuor unum diuidit uerum, & falsum, non secūdum unam uicem asseruit, sed hoc in solis oppositis fecit, sed sine his dicūtur hæc soluta esse, implicationib9 diffinitionis dignitatis definientis dignitatem, quæ est de quolibet, aut uerū, aut falsum est. Nam oratio iurandi, nec uera nec falsa esse potest, sed uere iurare, uel periurare, uerisimile in iuramētis. Eodem in ipsis, neq; uerum dici, neq; falsum potest, quāuis de ueris aut falsis, aliquis iurauerit. Item oratio admirandi abundat admiratione præter dignitatem, & oratio uituperandi, abūdat permanentia, quæ neq; uera est, neq; falsa, sed similis ueris uel falsis. Sed de solutiones Stoicorum, sint diligenter iusta solertiam eorum traditæ. Verum latius sermonem efficere oportet, nam oratio iurandi per Mineruam, neque uerum, neq; falsum significat, sed semper complexum propositionis uerum uel falsum significat, nā si uera fuerit propositio, facit rectè iurare, sed non uerum dicere, nam propositio iam uerum habet, sed coniunctum cum illa mentitur, & cogit periurare non mentiri. Item oratio, admirandi, copulatur cum propositione, ceu in illa, bonus pitata, est, similiter etiam oratio uituperādi, se habet, cum propositiones habuerunt uerum uel falsum. Sed de contradictionibus secundum futurum temp9, Stoici eadem probant, quæ etiam in alijs dixerūt, nam sicut de præsentibus, & præteritis opposita, ita etiam de futuris, & partes ipsorum se habebunt, nam aut ipsum erit, uerum est, aut ipsum nō erit, si oportet propositionem ueram, uel falsam esse, nam determinantur secundum eadem futura, & si quidem erit crastina classis, erit uerū dicere, quia erit, si autem non erit, certe falsum erit dicere, quia erit, uel non erit ergo alterum uerum, uel falsum significat. Sed Peripatetici aiūt contradictionem in futurum, ueram uel falsam esse, sed quòd utraque pars earum, erat uera, & quòd utraq; sit falsa, comprehendi non potest, & natura instabile est, nam nihil prohibet contradictionem dici scilicet uel erit, uel nō erit, cū utraq; contineatur in ipsa, ceu erit, uel non erit determinate. At in præsenti, & præterito tempore, iam est uera uel falsa, sed quæcūq; de futuro enuntiantur, non sunt iam uera, uel falsa, sed erunt talia, uel talia. Hæc igitur sufficiant contradicta Nicostrati. Cæterum completo sermone Aristotelis de differentia oppositorum, utile erit etiam Architæ dicta de ipsis in libro de oppositis conscribere, quę fuerunt exemplaria, & origo dicendorum etiam maxime, ga neq; diuus Iamblicus ex hoc libro suis libris inseruit, & forte hic liber, non peruenit ad ipsum, nam non prætermisisset ipsum, quippè qui librum Aristotelis de oppositis uiderat, sic itaq; Architas inquit. Res itaq; inuicem opponi dicuntur, secundum legem & naturam, alia quidem ut contraria, uelut bonum, malo, & sanum, ægroto, & uerum, falso, quædam autem ut habitus priuationi, ceu uita, morti, & uisus, cecitati, ac scientia, obliuioni, & quędā ut ad aliquid, aliquo modo se habentia, ceu duplum, dimidio, princeps, subdito, & dominus, seruo, quædā uerò ut affirmatio, & negatio, ut hominem esse, ei quod est non esse, & studiosum esse, ei quod est non esse, & cum exposuisset sic quatuor oppositiones, subiungit hæc de differentia ipsorum. Differunt autem hæc adinuicem, quia contraria quidem nō necessario simul fiūt, neq; simul corrumpuntur, nam sanitas ægritudini contraria, & quies, motui, sed neq; sanitas, cum ægritudine simul existit, neq; quies motui, neq; etiam simul fit, neq; corrumpitur utrūlibet ipsorum, sed habitus generationis, & priuatio, differunt ab his, quia contraria transmutari inuicem nata sunt, ceu sanum, in ægrotum, & ægrum, in sanum, & acutum, in graue, & graue, in acutum, sed priuatio, & habit9, aliter se habent, quia habitus mutatur in priuationem, sed priuatio, non in habitum, nam animal moritur, sed mortuum non reuertitur ad uitam, & uniuersaliter habitus est continentia eius, quod est secundum naturam, & priuatio est, defectus eius, quod est secundum naturam, sed ea quę sunt ad aliquid, necessarium est, ut simul fiant, & corrumpantur, nam fieri non potest, ut duplum sit, et non dimidium, uel dimidium esse, & non duplum, & quandoq; fit simul, duplum, & dimidium, & quotiēscūq; corrumpitur duplū, simul etiā dimidium corūpitur. Equidē affirmatio, & negatio, sunt magis species orationis, & magis significatiua ueri, uel falsi. Nam esse hominem, est uerum, quando extiterit, & falsum, quando non extiterit, eadem autem ratio fit etiam de ipsa negatione, nam ipsa uera, uel falsa fit, penes rem significatam, uera quidem quando extiterit, falsa autem, quando non extiterit. Item bono, & malo, aliquod medium, quod neq; bonum, neq; malum est. Item inter paucum & multum, medium est, mediocre, & inter tardum, & uelox, equè uelox, sed inter habitum, & priuationem, nullum est medium, nam uitæ, & mortis, ac uisionis & cecitatis nullum intermedium est, nisi aliquis dicat animal esse intermedium uitæ, & mortis, quando nondum factum est, similiter etiam catulum esse intermedium eius, qd est cecum esse, & uidere, qui nondum uidet, qui ergo sic dixerit, per accidens assignabit medietatem, & non secūdum proprium terminum contrarietatum, opposita autem ad aliquid, suscipiunt medietates, nam intermedium domini, & serui, est liber, & intermedium maioris & minoris, dicitur esse æquale, & intermedium lati, & stricti, est coherens, & sic aliorum contrariorum inuenietur aliquod medium, nominatum, uel innominatum, sed inter affirmationem & negationem, nullum medium est, ceu inter hominem esse, & non esse hominem, & esse musicum, & non musicum, & uniuersaliter necesse est ei qui de aliquo aliquid profert, de eodem affirmare uel negare aliquid, affirmare quidem, quando significat aliquid inesse, ut homini musicum inesse, & equo pugnatorem esse, similiter negare aliquid ei inesse quando non esse aliquid significat, ceu nō esse hominem, uel non esse equum, uel quando non coexistit aliquid huic, uelut non esse hominem musicum, uel nō esse hominem musicum, uel non esse equum bellicosum.

Equidem inter affirmationem, & negationem, nullum medium est. Hæc igitur etiam Architas de differentia opposi torum adinuicem scripsit, & naturam ipsorum simul etiam diligentec ostendit q. etiā Arist. sequutus est, in suis dictis, ut ex eis liquet. Postremò Aristo. subiungit quandam differentiam contrariorū, quam etiam Architas tradidit, post quam etiam aliam, quam contrariorum affert. Et sic se habent ea quæ Aristo. subiungit.

De contrarijs.



Ontrarium autem, est bono quidem, ex necessitate malum, hoc autem palam inductione in singulis, uelut sanitati, ægritudo, & iusti tiæ, iniustitia, & fortitudini: timiditas. Similiter autem, & in alijs, malo autem, quandoq; quidem bonum est contrarium, quandoq; autem malum, defectui enim, qui est malum, cōtrariū est excessus, malus existens, similiter autem, & medietas contraria utrique existens, bonū est. In paucis autem quod tale uidebit, utiq; aliqs, in pluribus autem, semper malo, bonum contrarium est.

Cum dixerit de contrarijs, subiungit hæc quæ sunt utilia, ad uniuersam prædicamentorum considerationem, & ad inuentionem locorum. Et sunt hæc, q bono semper malum est contrarium, & malo aliquando bonum, & aliquā do malum est contrarium. Secundum quoq; est, q non necesse est ubiq; ut sit alterum cōtrariorum sit, & alterū sem per sit, quandoquidem hæc non semper in indiuiduis fiāt. Tertium est, quòd cōtraria sunt circa idem subiectum, uel genere, uel specie. Quartum est, quòd contraria uel in eodem genere sunt, uel in contrarijs generibus, uel ipsa genera sunt, sed horum primi modi scilicet quòd bono malum ex necessitate sit cōtrarium, per inductionem fidem fecit, nam per sanitatem, & ægritudinem, ac per iustitiam, & in iustitiam, uniuersaliter probauit. Quod uerò malo quādo que bonum sit contrarium, & quandoq; malum, ex his quæ secundum defectum, & excellentiam se habent, mediatarem syllogismo conclusit, nam defectui medietas cō traria sit, & excessus, ceu timiditati fortitudo, & audacia, & frigiditati corporis, ac incommensurationi complexio, commensurata est, & callidor opponitur, unde in libro de oppositis, adiecit istos modos contrarietatum, & oppositionum, nec bonorum, nec malorum ad ea quæ neq; bona, neq; mala sunt, sic dicendo album nigro, & dulce amaro, acutum graui & motui, statio, opposita sunt. Sed quomodo unum uni contrarium esse uidetur, quandoquidem nunc dicat duo esse contraria malo scilicet bonum, & oppositum, malum, ut audaciæ, fortitudo, & timiditas, & bono duo mala uidentur contraria, ut fortitudini, audacia, et timiditas, & medietati, excessus, & defectus. Sed ad primum dicendum est, quòd si secundum idem audaciæ unū que opponeretur, profectò sermo absurdus esset, sed si bonum opponitur malo, ut malo, & commensuratum incom mensurato (ut tale) tunc unum uni erit contrarium, similiter etiam si excessus audaciæ, opponitur defectus timiditatis, nihil profectò erit inconueniens. Ad secundum quoque dicendum est, quòd omne est contrarium bono, ut bono, & illud est malum, similiter etiam cōmensurato, ut cō mensurato, unum est contrarium, incommēsuratum, quod quidem communiter, & in excessu, ac defectu, consideratur. Non enim excessus, & defectus (ut talea) opponūtur ad commensurantur. Etenim & affectiones, quatenus sunt diuisibiles, quantæ sunt. Item Aristotelis insinuat opposi tionem, quæ est secundum aliud, & aliud, dicendo malo aliquando bonum est contrarium, aliquando malum. Nō enim idem est hoc, cum illo bonum, & malum, sed magis cum hoc dicto, partim bonum, & partim malū, quare duo contraria extrema tantum sunt, & alterum extremum secundum quantitatem, & medium, secundum qualitatem, ut, commensuratum incōmensurato, nam medium est quā cum, quod non extremo contrarium, ut quantum, quandoquidem non plurimum distant secundum quantum, sed media, ut unum, ambo extrema contraria sunt. Nam ut incommensuratum, ad commensuratum, & ut malitia ad uirtutem, sic. Hic quoq; Nicostratus repræhendit unum, quia contrariorum diuisio, imperfecta est, quandoquidem non adiecerit, indifferens cōtrarium esse, indifferenti, quod quidem in libro de oppositis, adiecit, dicendo, esse quēdā modum oppositionis, qui nō est bonorum, nec malorum, ad ea quæ nec bona, nec mala sunt (ut diximus prius). Verum indifferentia ipsa, non uocauit (ut existimo) quia hoc nomen indifferentre, est nouum, à Stoicis impositum. Sed hic de illis mentionem non fecit, quia dubium erat, ne forte nō solum indifferens indifferenti, sed etiam indifferens, malo opponeretur, sicut etiam artificiale medium, uidetur contrarium esse, ei quod sine arte malum est, ac sobrium esse, aduersari ei, quod est ebrium fieri, iterum bono, mediū est cōtrarium, ceu uti uino, quo aliquis sobriæ uti potest, sed hæc non est mutua acceptio. Nam in artificiale, mediū est, siquidem etiam de pueris dicitur. Item sobrium esse, duplex est, alterum bonum, & alterum medium, ceu quando significat, non uinolentum, esse, & ebrium fieri, est malum, & medium est, quando significat usum uini, & sic media medijs, & bona malis, apponi conuenit, quæ quidem cum sint, ac exacta inquisitione reliquisset, absurdum fecit, sed mentionem uniuersaliter de ipsis faciendo, uel inquirēdo, longiorem doctrinam fecisset, quam par sit introductioni. Item Nicostratus damnat alterum, quandoquidem summo pere nitatur ostēdere, bonum bono contrarium esse. Nam nequit prudentem deambulationem, cōtrariam esse, imprudenti, & prudentem uoluptatem, aduersari, prudenti tristitiæ, & alia huiusmodi, quæ quidem, cōtrario modo dici uidentur. Arqui contraria non conferunt, atq; concurrūt ad unam intentionem, & unum finem ambo prudenter facientis, non inducunt, quod si in his prorsus est contrarietas, ceu non boni ad bonum, tamen ut ad mediū ad mediū, erit contrarietas, quandoquidem ambulatio (ut ambulatio) quieti, & uoluptas (ut uoluptas) non opponitur tristitiæ. Sed quispiam quæret, cur malo, malum, & medium medio opponitur, & minime bonum bono? Cui dicendū est, quod bonum est unum, & simplex, & malum uarium, ut igitur ubiq; contingere, secundum unum sit, secundum factum ad scopum, & non fortiri, & non consequi secundū multa sit, nam secundum excessum, & defectum, illud sit, sic etiam bonum, cum sit unum, sibimet non aduersatur, sed malum cū sit uarium, & multiplex, sibimet aduersatur, medium quoq; neq; ipsum, ut medium cōtrarium sit, sed sua pte natura medium est, nam sicut album nigro, & dulce amaro, opponitur, sed malum non secundum aliud, sed secundum excessum, & defectum, quo incommensurata, & mala aliqua sunt, sed quemadmodū duo uera, inuicem non opponuntur, sed duo falsa opponūtur inter se, ceu omnis, & nullus in unum contingenti, sic & bonum bono non repugnat, sed malū malis repugnat, quocirca administratio rei familiaris, & liberalitas, inter se non repugnant, quāuis illa pecunias seruandas esse iubeat, & alia paruifacere. Verumtamen, ambę tempori inseruientes, cum copulantur in bonum, audacia uerò, & timiditas, inter se pugnant. Vnde hanc differentiam contrariorum Aristotelis sequut? Architam, adiecit. Nam ille sic in libro de oppositis scripsit, ampli? sunt tres differentiæ contrariorum. Nam quædam ut bonū malo opponūtur, ceu sanitas ægritudini, quædam autem ut malum malo, ceu auaritia prodigalitati, quędam ut rō ut neutrū neutro, ceu album nigro, & graue leui ubi ipse uocat neutrū, quod à iuniorib? uocarut indifferens, sicut etiam Aristotelis negationem extremorū ipsam, neq; malum, neq; bonum uocauit, & inquit, in paucis uideri posse, mali ad malum contrarietatem, nam in illis solis, in quibus

bonum, immediatè cõsideratur, id fieri potest. Equidẽ malum in excessu, & defectu, atq; in eisdem ipsis ambo, ceu unum malo ad bonum, opponitur. Sed quærẽdũ existimo, nunquid omne bonum, habens oppositum malum, consideretur in mediocritate, & omne malum citra mediocritatem? Quod si hoc conceditur, ergo non est in paucis oppositio mali, ad malum, nam incommensuratio fit secundum excellentiã, & defectum, quæ inuicem opponuntur ut mala, uel ut plura, & hæc non sic se habent.

Adhuc autem contrariorum, non necessarium, sit alterum sit, & reliquum esse, sanis quidem omnibus, sanitas quidẽ erit, ægritudo autem non. Similiter autem, & albis existentibus omnibus, & albedo quidem erit, nigredo autem non, adhuc si Socratem sanum esse, ei quod est Socratem ægrotare, contrarium est, nõ contingit autẽ simul ambo eidem inesse, non utiq; continget altero cõtrariorum existente, & reliquũ esse, existente enim eo quod est Socratem sanum esse, non utique erit hoc, quod est ægrotare Socratem.

Secundam contemplationem de contrarijs esse tradit, qua prius usi fuimus, tractans ea differentiam contrariorũ, contra ea quæ sunt ad aliquid, quia in contrarijs sine complexione, non necessarium est, si alterum sit, & reliquum esse, nam si sanitas est, non necesse est ægritudinẽ, sed quæ sunt ad aliquid, simul existunt, & in contrarijs quæ simul comprehenduntur, hæc sunt indiuidua, & quando dico Socratem sanum esse, & Socratem ægrotare, in his non contingenter, sed alterum necessario existit. Vnde horum primum, secũdum suppositionem Aristo. scilicet omnes sanos esse, & omnes albos esse, quibus significat contraria sic se habere, ut unum non pendeat ex altero, sicut se habẽt ea quæ sunt ad aliquid. Verum quicunq; principia cõtraria ponebant, hoc non concedebant, siue sustini Heraclitici, nã si alterum contrariorum assumetur, omnia occulta euaderent, & perirent, propter quòd Heraclitus accusabat Homerum dicentem.

Vtinam ex dijs, hominibusq;, contentio periret.

Nam omnia perirent ait, & in sequentibus hoc non ostendit scilicet non simul contraria in mundo existere, sed ostendit, quia non simul Socrates potest ægrotare, & sanus esse, quãquam nihil prohibeat, ut alius ægrotet, & alius sanus sit, sed si aliquis hunc sermonem uoluerit consonare præcedenti, sic illum accipiet, nam si non contingit Socratem simul sanum esse, & ægrotare, neque aliquem alium simul ægrotare, & sanum esse. Si igitur secundum suppositionem omnes sani fuerint, itaque alicubi non erit ægritudo. Deinde cum dicit, circa idem numero contraria non fieri, quidam obijciunt, uoluptatẽ, & tristitiam simul fieri, dum bibunt dulce in uino, nisi primo id non fiat secundum idem, sed tactus leditur, & gustus delectatur. Deinde quòd delectatio tristitiæ simul fit in sitiente, & bibente, Plato ostendit dicendo. Si quid memini, quod non sunt hæc bonum, & malum, quandoquidem neq; contraria sunt. Verum Iamblicus extendendo sermonem ad omnia contraria, quædam misceri ait, ut album, et nigrum, in fusco, & dulce, amarum, in absynthio, & quædam esse immixta, ut sanitatem, & ægritudinẽ, quãuis medici miscent hæc in quadam tertia consistentia, neutra appellata. Item ait, contrariorum quæcũq; aliquod unũ generant, aliud est productum, ubi aliud magis est, quam generans, & alterum est minus, ut fuscum, et alicubi est magis ambobus, tanquam ex maiori & minori compositum, & alicubi ambobus est, minus, ceu illud quod ex recto, & curuo constat, nam recto minus est rectum, & curuo minus est curuum.

Palam autem, quod & circa idem, uel specie, uel genere, nata sunt fieri contraria, ægritudo quidem enim, & sanitas, in corpore animalis, nata sunt fieri: albedo autem, & nigredo, simpliciter in corpore, iustitia aũt, et iniustitia, in anima hominis.

Cum loquutus sit de mediatis, et immediatis contrarijs, usus etiam fuit hoc scilicet in quo nata sunt fieri, uel de quibus prædicari, proinde docet, quæ sint illa in quibus nata sunt fieri contraria, & cum tripliciter idem dicatur scilicet idem genere, idem specie, idem numero, dicit cõtraria fieri circa eadem genere, & specie. Equidem quando accipimus corpus simpliciter, circa quod albedo, & nigredo, contraria sunt, tunc idem genus accipimus, si uero accipimus corpus animalis, in quo ægritudo, & sanitas, tũc speciem accipimus, ut genera, & si quidem fuerint omnes naturæ eædem genere, erunt circa ipsas contraria, rationale, & irrationale, si uerò fuerint animæ humanæ eædem specie, tunc erunt circa ipsas, uirtus & malitia, sed circa idẽ numero contraria fieri, non subiũxit. Verum quidem hanc prudentiam determinare, ceu illam Solonis, contrarium esse suæ imprudentiæ, si fieret. Item aiunt huius sanitatẽ, eiusdem ægritudini contrariam esse, sed non quãuis cuicũque. Vnde Iamblicus sequendo inquit, non dici secundum demonstrationem, hanc prudentiam huic imprudentiæ contrariam esse, sed media contraria sunt, prudentia, & imprudentia, & quãuis in aliquo indiuiduo contraria determinata dicerentur tamen cõtraria essent, secũdum relationem ad media. Nam cur magis huius prudentia, uel illius imprudentia, contraria? Verum forte etiam in his est quædã oppositio, siquidem uirtutes & malitiæ, tribuant animabus sanitates, & morbi tribuantur corporibus, sed quomodo Aristote. non dixit circa idem numero, non fieri contraria? quandoquidem hoc esset proprium substantiæ, ut cũ una, & eadem numero maneat, contrariorum sit susceptiua? Nisi Aristo. uelit non quod subijcitur cõtrarijs, non esse unũ numerò, sed forte tanquam dictum in sermonibus de substantijs manifestat, non illud prætermisit, uel si forte contraria fiant in indiuiduis, tamen non quatenus indiuidua, habent contrarietatem. Non enim quia hæc prudentia, et hæc imprudentia, sed quia prudentia, imprudentiæ, sunt contraria, sic habent contrarietatem, quo pacto dictum Iamblici, colligendum est, quia manifestum est, quòd circa idem genere, & idem specie, non solũ fiunt contraria, sed etiam sunt simul, & possunt in alio, & alio consistere, sed circa idẽ numero nõ possunt esse sil', sed uicissim.

Necessarium autem, omnia contraria uel in eodem genere esse, uel in contrarijs generibus, uel ipsa genera esse, album quidem enim, & nigrum, in eodem genere, color enim ipsorum genus, iustitia autem, & iniustitia, in contrarijs generibus, illius quidem enim uirtus; huius autem malitia, genus, bonum autem, malum, non sunt in genere, sed ipsa quorundam genera existunt,

Tradit quartum Theorema, contrariorum, quòd omnia contraria, uel sunt sub eodem genere, sicut album, & nigrum, sub colore, uel sub contrarijs generibus, sicut iustitia, & iniustitia, & uirtus & malitia, quæ sunt genera, uel ipsa contraria sunt genera, sicut bonũ, & malum, quæ sunt genera, & non in genere, cuius diuisionis Nicostratus tertium mẽbrum accipiens, negat illud esse, quandoquidem non sint aliqua contraria, quæ sint solum genera, & non species alicuius, uel aliquorum. Equidem bonum & malum, sub qualitate ordinantur, & sub dispositione, uel habitu. Item omne cõtrarium, ordinabitur sub aliquo decem generum, & sic prorsus erit sub genere, & sic temere dictũ est, quod ipsa sint genera, uel sunt extra decem prædicamenta, & si diuisio in decem generum, imperfecta erit. Sed hanc dubitationem rectè inuentam, Porphyrij sectatores soluunt, dicentes contrariorum, alia esse æquiuoca, alia uniuocè, & quia quædam non æquiuoca, diuisit in ea quæ ordinata sunt sub uno genere; & in ea quæ sub cõtrarijs generibus

neribus ponuntur, & quæ æquiuocc dicuntur, nõ sub uno genere existunt, sed de multis dicuntur, quia genera assimilantur analogia, & illis æquiuocis in quibus unum est prius altero, adeo talia contraria asserit esse genera, & huiusmodi sunt bonum, & malum, nam bonum est æquiuocum, quod competit substantiæ, ut deo, & qualitati, ut uirtuti, & quantitati, ut commensurato, & aliis prædicamentis. Sed qui ita aiunt, primo asserũt genus improprie dici de æquiuoca uoce, deinde non admittunt bonum, & malum esse qualitates, proinde alii coartant uerba dicentis, nihil aliud significare per hæc scilicet bonum & malum, non sunt in genere, sed ipsa quorundam existunt genera, nisi quod bonum, & malum non sunt sub contrariis generibus, sed ipsa sunt contraria genera. Nam quãuis sub qualitate sint, tamen quale non est contrarium, alteri generi. Atqui hæc solutio reuera execranda est, nam hoc modo tertia differentia, à prima non differret, siquidem bonum, & malum, sunt contraria entia, sub uno genere. Porrò Theophrastus, hæc in suis topicis scripsit, quæ longiorem sermonem reddunt. Equidem cum contraria sint principia contrariorum, liquet hæc non esse in uno genere, ceu nec bonum, & malum, nec motus est actio, itaque excessus, & defectus, erunt contraria, & forma, priuatio, principia, proinde ad hæc, Iamblicus inquit, quòd si decem genera rerum sunt, & omnia contraria sub ipsis, uel omnia sub uno genere, uel aliud sub alio ordinabuntur, uel multipliciter erunt contraria, cum unumquodq; sub pluribus generibus ordinatum fuerit, uel ut inquit, neq; similiter in uno genere erunt contraria, uocãdo genera prędicamenta, sed dixit quòd non sunt genera ipsorum, sed ut contraria. Nam hæc sunt principia contrariorum, & sub his alia ordinantur, quoniam etiam ipse arbitratur excessum, & defectum sub uno prædicamento scilicet sub quanto ordinata esse, sed ut contraria contrariorum principia, non uult sub aliis contrariis ordinari. Nisi etiam prima contraria, sint propria genera, & hæc non sunt in uno genere, nam exempla quibus utuntur de ipsis, indicant an eis esse prius, & posterius. Proinde Iamblicus ait. Forte Aristote. nunc sequitur institutionem Pythagoricum, de boni, & mali fœlicitate, uocando contraria principia, iuxta illorum genera, quare hanc tertiam contrariorum differentiam, præter suam opinionem magis apposuit. Sed aliquis considerabit, quomodo adhuc uera sit illa contrariorum diffinitio, quæ dicit contraria esse illa, quæ plurimum inter se distant sub eodem genere, siquidem non solum sub eodem, sed etiam sub contrariis generibus sunt (ut tertium mẽbrum, tanquam prę ter opinionem appositum) prætermittam, nisi diffinitio contineat relationem ad unum, qualitercũq; & differentia hic sit accepta, secundum proximũ genus, quia hæc quidem sub uno genere proximo sunt ordinata, ut albũ, & nigrum, sub colore, & quædam proxime sub contrariis, ut iustitia & iniustitia, sub uirtute, & malitia, & per hæc ad unum, aut ad habitum, aut ad dispositionẽ, aut ad ipsam qualitatem reducantur. Architas uerò neque hanc differentiam contrariorum prætermittẽdo, exactius ipsa exposuisse uidetur, sic dicendo. Item contrariorum alia in generibus generum fiunt. Nam bonum est contrarium malo, & bonum est genus uirtutum, & malum est genus malitiarum, quædam etiam sunt in generibus specierum. Nam uirtus est contraria malitię, & uirtus est genus prudentiæ, & temperantiæ, & malitia est genus imprudentiæ, & intemperantiæ, quædam denique sunt in speciebus. Nam fortitudo est contraria timiditati, & iustitia iniustitiæ, cum iustitia & fortitudo sint species uirtutis, ac iustitia, & temperantia, ipsius malitiæ. Vnde Architas, in his dixit, contrariorum ea quę sunt genera generum, nõ prohiberi, ut etiam ipsa sub uno aliquo genere reducantur, ut bonum, & malum, sub qualitate, & quædam esse genera specierum, & quædam species asserit, & ipse subiũgit, quòd prima genera semper sunt species. nam inquit, genera non solum sunt, sed etiam species. Sed quia sermonem de contrariis, & oppositis, conclusimus, quæstiunculam hanc non prætermittere utile erit. Nam Aristote. ubique in his, & Architas, cum Aristo. posuerunt contrariorum exempla, bonum, & malũ, sanitatem, & ægritudinem, uerum, & falsum, iustitiam, & iniustitiam, uirtutem, & malitiam, studiosum esse, & prauum, & exempla priuationis & habitus, posuerunt uisum, & cecitatem. Existimo igitur quærendum esse, si oporteat bonum, & malum, iustitiã, & iniustitiam, sanitatem, & ægritudinem, ut contraria apponere, an uelut habitum, uel priuationem, nã si ꝯtraria æque fortitudinia, & roboria, sunt ac suapte natura ambo principalia sunt, itaq; hæc mala iniustitia, ægritudo, & talia, aduersa magis sunt, & remotiones ab eò quod est secundum naturam, & adueniunt, profectò ambo erunt principalia, uel ęque fortia, uel secundum naturam similiter, nam si uniuersaliter hæc sunt præter naturam, & non alia, ac infortunium significans primò nullius esse finem, in ipso solet. Deinde eligentes iniustitiam, sub apparentia boni, quod est in ipsa alliciũtur, & hoc modo in aduersam fortunam incidunt, quærentes id quod est per se sufficiens, utile, & principale. Sed quis dubitat de ægritudine, quòd non sit dispositio præter naturam, quandoquidem medici hactenus sic ipsam diffiniere runt? si igitur id quod est secundum naturam, & quod est præter naturam, opponuntur, non erit, ut contrariorũ oppositio, nam illæ secundum naturam, & species ambo sunt, album, nigrum, calidum, & frigidum, sed potius ut habitus magis, & priuationis oppositio, partim priuando, & partim in priuatum esse consistit, nam ægrotare priuatio est, & mortuum esse, & ophtalmiam pati, & cecum esse, sed horum partim in priuando, & partim in priuatum esse, consistunt. Cum igitur duplex sit priuatio, isti uiri illam solam priuationem uocant, quæ est in priuatum esse, propter impotentiam, & quæ cõsistũt, in priuando ponunt, ut contraria, quia ipsis inest quædam uirtus. Item eò quòd aliquid habitus adhuc admixtum est. Vnde Architas, cum hanc differentiam in libro de oppositis nouerit, non solum hanc, sed etiam aliam tertiam opponendi, sic dicit. Priuatio autem, & priuatum esse, dicitur tripliciter, uel enim quando nihil prorsus habet, ceu cecus, nihil uisionis, & mutus nihil uocis, & expers disciplinæ, nihil scientiæ habet, aut male habendo, ut surdus, qui male audit, & caligans oculis, qui male uidet, aut quando habet aliquid quale male, ceu qui habet tortos pedes, & qui habet prauam uocem, si ergo iste non ob ægritudinem est caligans oculis, sed ut in priuatum esse, consistet, & hæc erit tota diuisio eius, quod est priuatum esse. Item contraria præcedentia, & finem generationis suæ in seipsa emittentia, integre contraria fiunt, ceu morb9, & mors, quare ægritudo & ophtalmia, non erunt contraria, sed uniuersaliter ambo ꝯtraria sunt, opera naturæ, morbus uerò est priuatio, & absentia, nõ solum eius quod natum est haberi, sed etiam est absentia, nam priuatio in libro de physico auditu, erat dũtaxat formæ absentia, nihil prętet naturam indicans, sed magis diuersitatem. Nam bouis materia, priuata, est forma apũ, & materia panis, forma carnis, sed nunquam in his est præter naturam, quemadmodum in priuatione opposita, quare ubi est id quod est præter naturam, ibi etiã magis est priuatio, sed non contrarium illud est appellandum, nam sic nobis etiam aduersus eos qui ponunt principium esse medium, ratio fauet. Diceret igitur aliquis, qua de causa horum diuinorum hominum, talis sententia fit, & cur Iamblicus hoc ignorat, qui multas, & bo-

nas rationes adduxit, ad confirmandū hoc. s. q̄ malum oportet existimare q̄ uersetur in destructione existentie, & in aduersitate? Nisi fortè sententiam Pythagoricorum sequuti sint, qui duos ordines elementorum scilicet deteriorem & meliorē, è regione uicissim respondentes, tanquam contrarios posuere, in quibus bonum, & malum, ordinant. Verum si hæc quæ diximus uera sunt, adhuc quærendæ sunt differentię, oppositionum eius scilicet illa, scilicet quæ est ut contrariorum, & eius quæ est ut habitus, & priuationis, ubi illam esse non dicem⁹ quia contraria transmutantur inuicem, & quæ secundum habitum & transmutationem, non transmutantur, siquidem (ut diximus) ægritudo, & sanitas, iustitia, & iniustitia, bonum & malum, inuicem transmutantur, non uelut contraria, sed uelut habitus, & priuatio, opponuntur, sed dicemus ea quæ priua diximus, quòd cōtraria sunt æquæ potentis, & ambo principalia secundum naturam, & species, priuatio autem in potentia, præter existentiam, & præter naturam, ac defectus formę est. Sed iam procedendum est ad ea, quæ deinceps Aristoteles dicit.

Caput de priori.



Rius alterum altero dicitur quadrupliciter. Primò quidem, et principalissime, secundum tempus, secundum quod senius alterum altero, & antiquius dicimus, eò enim, quod tēpore amplius sit, & senius & antiquius dicitur. Secundo autem, quod non conuertitur secundum ipsius esse consequentiam, uelut unum, duobus prius, duobus quidem enim existentibus, consequitur mox unum esse, uno autem existente, non necessarium duo esse, quare non conuertitur ab uno communia essendi, reliquum prius autem, uidetur esse quod tale, à quo non conuertitur essendi consequentia, Tertio autem, secundum quendam ordinem prius dicitur, sicut in scientijs, & orationibus. In demonstratiuis enim scientijs, existit prius, & posterius, ordine, elementa enim sunt priora diagramatibus ordine, & in grammatica, elementa sunt priora syllabis, in sermonibusq; eodem modo, prohemium enim, narratione prius est ordine. Adhuc præter dicta quod melius, & honoratius, prius esse natura uidetur, consueuerunt autem multi, eos qui magis sunt in honore, & magis diliguntur ab ipsis, priores apud ipsos dicere esse, est autem utiq; fere alienissimus modorum iste. Qui quidem igitur dicuntur modi prioris, fere tot sunt, uidebitur autem utique præter prædictos alius esse prioris modus, conuertentiū enim, secundum essendi consequentiam, quod causa qualitercūq; alteri ut sit, prius meritò natura, dicetur quod autem sunt quædam tales, palam, nam esse hominem: conuertitur secundum essendi consequentiam, ad ueram de ipso orationem. Si enim est homo, uera est oratio: qua dicimus quia est homo, & conuertitur. Nam si uera est oratio: qua dicimus quia est homo, est homo, est autem oratio quidem: nequaquam causa essendi rem, res uerò uidetur aliquo modo causa essendi ueram orationem, eò enim quod est res, uel non est, uera oratio, uel falsa dicitur: quare secundum quinque modos, alterum altero prius dicetur utique.

Cum superiori sermone de substantia, Aristo. uteretur hoc nomine prius, & in prædicamento ad aliquid diceret, scibile enim, scientia prius esse uidebitur, ob id igitur diuisionē de ipso priori multipliciter dicto facit, quãuis non omnes modos eius afferat, quandoquidem ipse aliae adiecerit alios modos, non paucos, & Straton in uno libro de priori, & posteriori, multos modos posuerit. Verum cum Aristoteles putat eos exponendos esse, qui pro introductione sufficiunt, primum modum prioris, & principalissimum eum esse inquit, qui secundum tempus, quatenus tempore est prius id quod magis senex, & antiquum est, ponentes hæc nomina honorabilia esse. Equidem proprie dicitur senius, de animatis, et maxime de hominibus, quatenus dicimus Pythagoram Socrate seniorem esse, & uetustius de inanimatis, & rebus, magis dicitur, ceu Troiana gesta, dicimus uetustiora esse rebus Persicis, & hac ratione, priora, & constat q̄ oportet quæ assumuntur, comparare ad alterum. Nam si hoc non erit, inuenietur aliquis seipso senior, secundū iuuenilem ætatem, quia illa erat prior tempore, itaq; in his quærendum primò est, si prius est æquiuocum, quo aliquid in ipso principalissimum sit. Nam his quæ multipliciter dicuntur, & æquiuoca sunt, hoc est proprium & illud metaphoricè non contingit (ut diximus) in sermone de æquiuocis. Nam indiuidua substantia, propriissime & primò, & maximè dicta est, quocirca uniuocè de ipsa dicuntur, secundæ substantiæ. Dicendum est igitur, quòd in æquiuocis illud est asserendum, esse principalissimum, quando aliquid primum positum fuerit, & aliud ab illo proficiscitur, ceu animal, quòd animatum & pictum, quorum animatum est principalissimū, & pictum secundum similitudinem illius secundarium, & ambo dicuntur æquiuoca. Secundo autem, quærendum est, cur significatum prioris secūdum tempus, principalissimum est, nisi quia à priori secundum tempus, alia priora dicta esse uidentur. Item hoc significat eum, quo ad consuetudinem, est notius, cum prior sit genitus, ut inquit Homerus. Secundum quoque prioris modum inquit esse illum, qui aliquid non conuertitur secundum esse ad illationem, ceu quādo aliquid ponitur cum alio, & sequitur illud, sed illo posito, illud aliud non sequitur, ut duobus existentibus, semper unum est, sed econtra, uno existente, non necesse est duo esse, à quo igitur non sequitur illatio, illud est prius, & quo posito, sequitur alterum, illud est posterius. Verum iuniores, tale pri⁹ consueuerunt appellare id quod simul infertur, sed non infert, & quod simul tollit aliud, sed alio sublato, ipsum non tollitur, quæ quidem Aristo. comprehendit in hoc modo, dicens quæ non conuertuntur secundum essendi illationem. Porrò dixit non conuerti, quia non sicut existentibus duobus, est unum, ita existente uno, sunt duo, itaq; unum duobus non æquiualet, secundum illationē, quia non sequitur ex uno duo esse, sicut sequebatur, q̄ positis duobus, erat unum, itaq; unum ad duo, est prius, secundum quòd non conuertitur secundum essendi illationem, hoc etiam modo ostendit genus esse, natura pri⁹ specie, quia eo sublato, tollitur species, & posito, non simul infertur talis species. Nam sublato animali, homo de medio demitur, sed hoīe sublato, non unà tollitur animal, & secundum essendi illationem, neq; homo simul existit, neq; simul infertur cum animali, sicut animal, posito homine infertur. Sed cur non dixit genus esse pri⁹ specie & speciem priorē esse indiuiduo, & causam effectu? nisi communionem fecerit generi, & speciei, conuenientem. Item cum quædam causæ natura præcedant, effectus sequuntur, ut unum est causa duorum. Tertius modus prioris est ille, quem secundum ordinem numerat, & persuadet ex demonstratiuis sciētijs, ut in geometria, nam priora sunt in ipsa, elementorum diffinitiones, & dignitates, & suppositiones, & petitiones, tanquam ordine præcedentes. Item in grammatica, priora sunt elementa syllabis, simili quoq; ordine ostenditur in oratione iudiciali, & deliberatiua. Nam prohemia sunt priora

narrationibus,

narrationibus, & narrationes proœmiis, & fortè hoc exemplum, proprie de priori secundum ordinem traditur, nam in aliis erant priora, ut causa, hic uerò prohemium non est causa narrationis, sed solo ordine præcedit. Deinde ponit quartum modum prioris, secundum quem melius, & honorabilius, prius esse imperio, & excellentia dicimus, ceu diuina, priora mortalibus, & in ciuitatibus, atq; in amicis, præstantiores dicuntur priores, quem quidem modũ prioris, inquit, esse alienissimum à significatione secundum primum, non quia non sint prima uere secundum naturam, quæ sunt meliora, et nobiliora, sed quia in talibus, prius dici non admodum assuetum est. Nam parentes, & doctores, quãuis sint honoratiores, tamen hoc modo non consueuimus dicere eos esse priores, neq; cognatũ est nomen prioris, sicut in aliis modis erat. Sed fortè non propter consuetudinem, dixit hunc modũ prioris, & posterioris, esse alienissimum. Nam in consuetudine, sępe dicimus illud esse prius, quod est honorati⁹, sed quia prius & posterius, in tali natura uult esse, ceu in tempore, & in numero unum, & duo, & in oratione prohemium, & narratio, & deinceps quòd adducitur, uult q; ponatur in his quæ adęquantur, & non in melioribus, nec deterioribus, quatenus talia, quãuis causæ sint priores, & meliores, tamen non quatenus meliores, sunt priores, & posteriores, sed quatenus in eadem natura aliquo modo existentia, aliqua antecedunt, & aliqua sequũtur. Præterea, dictis modis, adiungatur quintus modus prioris, secundum quem ea quæ uidentur simul existere, et cõuerti, secũdum essendi illationem tamen illorum illud dicitur prius, quod est causa alterius, ceu liquet in exemplo adducto. Nam res, sunt causæ ut uera sit oratio, sed non oratio est causa rei, sed sic in his consequentibus, ut in his quæ efficiunt, sicut in exẽplo liquet. Equidem patre existente filius est, & econuerso, & causa factiua est pater, aliquando etiam causa est materialis, ut later. Nam simul sunt aqua & terra, quandoquidem fit lutum istud ex terra & aqua, sed aqua & terra est materialis causa, & mixtio causa formalis eius, itaq; Arist. quinque modos prioris exposuit, scilicet secundum tempus, secundum naturam, secundum ordinem secundum imperium, & secundum causam. Sed liquet, quoniam quot modis primum, totidem etiam posterius dicetur. Vnde qui determinant primum positione, ceu primam columnarum esse, quæ in oriente est, dixerint, hi habebunt primum secundum intellectum, tamen nulla ratio est, q; sit primum. Nam idẽ erit primum, & posterius. Verum si aliquid natura primũ redigetur sub ordine; sed illud primũ intellectu est, sicut finis, quia finem pri⁹ intelligimus, sicut etiam protectionem ante parietes, & fundamenta, & fossionem. Proinde hoc reducetur sub posteriori tempore. Nam intellectus, præcedit tempore ipsum fieri, & existentia ipsi⁹ tempore, est posterior. Item substantia, prior dicitur, nã priora substantia sunt perfectiora, quod quidem significatũ prioris, non uidetur mihi prætermisse, sicut Iamblic⁹ ait, sed in quarto modo compræhẽdisse, in quo honoratius, & dignius, primum dicebatur, et in aliis prius dicit. Item partem in diffinitione rei, quam existimo, ut materialem causam accipi, in quinto modo contineri dicimus, ut materia totum sequitur, non tamen conuertitur secundum essendi illationem. Item dicit finem esse priorem, & notiorem ipsis ad finem; quãuis posterior sit natura. Item in metaphysicis; sic prius & posterius diuidit, & inquit, primum esse illud, quod est simpliciter, uel natura, uel ad aliquid, uel alicubi propinquios, principio alicuius determinato, ceu illud quod est propinquius alicui, secundum locum, uel natura alicui loco determinatum, ceu medio, uel extremo; uel quocũq;, & illud quod est remotius est posterius, sed quæ sunt priora secundum tempus, sunt priora, eã quę fuerunt his, quę sunt remotiora ab ipso nunc, & in futuris ea sunt priora, quæ sunt propinquiora, sicut res Troianæ priores fuerunt rebus Medorum, & res Nemeorum, fient priores rebus Pythiorum, quotiens utimur ipso nunc, ut principio. Item quædam sunt priora secundum modum. Nam quod est prius, primo mouenti, est prius, ceu puer uiro. Item principium, aliud est simpliciter, & aliud secundum potentiam. Nã princepa imperio, & quatenus est potentior, est prior, sed tale non secundum electionem, uel esse, & ut sit prius, & alterum ut mouente illo, moueatur, & non mouẽte, nõ moueatur. Nam principium est ipsa electio. Item alio modo prius secundum ordinem. in quo continentur quæcũq; ad unum determinatum distant, secundum rationem, ceu prope assistens, & tertio loco assistens, ac ueluti, chorda acuti soni, & chorda prope grauioris soni. Etenim ubi est principale, ibi etiam est medium, & principium. Hoc igitur modo, hæc priora dicuntur. Item alio pri⁹ dicitur cognitione, tanquam simpliciter prius, quo aliud est prius secundum rationem, & aliud secundum sensum. Nam uniuersalia sunt priora secundum rationem, & singularia secundum sensum. Item passiones priorum, dicũtur priores passiones, ceu rectitudo, dicitur prior planitie, quoniam hæc est passio lineæ, & hæc superficiei. Item dicuntur priora secũdum naturam, & secũdum substantiam, ea esse, quę possunt esse sine aliis, sed alia sine illis eẽ non possunt, quemadmodum etiam Plato usus est, sic etiam Aristo. utitur hic; itaq; patet ut illi modi prioris & posterioris, quos ibi enumerauit, continuantur in his quæ dicuntur in prædicamentis scilicet in his quibus secundum tempus, secundum ordinem, & secundum imperium aliquid prius dicitur, & illi etiam continentur in extremis, quos priores secundum naturam, & causam. Vnde quinque modi hic traditi; sic reducentur ad prima genera, & primus modus prioris; secundum tempus, ad prædicamentum quando reducitur, & modus prioris secũdum naturam, & quatenus tollit & non tollitur, atq; illi duo secundum imperium, & secundum causam, ad prædicamentum ad aliquid rediguntur, & ille modus prioris secundum ordinem, in prędicamento posterioris, locatur. Item patet quòd posterius in eisdem prædicamentis erit, in quibus etiam est prius. Proinde Straton Lampsachenus, in libro de priori & posteriori, multos modos enumerauit, quos puto reduci posse ad ea quinque, quæ hic dicuntur, tanquam partes illorum existentes. Nam sub tempore ordinabitur illud prius, quo imperfectum perfecto prius dicitur. quocirca finis est in omnibus ultim⁹, Idem etiam sub ordine, atq; sub his ambobus qui dicuntur esse prioris dignitatis, & naturæ, illi scilicet modi redigentur, quibus prior scientia dicitur, uel unitas dualitate, & multitudine, uel par, impari Nam hæc non cõuertuntur secundum essendi illationem, sicut neq; sciẽtia ipsorum. Item primum tempore, & dignitate est, cui⁹ opus est prius, ut ut bonum, est prius malo, quandoquidẽ hoc sit salutis, & hoc corruptionis, & prius sit esse, quam corrumpi, tempore, & dignitate, & primum, nam tanquam id secundum quod non fit illatio essendi, quandoquidẽ possit esse unum, altero non existente, ut locus, corpore, & corpus, colore similiter etiam si alterum in altero natum est fieri, ceu substantia est prior quali, & quanto, sic etiam illud quod est secundũ naturam, est prius eo quod est præter naturam, & lex, abrogatione legis, & habitus, priuatione. Item sub priori dignitate, & potentia, ordinabuntur, quæ sunt propinqua honoratiori. Equidẽ, quantum prius ordinabitur, quam quale, quia quantum est par substantiæ, qualitas autem non, & secundum hoc participat generatione, & corruptiõe, ut tempus, & hoc non ut locus, & alterum separabile, & alterum minime. Nam anima, sine sensu ea esse non potest, sed sine scientia, potest esse, & impartibile, est prius partibili, nã prin-

tiplo est propinquius, quare & centrum est prius circulo, & quo magis priori participat, ut perpetuum prius est bono, & corruptibile malo, et par dualitate, & impar trinitate, tū aliqd aliquod tpe manet, et aliud nō manet uelut corpus est prius motu, & tpe. Et sub prius ordine redigetur id quod est prius inter medio, et posterius quod est inter medio, posterius, & ad modum eorum quæ conuertuntur, quorum unum præcedit alterum, ut causa, redigentur elementum, & pars, quandoquidē hæc sint priora toto, ut finitum infinito, & si alterum utroq; est prius, uelut æs statua est prius, & posterius. Nam quatenus materialis causa, est prius, & secundum formam, est posterius, & ipse Straton, insinuauit tempus, & locum, esse priora, & posteriora inuicem.

De simul.



Simul autem dicūtur, simpliciter quidem, & proprissime quorum generatio in eodē tempore, neutrum enim talium, prius aut posterius est, simul aūt, secūdum idem tempus, hæc dicuntur. Natura autem simul dicuntur, quæcūq; conuertuntur quidē, secundum essendi consequentiam. nequaquam autem causa essendi, alterum alteri est, uelut in duplo, & dimidio, conuertuntur enim hæc, duplo enim existente est dimidium, & dimidio existente, duplum est, neutrū autem, neutri causa essendi est. Et quæ ex eodem genere contra diuiduntur, inuicem, simul natura dicuntur, contradiuidi autem inuicem dicuntur, quæ secundum eandem diuisionem, ut hic uolatile, greßiuum, & aquatile, hæc enim contradiuiduntur inuicem, ex eodem genere existentia, animal enim diuiditur in hæc, in uolatile, & greßiuum, & aquatile, & nihil horum prius, aut posterius, sed simul natura uidentur esse. Diuidetur autem utiq;, & unumquodq; talium in species iterum, uelut uolatile, & greßiuum, & aquatile, quare illa sunt simul natura, quæcūq; ex eodem genere, secundum eandem diuisionem sunt genera autem, speciebus semper priora sunt, nō enim conuertuntur secundum essendi consequentiā, puta aquatili quidem existente, est animal, animali autem existente, non necess: aquatile esse. Simul igitur natura dicuntur, quæcūq; conuertuntur quidem secundum essendi consequentiam, nullatenus autem, alterum alteri causa essendi est, & quæ ex eodem genere cōtradiuisa inuicem. Simpliciter autem simul sunt, quorum generatio in eodem tempore.

Quoniam in sermone de ipsis ad aliquid, usus fuit ipso simul, meritò de ipso differere proponit, sed ipsum simul, post prius & posterius ordinat, quia opponitur illis, quod quidem indicatur negatione eorum, ideo prius etiam modo ipsius simul totidem fere modos illorū, oppositos, & aliquo modo iuxta eundem ordinem enumerauit. Nam primo ponit quomodo finaliter, & propriissime dicitur simul, & ea inquit esse simul, quorum generatio est in eodem tempore. Etenim ibi etiam in assignatione modo cum prioris, ordinauit id quod erat prius secundum tempus, primo loco, quatenus alterum est senius, & antiquius altero. Verum dicit simpliciter, & proprie ipsum simul dici, quod est secundum tempus, tanquam usui, & consuetudini congruum. Prætetea secundum significatum ipsius simul ponit, quodquidem secundo, & quinto significato prioris, & posterioris, meritò opposuit. Nā erat secundum significatum, quo aliquid non conuertitur secundum illationē consequentis, & hac ratione erat prius, & quintum erat, q conuerteretur, & esset conuersio, ut causæ ad effectum, & hac ratione rursus unum prius erat, & alterum posterius, sed iuxta secundum significatum ipsius simul, quatenus conuertuntur, ea quæ sunt simul opponuntur primo modo, & quatenus inuicem se se adequant, apponi quinto, ubi causa præcedit effectum, ceu dimidium, & duplum se habent, proinde secundum hunc significatum ipsius simul, relatiua simul dicebantur. Nam duplum, & dimidium, unum infert alterum uicissim, ac tollit, & neutrum est causa alterius. Tertium ipsius simul significatum tradit, dicendo, simul ea esse, quę sub eodem genere inuicem contradiuiduntur. Etenim ea contraria diuidi dicuntur, quæ secundum unam, & eandem diuisionem comparata, sunt eiusdem generis, præsertim quando generis plures diuisiones fiunt, & hæ sunt ęqualis ordinis, ceu quando dicimus, corporum alia esse calida, & alia frigida, & alia animata, & alia inanimata, & uocant has condiuisiones, quæ posterius fiunt, ceu quando diuidimus animatum, in uolatile, & terrestre, & aquatile, & uocant hanc animalia subdiuisionem. Vnde contraria diuisio fit, secundum unam & eandem sectionem eorum quæ secantur ut animatum, diuiditur ꝯtra animatum, ea eadem sectione facta, scilicet, & contra uolatile, pedestre, & aquatile, & unūquodq; eorum, rursus in duas species diuiditur, & erunt illæ simul natura, tanquā condiuisæ inter se ex eodem genere, nam nulla ipsorum prior, uel posterior esse consideratur, sicut in aliis diuisionibus, quę secundum primam diuisionem priora erāt his quæ secundum priorem diuisionem diuidebantur, & simul tollebantur hæc, & non tollebantur, & inferebātur, sed nō inferebant, quod idem dictu est, quòd dicebatur, non contraria secundi essendi illationem, nam si animal fuerit, non semper aquatile erit, etsi aquatile fuerit, semper erit animal, & animali quidem sublato, tollitur aquatile, sed non econtra, itaq; huic modo ipsius simul, uidetur nullum prius, & posterius, oppositum assignari. Porrò dicit Iamblicus, hic opponi huic, quod fit secundum priorem, & posteriorem, diuisionem, ceu animatum, quod ex priori diuisione acceptum, uolatili est prius, quod est ex secunda diuisione. Nam neq; hæc conuertuntur, secundum essendi illationem, quare hoc significatum ipsius simul, secundo modo prioris & posterioris, opponetur, in quo genera, & species ordinantur. Vnde Iamblicus cū animal diuidat, in rationale, & irrationale, & subdiuidat irrationale in uolatile, terrestre, & aquatile, rationale ponit esse prius uolatile, sic etiam ait fieri in dignitatibus, sed alii simplicia, & non simplicia diuidentes, fecerūt diuisionem, in ipsum simul. Alii uerò diuiserunt ipsum simul, in simplicia connexa, & coniugata, sed non rectè, nā huius non simplicis, & simplicis, species, dicuntur esse oppositionis species, similiter connexum, & coniugatum, ex his, & simplex, sunt species oppositionis. Videtur quoque (ut ait) & quædam simul esse ordine, quæ opponuntur prioribus, & posterioribus ordine, sicut ea quæ sunt æqualis ordinis, & ęqualis dignitatis, uel ea quæ cōtradiuiduntur, ex eodem genere, dici possunt simul natura, & ordine esse. Nam hæc, magis ordine sunt simul, quam natura, siquidem simul existant natura inuicem, & sese demant, sicut etiam fit in his, quæ sunt ad aliquid, sed aliter se habent ea, quorum unum contra aliud diuiditur ex eodem genere, sed animaduertendum est, q ea quæ sunt adequata inter se, & æqualis honoris, non erunt simul secundum ordinem. Nam neq; prius, & posterius, secundum ordinem iuxta excessum, & defectū dignitatis, uel honoris, dicebant esse prius, & posterius, sed magis in his quæ sunt priora positione, ut prohemium prius narratione, secundum ordinem dicebatur, & id quod est æqualis dignitatis, & æqualis honoris, potius opponitur quarto modo prioris, & posterioris, quid igitur esse quatenus aliquid est dignius, & honoratius? Vnde hunc modum ipsius simul, tanquam euidentem ab Aristotelis prætermissum

missum

missum esse, uerisimile est. Vnde illa erunt simul secundũ ordinem, quæ eandem habent positionem, ut plura prohemia simul dicerentur præordinata esse, ante narrationem, & est quidem ordo in ipsis. Sed fortè hæc contra diuisa eis quæ secundum ordinem sunt, prius & posteri⁹, opponuntur illa, scilicet quæ sunt æqui ordinis, & eundem ordinem habent. Iamblicus uerò dicit, fortè proprium est ipsi simul, ut non tolleret ordinem, nam ordo est segregatorum. Ceterũ inquit Iamblicus, quòd oportet in omni genere quasdam species esse contra diuisas, & simul esse natura, ceu uolatile, gressibile, aquatile sunt species animalis. Præterea, sunt etiam simul, quæ in eodem loco collocantur, sicut prius, & posterius dicebatur secundum locum, nam quæ in eodem loco, & in eodem uase simul sunt, simul quoq; tempore, & simul loco dicimus, & aliquãdo unum simul pro alio accipitur pro inde Homerus inquit.

Iam simul bellum domat, & pestis achiuos.

Item simul poni dicem⁹ locata in eodem loco, & tũc habitare simul habitantes, in eadem domo. Item abutuntur ipso simul, in his qui communiter aliquid operantur, sicut dicimus simul conuersantur. Sed fortè nullum istorum potest dici propriè simul. Nisi fortè extensiue, nam duo corpora in eodem loco esse, ac poni non possunt, ut propriè simul esse dicuntur, quocirca etiam Aristo. ipsa prætermisit. Item sic Iamblicus, notandum esse, quòd simul secundum tempus, opponitur ei quod est prius, & posterius, secundum tempus, sed in his quæ sunt secundum locum, simul fit oppositio ad ea quæ sunt separata, & hoc dupliciter fit, alterum in alio, & alio loco, & alterum secundum unum, cui quod est communiter opponitur, uelut si portauerimus hoc communiter, neq; secundum locum, neque secundum tempus, sed secundum actum. Forte etiam in mathematicis prius, & posterius secundum locum determinaretur, prius quidem, esse, secundum locum, dicendo sic, Iamblicus asserit. Vnde determinatè secũdum locum, principio quod est proximũ est prius, & quod est remotius, est posterius, & huic priori & posteriori, quæ sunt simul secundum locum opponuntur. Item est aliud simul, secundum locum, quod opponitur his quæ sunt secundum locum separata. Vnde si aliquis dubitaret cur Aristo. hæc omnia non sufficienter pertractauit, respondebimus quod hic determinauit ea, quæ congruebant explanationi eorum, quæ prius acceperat, & superflua prætermittendæ, ne modum introductionis excederet. Porrò statim ea simul esse dixit, quæ inuicem contra diuisa, in eodem genere in illa habent relatione diuersorum generum, & non subalternatim positorum, & quia in substantijs, una non est magis altera, nec diuersa, atq; dicebatur in his quæ sunt ad aliquid, ea conuerti, quæ sunt simul modo unum non sit causa alterius, sicut dixit, quando simul natura declarabat, ob id nunc per simul esse natura docuit, tanquam hoc sit conueniens dictu, sed de his hæc satis sint.


De motu.



Otus autem, sunt species sex, generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & quæ secundum locum mutatio. Alij quidem igitur motus, manifestum: quod alteri ab inuincem sunt, non enim est generatio corruptio, neque augmentatio, diminutio, neque secundum locum mutatio. Similiter autem, & alij. In alteratione autem, habet quandam dubitationem, ne forte necessarium sit quod alteratur, secundum aliquem reliquorum motuum alterari. hoc autem, non est uerum, fere enim secundum omnes passiones, uel plurimas, alterari accidit nobis, nullo aliorum motuum, communicante, neque augeri necessarium, quod secundum passionem mouetur, neque diminui. Similiter autem & in alijs, quare altera utique erit, præter alios motus alteratio, si enim esset eadem oportebat quod alteratur, confestim, & augeri, aut minui, uel aliquem aliorum motuum, assequi, sed non necesse. Similiter autem, & quod augmentatur, uel aliquo alio motu moueatur, alterari oportebat, sed sunt aliqua quæ augmentata non alterantur, uelut tetragonum, gnomone circumposito, creuit quidem, non est autem alteratum. Similiter & in alijs talibus, quare alteri utique erunt motus, abinuicem.

Cum mentionem fecisset de motu, in sermõe de quantitate, & prædicamenta ipsius facere, & pati, ita conuenirent cum motu, ut amborum motus esse genus existimaretur à quouis Philosopho, meritò igitur de motu disserit, & species eius diuidit, idest has mutationes. Nã motum latius dixit, pro transmutatione, nam cum in sermone de substantia indiuiduam substantiam dixerit secundum sui transmutationem, suscipere contraria, meritò transmutationem diuidit, & species communioris transmutationis, dixit. Nam ipsi uidetur transmutatio esse genus, quam diuidit in quinto libro de naturali auditu, in generatione. & corruptione, & alias transmutationes quas motus uocat scilicet augmentationem, diminutionem, alterationem, & secundum locum mutationem. Vnde quæ sit substantia motus, & quæ sit diffinitio eius, & si habeat genus, aut non, & alia de ipso theoremata in alijs diligenter disputata sunt, quandoquidem hæc ad naturalem facultatem attineant, proinde nunc quasdam diuisiones ipsius tradidit, ut consueuit fieri in ipsis introductionibus, quę consideranda sunt, procedentibus tantum ac disputantibus de motu, ut nõ sit sermo de aliquo conceptu animi, sed de naturali, & corporeo moto, quoniam igitur, id quod mouetur (ceu corpus) ab eo in quo prius erat exijt, & exeunt, quæ nonnulla secundum substantiam, nonnulla uerò secundum quantitatem, & quædam secundum qualitatem, & quędam secundum locum, idcirco cũ consideret ipsum trãsmutari communiter, quatuor fiunt differentiæ, quarum quædam sunt duplices, nam mutatio secundum substantiam, alia est generatio, & alia corruptio, similiter sm quantitatem, alia est augmentatio, & diminutio, sed secundum qualitatem, una tantum nominatur, & dicitur alteratio secundum qualitatem, & latio secundum locũ, similiter diuiditur in motum circularem, in rectum, & immixtum, proinde Nicostratus arguit contra Aristo. quia in libro de naturali auditu, negat generationem, & corruptionem, esse motus, sed hic ipsas inter motus connumerãt, quãuis facile erat uidere ei primò, quòd uerisimile erat quòd hic uteretur nomine motus communiter, pro transmutatione, quandoquidem hic usus sit nomine, quod introductionis gratia consuetum erat, sed in libro de naturali auditu, cum principalem sermonem de ipso faciat, quod sibi placet approbat, ubi negat ea quę generantur, & corrumpuntur moueri, quia motus subsistentium est, sed transmutari, competit his, & illi, ob id ibi communem transmutationem posuit generationẽ, & corruptionem esse, quas non motus, sed transmutationes esse determinauit. Item sciendum, quòd Democritus statuendo principia entium, esse atomos, motum dumtaxat secundum locum esse asseruit. Nam ipse etiam, quæ alterantur moueri secundum locum existimabat. Verum hoc modo latere, quia nõ omnes partes transferuntur, sed quædam occulte nobis existentes, quocirca

sola sensibilia concreta uidentur, secundum locum moueri, transmutata de loco ad locum, uel tota simul, uel partes eorum sensibiles, quæ successiuè mouentur, inuicem transmutatæ, ceu partes si semicirculi, & sphæræ, quando circa axem fit reuolutio. Sed Plato considerando multa, & eorum quæ mouentur, quæ non secundū locum mouentur, ut quæ calefiunt, & dealbantur; introduxit alterationem, tanquam aliam à transmutatione secundum locum, ubi fit secundum partem, ut trāspositionem, neque secundum exitum, & immutationē uniuersorum. Sed Aristote. adiecit motum secundum quantitatem, ut quidam uolunt, mixtum ex alteratione, & corruptione, sed magis simplex est, quia differt ab alteratione, sicut quantitas differt à qualitate, differt etiam à corruptione quia non deserit locum, ceu illa quæ feruntur, sed uel assumit locum ampliorem, quam à principio id quod augetur, uel minorem si minuitur. Nisi assumptiones, uel diminutiones loci, fierent per accidens, sed motus secundum quantitatem, principaliter consistit. Plato uerò omnem differentiam secundum formam, manente subiecto, tanquam illud alterantem, & non aliud facientem, alterationem uocauit, sub qua cadit augmentatio, & transmutatio; secundum qualitatem. Verum fortè augumentatio, & diminutio, sunt motus medij, inter generationem, & corruptionem, & alterationem. nam quatenus substantiæ appositio fit, & remotio, sic augmentum, & decrementum, assimilantur generationi, & corruptioni, sed quatenus eadem forma manente, transmutatio fit, sic magis uidetur esse alteratio. Vnde Plato cum Aristotele nouit augmentationem; & diminutionem, qui in decimo dialogo de legibus, sic scribit. Atqui coniuncta densataque augentur, disiuncta, rarefactaq; minuuntur, quādo prior singulariter habitus permanet, quando uerò non permanet, propter utraque corruptio sequitur. Vnde ipse non solum sex species naturalium motum, sed octo fecit, apponendo disgregationem, & congregationem corporum, quę sequitur motum secundum locum, & est alia, præter ipsum. Præterea taxat Aristoteles Nicostratus, perinde ac non rectè ostenderit diuersam esse alterationem, ab augmentatione, exemplo circumpositionis gnomonis, ad quadratum, quod quidem augumentatur, & non alteratur, nam (ut inquit) duplices sunt figuræ, aliæ corporales, & materiales, alię uerò mathematicæ, & immateriales, quod si ipse dicit de quadrato immateriali, uerum est, quòd neque alteratur, neque augmentatur, cum res mathematicę sint mutationis, & alterationis expertes, tanquàm existentes extra qualitatem, & materiam, sed si de materiali, quadrato dicitur, hoc quidem augetur, & alteratur. Verum qui hæc dicit, non uidetur determinare secundum Aristotelē alterationem esse transmutationem, secundum qualitatem, & augmentationem secundum quantitatem, sed magis uidetur determinare (ut prius diximus) quòd omnis alteratio, & transmutatio, appellanda est, quæ secundum formæ manente subiecto, fit, quando quidem iste asserat, quia illud quod augetur, sic mox alteretur, sed opus erat huic intelligere, quòd fieri potest, ut aliquid augeatur, manens in eadem forma, & in eadem qualitate, secundum magnitudinem sola, differentia facta, ceu quando forma Alexandri, & in pala annulli fieret, & in Atho; scilicet monte formaretur; imprimereturuè; in colosum imago Alexandri, quocirca propria diceretur talis ex puero, usque ad senectutem idem permanere, sola qualitate transmutante. Item forma manente; ac eadem manente magnitudine, nihil prohibet transmutari secundum qualitatem, sicut uinum immutatum, & degeneratum à qualitate sua, mutatur secundum qualitatem, & idem manet, secundum quantitatem. Sed quid sit gnómon, & quomodo quadratum augeatur circompositione



gnomonis, propter ignaros geometriæ, euidentius dicendū est, quadratum itaq; uocatur figura q̃ habet quatuor latera, & angulos æquales adinuicem; ceu a,b,g,d. cui⁹ diameter dicatur b, g, & accipiatur in a, b, quodum pūctū; ceu e, & per e, cuius a.g,b,d; paralella, ducatur, scilicet e,z. per k, quæ est communis sectio diametri, & ductę paralellę, cuius a,b,g,d, paralellæ materiā ducantur h,t, & cū sint quatuor costæ quadrati, ꝯtinētes in a,b,g,d, s. k,a,b,k; & k, g, & k, d, quadrata sunt, quæ autē a, k, & k,d, supplementa dicuntur. ceu complentia totam figuram, cum duobus quadratis, quæ principalem ordinem habent, determinatum. Hæc igitur duo supplementa, scilicet a, k, k, d, cum uno quouis quadrato gnomon uocantur, & quia figura tertio elemento assimilatur, ideo qui gnomonem efficit, etiam reliquum iudicat, nam si operatur id quod est similis figuræ totum quod à principio erat, reliquum facit, & si apponatur, euadit similis figuræ cum toto; quod erat à principio. Cum igitur quadratum relinquatur, ablato gnomone, patet etiam quòd si quadrato gnomon apponatur, quadratum totum fit, ubi manente qualitate, & quantitate transmutata, quadratum fit. Nam ex minori fit in maius, si itaque quadratum non augendo, neque minuendo, alterationem reciperet, patet quòd alia essent secundum augmentum, & diminutionem, & alia secundum alterationem. Cæterum cum dixisset de alijs transmutationibus, quæ euidenter inter se differunt, dicit in alterationem esse dubitationem, ne. fortè quod alteratur semper, cum ipsa alterari fiat alius motus, sicut quidam dicunt motum secundum locum fieri, sed isti sequentes Democritum, etiam de alijs motibus dubitant, neque omnes ad relationem reducunt, quandoquidem dicant partium transitu, fieri alterationem, unde transmutatio, partium, secundum locum fit, & alteratio toti conuenit, & non transmutatio secundum locum, similiter quoque fit in augmentatione. Equidem alia est partium latio, & alius est motus uniuersi alterari, nunquàm translati, si itaque latio est quippiam aliud, & aliud est alteratio, & diminutio, profectò latio non erit eadem cum talibus motibus, sed merito inquit esse dubitationem, de alteratione, quia alteratio consequi alios motus solet. Nam cum aliqua augentur, & minuuntur, & aliqua fiunt, & corrumpuntur, quibusdam alteratis, unumquodque, eorum fit, similiter etiam quæ secundum locum mouentur, uel gescunt, calefiunt, infrigidantur, & habent colorum differentias, si igitur aliquem motū, uel alios, semper sequitur alteratio, & sic erit motus, secundum se determinatus. Porrò quidem dicunt sectatores Democriti, & posteriores Epicuri sectatores, atomos esse impassibiles, & sine qualitate, statuentes qualitatū esse quasdam figuras, & aliqualem ipsarum compositionem aduenientem, & quasdam simplices, ut caliditates, & leuitates; & eas quæ secundum colores, & sapores fiūt. quod si in quadam compositionę atomorū, alteratio ꝯsistit,

stit, profectò erit etiam in transmutatione ipsorum, & cum aliqualis compositio, ipsorum, & transpositio, & ordo non aliunde quam ex latione, & ex motu locali est; quare alteratio est lationi eadem, uel sequens ipsam, & ipsius aliquid. Item inquit, quòd si alteratio alicui aliorum motuum eadem est, quòd oportet illud quod alteratur eo motu, semper moueri, cum quo eadem est alteratio. At uidemus multa, quæ alba fiunt, & calida secundum alias qualitates transmutari, neq; augmentari, uel diminui, uel generari, uel corrumpi, neque etiam secundum locum transmutari, similiter uidetur, alio motu moueri, id quod augetur. Equidem si idem quod augmentatur, mox alteraretur, id fieret in omnibus, sed multa uidemus, quæ augentur, non alterari, sicut quadratum crescit circumpositione gnomonis. Vnde apparet, quòd in augmentatione non simul penitus cum ea fit alteratio, sed in alijs motibus, difficilè est ut non simul ipsa existat, nam quod mouetur secundum locum, calefit, & caliditatem uarius color sequitur. Item quod fit, & corrumpitur, quibusdam alteratio mouetur, illis motibus, quocirca dubitatio maximè locum habet, in alteratione. Verum si alteratio simul existit cum illis, tamen non est eadem illis, sed alteratio alia est à latione (ut ostendimus) siquidem etiam secundum illas qui eundem ponunt, ipsam cum illis dicunt lationem esse partium, & alterationem totius. Quod uerò differat alteratio ab augmentatione, sufficienter ex augmentatione quadrati, ostensum est, & quòd alteratio est diuersa à generatione, & corruptione. Etenim fit alteratio subiecto, sed generatio fit ex non ente, ad ens, & corruptio ex ente, ad non ens, quibus generatio, & corruptio, ab alijs motibus differunt, & uniuersaliter differunt, quia quatuor prædicamenta, scilicet substantia, qualitas, quantitas, & ubi differunt.

Est autem simpliciter, motui quidem quies contraria. Singularibus autem, quæ singulares, generationi quidem corruptio, contrarium: augmentationi autem, diminutio, mutationi aũt, secũdũ locũ quies secũdũ locũ, maxime aũt uidetur opponi, & quæ ad contrarium locũ transmutatio, uelut ei quæ deorsum, quæ sursum, ei quæ sursum, quæ deorsum. Reliquo aũt assignatorũ motuũ, nõ facile est assignare, quid quidem sit contrarium. uidetur enim nihil esse aliquid ipsi contrarium, nisi aliquis, & in hoc eam quæ secundum quale quietem opponat, ei quæ ad contrarium, qualis transmutationi, sicut & in ea quæ secundum locum transmutatio, eam quæ secundum locum quietem, uel eam quæ in contrarium locum transmutationem. est enim & alteratio transmutatio secundum quale. Quare opponetur ei qui secundum quale, motui, ea quæ secundum quale quies, uel quæ in contrarium qualitatis transmutatio, puta album fieri, ei quæ est nigrum fieri. alteratur enim in contraria: qualitatis transmutatione facta.

Vt quædam prædicamenta posuit habere contraria; ita etiam motum susceptiuum contrariorum ponit, & inquit quietem simpliciter esse motui contrariam; ubi quietem non uocat stationem, sed motus negationem, & priuationem, & singularibus motibus, singulares motus oppositos esse inquit. Equidem generationi, corruptioni, & augumentationi, diminutionem oppositam esse dicit, nam hæ mutationes, secundum coniugationes oppositas adductæ sunt, sed motus secundum locum, unus esse uidetur, proinde dedit ei contrarium, in quo erit contrarium secundum locum, & quatenus sunt termini contrarii, nam sursum & deorsum, sunt cõtraria, & hoc modo inuenietur in his motus contrarius, qui erit ad ɔtrarium locum, ceu mot⁹ deorsum, est cõtrarius motui sursum. Item reliquo motui, scilicet alterationi, quæ est motus ad qualitatem, difficilè est (ut inquit) assignare contrarium: non ea de causa, quia non sunt qualitates contrariæ, & motus secundum ipsas, sed quia non sunt qualitates contrariæ, & motus secundum ipsas, sed quia non est consuetum assignare motum contrarium, secundum hoc genus oppositionis. Item quia neq; motus secundum alterationem, est ita euidẽs, sicut motus secundum locum, & parum apparet scientibus: proinde secundum quandam proportionem, uult transferre ea quæ dicũtur de motu locali, ad motum in qualitate, & adijcere motui secundum qualitatem, quietem contrariam, in eodem quale transmutata: & trãsmutationem ostendere, ex quali cõtrario, in aliud, ceu ex albo in nigrum, quam uocant denigrationem, et mutationem ex nigro in album, quam uocant dealbationem, Vnde motui, ex albo in nigrum, quies, quæ est in albo, non est opposita, quãdoquidẽ oportet obstare ei motui, aliquid econtrario, sed non in ipsum obuiare. Iamblicus uero inquit, quietem intelligẽdam esse motus priuationem, quã abusiuè contrariam uocauit: proinde quærunt quæ sit quies illa quæ generationi, & corruptioni, opposita sit, & respondent generationi quietem esse contrariam illã, quæ non est, in non esse, sed in eò quod prius est, & corruptioni eam, quæ est in essendo, similiter augumentationi, quies secundum imperfectum, opponitur, & diminutioni secundum perfectum. Verum Plotinus instat, quia quies, & negatio ipsius moueri, quare, neq; in aliquo genere est. Deinde quærit, cur etiam motus non dicitur negatio stationis, & dicit, quia ibi motus est ferentis, & motus est opus, & aliquid aliud operãs, & uelut quoddam subiectum, & agens fermè & corrũpens, sed quies uniuscuiusq;, nihil aliud est, præter se. Equidem solum significat, quòd motũ, non habet. Sed in ipsis intellectualibus, nõ est idẽ modus, quia alterum non tollit alterum, sed ambo motus, & status, simul sunt. Boethus uerò oppositam quietem, motui secundum qualitatem, negat esse qualitati, similiter negat quietem esse magnitudinem in motum, secundum magnitudinem, ac quietem secundum substantiam, quodquidem euidens esset, ex ea quiete, quæ est secundum locum, quandoquidem nõ sit consentaneum, ut quietem in loco, appellemus locum. Item negationes motuum, qui sunt secũdum se, negat quietes esse, sed secundum habitudinem esse quietem, & motum ad tẽpus, & ad formam sm quam contingit aliquid moueri, uel quiescere, nã (ut ait) tempus uidetur naturã habere, ut semper fluat, & ad altera transeat, quocirca tempus oi motui simul adest. Mot⁹ igitur, similr se habet ad tempus, & ad locum, ceu similiter se habet in latione, ubi alterum, & alterum semper succedit. Sed quiescentia (ut ait) econtrario modo se habẽt ad locum, & ad tempus. Equidem tempus, nunquam idem est, sed locus semper idem, quare hæc habitudo ad tempus, & ad locũ, cum uaria sit, aliquando quies, aliquando motus fit, similiter in alijs eandem habitudinem esse, dicemus. Equidem quando fuerit eadem habitudo subiecti ad temp⁹, & motus ad magnitudinem se habebit, & erit contraria quies, hoc modo secundum magnitudinem, idem quoque de alteratione dicendum est, quare inquit ex his manifestum esse, quòd ipsa quies, nec magnitudo, nec species, nec locus, sed est habitudo ad unumquodque eorum, & ad tẽpus, itaq; totidem sunt modi quietis, quot etiã motus. Nam secundum unumquodque, ipsius habitudo ostẽsa est, & ɔtrarietas est in his quę mouẽtur & quiescunt Hæc igitur Boethus secũdum suam solertiam disseris. Sed fortè quies nec motus, est habitudo ad tem-

ſus, quandoquidem tempus ſit numerus motus. Verum inquiſitione dignum eſſe exiſtimo, cur non opponimus ſtationem, motui, ut ſpecies ſpeciei? Nam apud Platonem, motus & ſtatio, ſunt inter genera entis, & ſicut motus eſt aliquid eorum generum, quæ diximus, ſic eſſe oportet ſemper, & ſtationem oppoſitam motus. Non enim fit ſolum ſubſtantia; & corrumpitur, ſed etiam eſt; & hoc habet ſecundum quietem. Item non ſolum corpora ſecundum locum mouentur, ſed etiam ſtant, & hæc ſtatio, non eſt motus negatio, quandoquidem non ſtet terra circa centrum, ſecundum negationem motus; ſicut neq; cœlum ſecundum negationem ſtationis, mouetur circulo, nam & ſtatio habet operationem, ſicut motus; & hoc patet, quia motus ipſe, fit nulla ſtatione ſublata. Sed ſi forte hæc qes, quæ eſt negatio mot⁹, ponenda eſt in his quæ ui mouentur, ſicut in his quæ proijciũtur uiolenter in aere, nam hic non eſt ſtatio, ſed etiam motus negatio, & quies, quocirca hanc ut priuationem motui aſſignauerimus, rectè faciemus, ſed illam quietem, ut cõtrariam ſpeciem, exiſtimo opponendam eſſe motui, quæ eſt ante motum, & poſt motum. Sed fortè etiam eam qetem opponere debemus, quæ eſt in ipſo motu. Item non prætermittamus illud inquirere, cur tranſmutatione exiſtente, in rebus generabilibus, ſm unũquodq; prædicamẽtũ determinauerit circa ſolas quatuor trãſmutatiões, ſcilicet circa ſubſtantiam, quantitatẽ, qualitatẽ; & ubi. Vnde quærendum eſt, nũquid fiat tranſmutatio, quando tranſmutamur, ex iuuentute in ſenectutem, & ex pueris efficimur ſenes, & quando ex inimicis euadimus amici; & ex ſiniſtris efficimur dextri, & ex inæqualibus æquales, quæ ſunt in prædicamento ad aliquid? Item tranſmutamur ſecundum facere, & pati, ut conſtat, & aliquo modo ad contraria ſemper tranſmutamur. Item ipſum prædicamentum poni, multas recipit tranſmutationes, cuius rei teſtis eſt lectus, quando maximè extenditur. Item habentes annulum, uel armati, ſæpe tranſmutantur, quia uel hæc deponunt, uel loco illorum alia ſuſcipiunt. Cum ergo ab inferiori loco ad ſuperiorem, & ab albo colore, ad nigrum per motum tranſiuimus, & in prædictis tranſmutationibus, negamus eſſe ſpecies motus. Neque enim aliquis dicet exiſtimo dictas tranſmutationes; reduci ad illas quatuor, quoniam hoc modo etiam ſex prædicamenta; ſub quatuor reducerentur, quod etiam maximè miror; quomodo ſecundum locum conſiderantes motum, non etiam ſecundum tempus conſiderarunt? Niſi fortè qui motum temporis poneret, cogeretur etiam tempus temporis dicere Sed item Ariſtotelis in tertio phyſi. planè dicendo. Quare motus, & tranſmutationis totidem ſunt ſpecies, quo entis, & tamen in quinto libro. & hic nõ decem, ſed quatuor ſpecies motus, enumerat. Fortè quia Ariſtotelis in quinto libro de naturali auditu, cauſas aſſignare proponit, quibus in alijs generibus negat eſſe motum, uel tranſmutationem, uerumtamen ad defenſionem horum; tentaui aliquid dicere in ſcholis, de illo negocio. Verum ne aliquis exiſtimet me arrogantem, & prauè tot immoderate dicentem, ceu ad aues diuinas Iouis, ſecundum Pindarum, uolo etiam optimũ diſcipulorum ipſi⁹ Theophraſtum in medium afferre, qui meis ſententijs conſonet. Nam dicit in quintodecimo libro naturalium; ſic: De motu autem communem; & uniuerſalem ſermonem; non eſt difficile aſſignare, & dicere quòd ſit quidam actus perfectus, in potentia entis, aut tale genus ſecundum unumquodque prædicamentum, quod etiam per ſenſum fere uidetur. Sed hæc in magna cõſuetudine Philoſophorum dubia, tum à nobis, tum etiam ab alijs, certiorem inquiſitionem poſtulent, quandoquidem neque dubitationem fortè dignam adipiſcuntur. Demum Stoici exiſtimabant manere, quieſcere, quietarę, immotum eſſe, fieri immobile, inter ſe conferre. Nam manere non dicebatur reſpectu unius temporis, ſed reſpectu præſentis, & futuri, quandoquidem manere dicimus quod obtinet idem tempus, ſecundum habitum, nam habitu refertum; manſiſſe dicimus. Itẽ aiunt nos uti ipſo manere, loco huius non mouere, ceu ſi quis dicat abuſiue, incorporea manere, pro non moueri, itaq; manere, eſt cõmune omnibus corporibus, ſed quieſcere. Fortè ut aiunt eſt animalium defectus, nam lapis non quieſcit, ſed animal. Poſtremò non moueri, & immobile fieri, de corporibus, quæ ſunt nata moueri, dicuntur, loco iſtius, non moueri.

De habere caput ultimum.

Habere, ſecundum plures modos dicitur, uel ut habitum, & diſpoſitionem, uel ut aliam aliquam qualitatem, dicimur enim ſcientiam habere, & uirtutem, uel ut quantum, puta quam contingit aliquis habens magnitudinem, dicitur enim tricubitalem magnitudinem habere, uel quadricubitalem, uel ut quæ circa corpus, puta ueſtem, aut tunicã, uel ut in parte, puta in manu annulum, uel ut partem, puta manum aut pedem, uel ut in uaſe, puta modius frumentum, aut amphora uinum, uinum enim habere dicitur uas, modius autem, frumentum, hæc igitur omnia habere, ut in uaſe dicuntur, uel ut poſſeſſionem, habere enim domum, & agrum, dicimur, dicimus autem, & uirum, mulierem habere, & mulierem uirum, uidetur autem alieniſſimus modus habẽdi eſſe, qui nũc dictus eſt, nihil enim aliud habere mulierem ſignificamus, quã quod cohabitat, forte autẽ utique, & alij aliqui apparebunt modi habendi. Qui autem conſueti ſunt dici, fere omnes dinumerati ſunt.

Docet meritò ipſum habere, quia cum differuiſſet de generibus, hoc genus breuiter tranſiuit, & ultimo loco poſuit ipſum, quia etiam in generibus, ipſum habere ultimum ordinem, aſſignauit. Cũ ergo Archytas poſt quatuor prima prædicamenta, habẽdi, ordinauerit iam, hoc diximus. Dicit autem habere, eſſe æquiuocum; & octo modis dici. Nam quale ſecundum quodcunque, ſiue ſecundum habitum, ſiue ſecundum diſpoſitionem ſiue ſecundum figuram, uel colorem; uel qualemcunq; paſſionem, qualitatem habere dicitur; ſecundum quam quale eſt, & id quod eſt quantum, dicitur habere quantitatem, ceu quadricubitalem magnitudinem; & Iamblicus inqt ei, octo miniſtros ſeruire, quos habet. Sed fortè hoc eſt ſignificatum animalis, ut poſſeſſionis, unde dicimur etiam habere ea quæ circa totum corpus adueniunt, ut ueſtimẽtum, quãuis non ſit neceſſariũ totũ corp⁹ circũueſtiri, licet ſp maior ei⁹ pars ueſtiatur, & ſic de toto ueſtimẽto uerificat. Itẽ dr̃ haberi, id qđ in parte eſt, ſicut colli ornamentũ, uel armillã, uel annulum. Item dicimus haberi

patres,

partes, ut manus, et pedes, & quòd in uase reponitur. Nã habere dicitur modius frumentum, & amphora uinum. Item dicimur habere agrum, & domum, & possessionẽ. Item consueuimus dicere mulierem habere uirum, & uirum mulierem, quãuis his modus sit alienissim⁹, quia cõuertitur, nam nõ magis habet, quam habetur uir, uel mulier. Nisi significet hoc habere, simul habitare. Nam etiã Homerus ponit habere, pro habitare, dicendo.

Hi autem habebant profundam lacedemoniam, idest habitabant.

Item dicit, Illi autem habebant archadiam, idest habitabant archadiam, sed fortè inquit etiam alij modi ipsius habere inuenientur. Nam & ipse in metaphysicis, alios inquisiuit, de quibus mentionem fecit, in prædicamento habere. Sed quærendum est, quomodo diuisionem ipsius habere, tanquàm multipliciter dicti Aristo. fecit, quoniã uidebitur ipsum habere, non esse genus, si hoc uerum esset. Item quærendum est, cur in finem hanc diuisionẽ tradidit, & non in ordine generis. Verum quòd ipsum habere nunc non diuidatur, ut genus, manifestum est. Nam illius exempla adduxit, uestitum & armatum, quod uerò huic eidem prædicamẽto subijciantur hæc, uel ea quæ habent, manifestum est. Nam qui habet qualitatem, qualis est, & qui habet quantitatem, quantus est. Item ipsum habere, non sine complexione est. Nam in parte habere, uel partem habere, cum complexione coniunctum est, & continet inanimata. Vnde non sicut modius, & amphora continet, sed proprie habet, & non sine complexione, sicut dicitur armatum, & indutum est, & amictum est, quæ quidem in tertio, & quarto modo, solum continentur. Quibus igitur habere consuetum est assignari, & de quibus debent prædicari hæc, enumerauit, & non fecit diuisionem generis, quod dicitur habere. Nisi forte nihil prohibeat una græca uoce, dicere dealbatum esse simul, & nigrum factum esse, & alia huiusmodi, quibus nõ adsunt nomina. Forte igitur est melius ea quæ diximus, prius ad memoriam reuocare scilicet quòd prædicamentũ ipsius habendi, erit entium quæ circumponuntur corpori animalis, quod habet dominium. Nam hac ratione incorporea segregantur, & corporum diuisibilia, & distincta, quę sunt inanimatis circumposita. Vnde meritò non in loco, sed in fine, diuisionem fecit. Itẽ (ut ait Iamblicus) nõ diuisit ipsum habere, in genus & species, quia diuisum ipsum similiter, ut facere, pati, & poni. Nam est species facere, & pati, modo animata, uel inanimata (ut talia agant, & patiantur) & horum alia sint communia, & alia indiuidua, per singulas actiones & passiones diuisa, similiter erit imponi (ut inquit Iamblicus). Nam si aliquod, ut animatum uel inanimatum ponitur, & secundum dictas differentias, itaq; habere eodem modo, sicut illa diuidetur, ut genus in species, quam diuisionem inquit, neq; in illis, neq; in hoc fecit, ut nihil superfluum diceret. Sed cum hæc dicat Iamblicus, miror quomodo diuersorum generum, & non inuicem ordinatorum, dico scilicet pati, poni, & habere, asserit easdem esse differentias, & species. Nam uniuersaliter, talis diuisio non est generum, sed participantium, & non eorum quæ participant, itaq; melius est proprias ipsius habere differentias tradere, in prædicamento proprio, perinde Aristo. de ipso genere dicere proposuerit. Cum dixit, eorũ quę habentur, alia ornatum præstant, alia uerò sunt defensiua, alia protegant, & quædam circa totum corpus, ut uestimentum, & quædam circa partem, ut calceus, atque ut alia talia, in illis ait. Et non ex dictis ab ipso diuisionem collegimus, sed quæ sint diuisiones horum generum, secundum species quærere dignum est, sed consequenter quæ dicta sunt à Iamblico conscribenda sunt. Nam ait fortè habere secundum plures modos dicitur, sed non significat id quod multipliciter, & æquiuoce. Nam omnes modi, quos collegit, tanquàm sub genere ipsius habendi, ordinantur, unde sicut in qualitate dixit. Est autem qualitas, de numero eorum quæ multipliciter dicuntur, & tamen ipsam æquiuocam, non dixit, sic etiam quasdam differentias ipsius habendi, ut generis explicat. Nam qualis, habet quale, & quantus, quantum. Veruntamen differenter, & non eodem modo. Cum igitur uideret differentiam cum ipso habere, existimauit non oportere ipsum indeterminatam pertransire, ubi simul ostendit, quòd est genus, & de pluribus differẽtibus prædicetur, quãuis uidebatur esse simplex secundum esse, tamen tale existens, non erit genus habentis. Nam sub ipso incorporea, neque partes non continerentur. Nam album, & tricubitum, & pedes habens, est unum aliquid, cum his quæ habentur, sed neque filius, aut ager, apud inanimatum circumpositum obtinetur, quocirca eam Architas tradit ipsum habere, non significare dominium quoddam eorum, quæ aduenirẽt illis, ubi de ipso habere, tanquam de genere disseruit. Sed quoniam etiam diuus Iamblicus, hactenus processit, sic etiam ipse finem imponam huic libro, optando dari intellectum certiorem his, qui inspiciunt hos sermones, & hic sumam iter procedendi ad alias speculationes, & ocium præstabo his, qui uitæ actionibus indulgent.

Simplicii Commentarium, in decem Prædicamenta, & sex eiusdem principia explicit.

SERIES CHARTARVM

a b c d e f g h i k l m n

Omnes Terniones.



Venetiis Apud Hieronymum Scotum.

1 5 5 0